


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTORUM ERUDITORUM QUAE LIPSIAE
PUBLICANTUR SUPPLEMENTA

LEIPZIG 1734
BAND 10

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT DAS
ORIGINAL DER NIEDERSÄCHSISCHEN STAATS- UND
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN ZUGRUNDE

SIGNATUR: EPH. LIT. 136/13 Ac 15

ACTORUM
ERUDITORUM,
QUÆ
LIPSIAE PUBLICANTUR,
SUPPLEMENTA.
TOMUS X.

*Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol.
atque Electoris Saxoniae Privilegiis.*

LIPSIAE,

Prostant apud JO. GROSSII HÆREDES,
JO. FRID. GLEDITSCHII B. FIL.
ET
JO. CHRISTIANUM MARTINI.

Typis BERNHARDI CHRISTOPH. BREITKOPFII.
A. MDCCXXXIV.

Lectōri Salutem !

Prodit tandem expectatus diu, & post moram longam desperatus pene, Supplementorum ad Acta nostra Tomus Decimus. Ita, stetisse nos promissis nostris, ante annum datis, & sperari aliquid in posterum posse de nostra industria, agnosces, puto. Anni, si recte recordamur, quatuor præteriere, ex quo remisisse aliquantulum ab hoc scribendi ardore, & otari paululum, visæ sunt Musæ nostræ. Nec, si viveret nunc Joannes Burchardus Menckenius, Collega olim noster, Tui nostrique amantissimus, de præsentī Tomo cogitatum ad hunc usque diem fuisset. Non, quod, vergentibus in senectutem annis, rem Tuam segnius egerit Vir optimus, aut, quod solent interdum senes, suntibus pepercerit, in hoc Opus crogandis, sed quod ipsa experientia didicerit, parum hæc Supplementa iis probari, qui, falsa opinione inducti, nihil his contineri, nisi quod leve esset, & in quisquiliis habendum, perperam existimarent. Quorum cum numero multi essent, neque hi ipsi in meliorem sententiam adduci possent ratione ulla, noluit ingrata Lectōribus fercula apponere, consultiusque duxit, abstinere penitus ab hoc instituto, quam pro commodis publicis frustra laborem & vires consumere. Ab eo tempore Supplementorum ne nomen quidem auditum, quantumvis indignantibus id factum aliis, qui, cum literarum aliquo detrimento conjunctum esse id consilium, forsitan non male judicarent. Sed, ut sunt hominum ingenia, factum est postea, ut, qui facile carere his Supplementis posse eruditum orbem existimaverant antehac, & æternis sepulta tenebris voluerant, fastidiosissimi palati homines, hi ipsi, rectiora edocti, & librorum, quicumque intra anni spatium luce donantur publica, momentis enarrandis vix sufficere laborem menstruum

*intelligentes , de instaurando Opere tam salutari & in commune
 utili privatim primum , postea publice etiam , nos sollicitarent ,
 idque serio , ac vehementer satis. Quod cum nemini nostrum
 inexpectatum accideret , quippe qui recte actorum conscii , ita
 futurum praevideramus dudum ; non , quod alii fecissent ,
 vindicandum duximus contemptum pristinum , sed , signo hoc da-
 to , alacres ad pensum suum rediere , tanquam mercenariam eru-
 ditæ civitati operam præstantes , Musæ nostræ. Nec in eo for-
 tassissimè laude digni videmur nulla esse , quod moram hanc diu-
 turnam compensaturi nostro studio , inchoatum modo curricu-
 lum expectatione citius confecimus , nec plus temporis integro
 huic Tomo , quam singulis olim Sectionibus , dedimus.
 Nam , quod ad librorum , quos Tomus iste complectitur , dele-
 ctum , & nostrum de iis iudicium , attinet , de his , quis est ,
 qui edoceri a nobis ipsis cupiat ? Lectorum hæc partes sunt ,
 quos ut multum dispares ætate & ingenio novimus , ita faci-
 le patimur in diversa quævis abire iudiciis suis. Quid enim ?
 Si , quæ laudant alii , eadem ab aliis vituperentur , si , quæ
 Jureconsulto placent , eadem displiceant Medico , quæ Mathe-
 matici ingenium pascunt , eadem fastidiose legat Historicus aut
 Grammaticus , idne nobis cedere opprobrio putemus , qui u-
 num id agimus , ut , quæ scribimus , probentur singulis , etsi
 non eodem tempore omnibus ? Est hæc ratio Annalium nostro-
 rum , quam si ferre non potes , Lector , hos cur manibus de-
 ponas , non cur reprehendas , habes. Sed nolumus inimicum
 nobis putare , quem certo scimus amicum , curabimusque , ut
 eodem amore Tuo , quem nos experti huc usque sumus , digni
 judicemur in posterum. Vale , & Supplementorum ad No-
 va Acta Eruditorum Tomum primum , cum Indice
 generali Decennii Actorum quinti , quam
 proxime expecta.*

精)(1)(音)

ACTORUM ERUDITORUM,

Quæ Lipsiæ publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. I.

HISTOIRE DE LA PROVINCE D'ALSACE.

i. e.

*HISTORIA PROVINCIAE ALSATIÆ, AB
Imperio Julii Cæsaris usque ad Ludovicum XV; per
R. P. LUDOVICUM LAGUILLIUM,
e Soc. Jesu.*

Argentorati, apud Jo. Reinaldum Dulfeckerum, 1727, fol.

Alph. II pl. 9, Tabb. æn. 7.

PAndit hoc Opus, Regi Christianissimo, Ludovico XV, dicatum, Historiam Alsatiæ, non tam spatio terrarum, in longum vix ultra 50, in latum vero vix 12 milliaria porrecto, quam rerum gestarum copia conspicuæ, quam plurimum sabellis obfuscata suo nunc nitore restituere conatus est Rev. Autor, consultis Autoribus optimæ notæ ac Diplomatum, allegatis ubique fontibus, immixtis suo loco animadversionibus, junctis etiam vicinarum Helvetiæ, Brisgovæ Palatinatusque, rebus, quæ momenti quicquam allaturæ videbantur. *Notitia Alsatiæ antiquæ* Opus orditur. Clauditur Alsatia ab Oriente Rheno, monte Vogese ab Occidente, nomen nacta vel ab *Edelsas*, sede nobili, vel fluvio *El*, & *Sar*, habitator; vel ab urbe *Elcebus*; quæ de-

p. 1.

A

nomi-

a ACTORUM ERUDITORUM

- p. 10. nominatio Seculo VII jam innotuerat. A Vogefo, poſtea *Va-*
 15. *fago*, appellatum fuit *Wargau*, territorium quali Vogefi, &
Suargau, quali pars Alſatiæ meridionalis, a *Sud*, meridie. Ar-
 15. gentariæ antiquæ nomen magis convenit Horburgo, ex Inſcri-
 5. ptionibus adhuc ibi viſendis, quam Colmaræ: Argentoratum
 24. primo quidem Seculo fundatum, Straſburgi nomine Seculo VI
 39. demum celebratur. *Notiziam* iſtam excipit *Hiſtoria in tres*
Partes diviſa, quarum prior orditur a temporibus Julii Cæſaris,
 42. & circa res anni 1477 finit; altera uſque ad fauſtiſſimum Lu-
 44. dovici XV connubium extenditur, ex quibus potiora dediffe ſuffi-
 47. ciet. Diviſis in ſuas partes Auguſto imperante provinciis ſuperior
 49 ſq. Alſatia Galliæ Lugdunenſi, inferior Germaniæ ſuperiori annu-
 53. merabatur. A. 357 ſeptem Reges Alemannorum a Romanis victi,
 56. & Alſatia ſunt depulſi; prælium prope Mundolshemium &
 59. Suvelwiershemium, pagos Argentorato vicinos, commiſſum eſ-
 63. ſe videtur. *Ægidius*, Comes Romanorum, a Francis Rex ele-
 ctus, quod contra *Idacium* ex *Gregorio Turonenſi* oſtenditur,
 prius Alſatiam dominio Francorum ſubjecit. Alemanni a
 Clodovæo devicti ſunt non prope Tolbiacum, uti plures autu-
 mant, ſed prope Argentoratum. Alſatia priſca Gallorum par-
 tim, partim Germanorum ritus gentiles adoptavit, unde Mer-
 curii, Dianæ, Apollinis, ſtatuz diu fuerunt reſiduz; Herculis
 autem ſtatuum, *Kruzmanna* dictam, cujus eclypon hic exhi-
 betur, & Argentorato A. 1525 Lutetiam tranſlatam, potius viri
 bellicoſi effigiem fuiſſe, Autor ſtatuit. Fidei Chriſtianiæ veri-
 tas jam Seculo II in Alſatiam penetravit, docente inprimis S.
 Materno, ut & SS. Euchariorum & Valerio; primus Argentorati
 Eccleſiam circa annum 346 rexit Ep. S. Amandus, cujus qui-
 dem notitia ad nos pervenit. Hac occasione errores *Wim-*
phelingii & *Guillimanni*, Amandum Trajectenſem Episcopum
 cum Amando Argentoratensi confundentium, rejicit, & circa
 reliquos Argentorati Præſules parem induſtriam Noſter exhi-
 bet. Alemannis devictis, ſumma tranquillitate fruebatur Alſa-
 tia, & ſub Imperio Clodovæi lege Salica utebatur, nec ſub The-
 odorico, quod *Obrechtus* ſibi perſuaſerat, leges Alemannicas
 recepit. Childebertus II Alſatiam A. 539 Regno Burgun-
 dico

dico junxit. Theodebertus fratrem Theodoricum bello petiit, quod terras prope Campodunum, flumen Turum, & Surtgoviam injuste Alfatia a fratre annumerari crederet. Dagobertus II Argentoratensem Ecclesiam donavit *mundato* i. e. p. 75. immunitate Ruffaci, ut terræ istæ jurisdictioni Præfulis tantum essent subjectæ. Athicus, sive Ethico, Dux Alfatia, non Alemania, nec Leidesii vel Licutherici filius, ut alii falso tradunt, Alfatiam Ducatus axiometate insignitam, hæreditario jure prius rex, licet ante ipsum Duces ibi fuisse negari nequeat. Canonissas medio jam Seculo octavo innotuisse, ex institutis S. Odiliae constat. Carolus M. non *Selzæ* in Alfatia, ut quidam errant, sed *Salzæ* prope Salam fluvium, legatos Byzantinos audivit. Lotharius I duxit Irmingardiam, filiam Hugonis Comitis Alfatia, Ducis Athici abneptem; ex posteris enim Athici Adelbertus I & Luitfridus I quidem Duces nominantur, sed Hugo I, Luitfridus II, Hugo II & Luitfridus III, Comitum titulo a scriptoribus tantum ornantur. In divisione filiorum Ludovici Pii Alfatia Lothario est relicta. Ludovicus Germanicus Alfatiam, a parente quondam sibi promissam, contra Lotharium II sibi vindicabat, teste charta, quam A. 856 scriptam contra *Schiltzerum* Noster asserit. Lotharius II Alfatiam, mox recuperatam, Hugoni filio naturali tradidit; ipso tamen mortuo Alfatia Ludovici Germ. ditioni per pacta cum Carolo Calvo accessit, quam Germaniæ Rex Ludovico II Imperatori mox reddiderat, sed hoc defuncto Alfatiam Ludovico juniore cesserunt Ludovico Balbo prognati. *Sirmondi* chartæ Carolum Simplicem jam A. 912 Regem Lotharingiæ nominant, sed tabulæ *Browerianæ* ipsum A. 916 demum hoc regno esse potitum probant, additis verbis: *largiore hæreditate inepta*; verum res tota eo redit, ut Carolum jus in Regnum Lotharingicum, A. 912 jam in se devolutum, contra Conradum I, Regem Germaniæ, A. 916 demum armis sibi vindicasse scias. Ceterum, quando Concilio Atheimensi nullos ex Saxonis Episcopos affuisse Noster tradit, in eo fallitur. Argentoratum vero ob perfidiam ab Otone M. mœnibus esse nudatum, & hinc demum *Strasburg* esse dictum, recte refellitur. Fridericus, Dux Lotharingiæ

p. 75.

79.

84.

106.

109.

116.

119.

123.

124.

131.

131.

138.

4 ACTORUM ERUDITORUM

- p. 144. Mosellanæ, a pluribus falso vocatur Dux Alsatice cum Alsatia ex isto tempore Ducibus Alemanniæ subesse cœperit, ex quibus Conradus I A. 98^a *Ducis Alemanniæ & Alsatice* axiomate primus insignitur. Ottoni II Lotharingiam a Gallis clientelæ nexu fuisse collatam, Autor Germanis haud persuadebit.
159. Henricus II Imp. non Palatium Kirkheimi, seu Troniz, sed Trojæ in terris Neapolitanis, destruxit. Rapolsteini Dynastæ
164. non a Dominis Spoleti, Italia profugis, quorum alter *Roccus* dictus, origines nomenque trahunt, quasi *Rocci Spoletani petra*, nec a *Rocher de Spolite*, sed a *Reginaldo* sive *Ribardo*, viro fortissimo, sub imperio Conradi II, unde quasi *Ribaldi petra*
177. vocabantur. Rudolpho Anti-Cæsare occiso, Fridericum Hohenstauffium Ducatu Sueviæ & Alsatice Comitatu donavit Henricus IV, & Comitatu hoc in Ducatum evecto, ob merita Friderici singularia eidem filiam Agnetem junxit. Ab Hermanno, Bertholdi Zeringensis fratre, ejusque conjuge, Juditha Badensi, cujus filius Hermannus Marchionis Badensis titulo usus est, natales domus Badensis deducuntur. Alsatia tunc Galliæ adhuc
185. fuit accensita, Germanorum licet dominio subjecta. Landgravios Alsatice quidam sub Ottone III Imp. alii A. 1186 jam reperisse sibi visi sunt; majorem vero fidem merentur, qui Rudolphum, avum Rudolphi I Imperatoris, primum Landgravii Alsatice titulo inclaruisse A. 1210 perhibent. Otto IV Imp. in Italiam abiturus hac dignitate ipsum ornaverat, Vicarium Imperii in Germania Superiori & Advocatum Provinciale eundem simul constituens, cum potestate regalia exercendi, reditus quosvis colligendi, & servitiis Nobilium equestribus contra quosvis adversantes fruendi; quam dignitatem denuo
218. firmavit Fridericus II. Idem Hagenojæ Præfectum Wolfelinum primus constituit, ut, ipso in Italia absente, res Alsatice moderaretur. Rudolphus Landgravius etiam Dux Alsatice nuncupatur; unde apparet, Landgravios minime in Ducum locum
219. successisse, cum Landgraviorum nomen cum officio fuerit conjunctum, Ducum vero titulus vel dignitatem tantum, vel superius quoddam axioma indigitaverit, quod officialibus subordinatis, uti Præfectis & Comitibus, administrationem Provincie reli-

relinqueret. Præfectorum jurisdictio Provinciam totam complectebatur. Comitum autem Alsatia Provincialium, qui Landgravii postea dicti, jurisdictio particularis erat. Illud vero majoribus dubiis est obvolutum, qua ratione titulus Landgraviorum Alsatia ab Egisheimiis ad Habsburgicos, Werdanos, Oetingenses, & Episcopos Argentoratenses, fuerit translatus. Comitum Alsatia Dagsburgi & Egisheimensium, eodem favore prognatorum, prolapia in Gertrude A. 1225 defecerat. Horum agnatos fuisse Habsburgicos, Hohenbergenses & Oetinganos, nusquam probari poterit, qui nullam plane tam optimæ hæreditatis partem sibi dari postulaverant. Marchiones vero Badenses, Hermannum & Henricum, illis proxime fuisse junctos, exinde apparet, quod Comites Werdani, judices dirimendæ huic controversiæ destinati, terras Egisheimenses & Dagsburgicas Badensibus addixerint. Sigebertus, ejusque filius, Henricus, Werdani fuere tunc temporis Comites, Judices Provinciales, & Landgravii Alsatia. Hocce Comites Werdanos ex Egisheimensium gente haud fuisse ortos, illud ostendit, quod Judices istius hæreditatis delegarentur. Interea Marchiones Badenses jure suo cesserunt A. 1226 Bertholdo, Præfulei Argentinenfi, eundemque Bertholdum Landgravius Henricus Comes Werdanus A. 1238, absque liberis defunctus, terris suis donavit; licet ex Werdanis agnati adhuc essent superstites. 222, 298 sq.

Hæc omnia evidentissime monstrant, Alsatiam sub duobus Comitibus illo tempore in duos Landgraviatus fuisse divisam, superioris nempe Alsatia, quæ Habsburgicorum, & inferioris, quæ Werdanorum jurisdictioni subjecta, & horum beneficio ad Argentoratensem Præfulem fuerat translata. Ceterum Henricus Werdanus filium posthumum reliquisse, & hic ab Episcopo Argentoratensi de feudis vacantibus fuisse investitus, dicitur, a quo progenies Landgraviorum Alsatia ex Werdanis aliquandiu fuit continuata, donec in Johanne Landgravio A. 1300 plane deficeret. Ab hoc Joanne Landgraviatus Alsatia per pactum, cum Comitibus Oetingæ affinibus suis initum, ad Oetinganos est devolutus, cum consensu Imperatoris & Episcopi Argentinenfis; ex quibus tabulis dijudicari potest, Oe-

p. 221.

222, 298 sq.

225.

- tinganos affines saltem, non agnatos, Werdanorum fuisse, feuda Landgraviatus ab Imperatore partim, partim ab Episcopo dependisse, Landgravios quoque Judices Provinciales non semper egisse, cum honoris potius nomen indigitaverit, & majores ipsorum munere judicum fuerint defuncti, denique feuda Landgraviatus partim domanio ipsorum fuisse annumerata, alia intra fines Provinciæ sita, jurisdictioni ipsorum, utpote Vicariorum Imperatoris, fuisse subjecta. Oetingenses postea præcipuam Landgraviatus partem A. 1359 vendiderunt Episcopo Argentoratensi, alteram partem Carolo IV resignarunt, qui Lichtenbergicis eandem contulit; unde feuda ipsorum a Landgraviatu eximita, immediata Imperii feuda esse cœperunt. Denique Dynastas Fleckensteinii de feudis, ab Oetingensibus Landgraviis Alsatiz A. 1255 concessis, horum jure Landgraviatus nunc cessante, Carolus IV A. 1373 investivit. Hinc Præfules Argentineenses ab A. 1359 titulo Landgraviorum inferioris Alsatiz sunt gavisi. Certe Richardus Rex administrationem pleurarumque civitatum Imperii in Alsatia Præfule Argentiniensi commisit, a quo tempore jura Vicarii Imperialis & Landgravii Episcopus sibi vindicavit, licet titulo nondum uteretur, sed Argentoratenses & reliquæ civitates haud ita multo post judices & Advocatos a Præfule constitutos armis ejecerunt, quæ res gravissimis turbis ansam præbuit. Hinc binorum Diplomatum fide monstratur, Suntgoviam partem Alsatiz constituere. Rudolphus I Imperator Advocatiæ Alsatiz præfecit Wernherum de Hatstat, & hoc defuncto, Ottonem de Ochsenstein, quorum stirpes nunc plane exaruerunt, & Hatstatiensis quidem singulari casu. Etenim, Ferdinando III imperante, ultimus ex Hatstatinis, Nicolaus, Equitatus Hispanorum præfectus, solutione stipendiorum denegata, missionem impetraverat, ac redux in Germaniam, fractis insidiis, legatum Hispanicum Francofurto captivum abduxerat, quam rem indignatus Imperator, carceri eundem Enfishemii inclusit, in quo ad mortem usque contabuit. Rudolphum Imp. filios eodem tempore de Austria, Suevia & Alsatia, investisse, falsò tradit Autor. Ex pactis dotalibus inter Rudolphum Austriacum & Blancam Gal-

Gallicam certissime liquet, Austriam Alsatiamque hereditarias fuisse redditas. Turbidæ mutationes Regiminis in civitate Argentoratensi, quæ Democraticum præne statum induxerunt, fuscè describuntur. Præfecturam Alsatix, a Friderico Barbarossa institutam, Palatinis oppignoravit Carolus IV, quam postea A. 1558 reluerunt Austriaci; Burggravius quidem Magdeburgi illo fere tempore usus est Præfecti titulo, sed is inferiorem Præfecturam (*Unter-Landvogtey*) saltem obtinuisse videtur. Gaudebant vero Præfecti potestate juris dicendi, redditus percipiendi, & militem legendi, ad quietem Provinciæ servandam. Argentoratani quidem Præfecto Alsatix non subfuisse ostenditur; Mühlhusium vero Helvetiorum ope ab ista Præfectura se liberavit. Capto Joanne, Gallix Rege, Angli Alsatiam misere sunt depopulati, quos Carolus IV, cum exercitu adventans, pedem referre cito coegit. Plura Alsatix loca Electori Palatino cesserat Carolus IV, ut votum ipsius in Electione Wenceslai compararet, quibus Palatinus A. 1390 Præfectum Dynastiarum suarum in Alsatia imposuit. Argentoratani a Wenceslao privilegio nundinarum solennium fuit decoratum. Artem typographicam Argentoratensibus deberi, & civitatibus Imperii liberis Argentoratani annumerandum, nec Præsuli ullo modo subjectum, & a jurejurando Imperatoribus præstari solito exemptum, pluribus probatur. Jus vexillum Civitatis gestandi Argentoratenses sibi vindicarunt A. 1474; illud tamen cum vexillo majori Imperii confundit Autor, idemque Electorem Saxonix, Noribergensibus voluisse tradere falso asserit.

In Præfatione Tomi II gratiam Ducis Aurelianensis, Tutoris & Vicarii Gallix, Cardinalis Rohanxi, & Capituli Argentinensis, ut & benevolentiam *Laboureurii*, *Ricci* & *Klinglini*, in adornando hoc Opere sibi abunde exhibitam, devota grataque mente Autor prædicat, & felicissimum Alsatix, Nobilium & Argentinensium, statum sub Gallorum dominio extollit. In bello Bavarico Præfectura Alsatix, Palatinis adempta, ad Austriacos transit. *B. Rhenani* Germania eximie commendatur, quod statum Alsatix sub Romanis præfertim delineet.

Austria-

p. 276, 367.

291.

244sq.

T. II p. 10,

41, 208.

T. I p. 296;

303.

310, 314.

312.

332.

346, 368.

359.

T. II p. 2.

30.

- p. 158. Austriaci in bello tricennali Germersheimii præfecturam vel
ut partem Præfecturæ Alsaticæ afferere sibi voluerunt; unde
178 sq. Galli postea sæpius idem tentarunt. Hinc fata illustris gentis
Rosania illustrata reperies. Ceteram, quamvis contemptu di-
gna existimemus, quæ passim, omni veritatis specie posthabita,
190. contra Evangelicos affert Autor, quos atrocibus injuriis pro-
sciindere non veretur, non possumus tamen, quin unicum sal-
tem frivolæ cavillationis exemplum proferamus. Dum enim
de binis præbendis in Episcopatu Argentinenfi per pacem Os-
nabrugensem *Art. 13 §. 13* domui Brunsvicensi adscriptis ver-
ba facit; has nunquam ex hoc Præfulatu postulari potuisse pu-
tat, quod *præbenda* saltem *Episcopatus*, vaga quadam dicendi
ratione, non *Cathedralis Argentinenfis* dicantur; cum vel ty-
ronibus Logices innotuerit, ex antecedentibus & consequenti-
bus explicationem verborum esse desumendam, imo ipsa ver-
ba evidentissime sint concepta. Erlaco, Brisaci Governatore,
194. mortuo, Charlovojus cohorti primariæ præfectus, imperium
præsidii ad se traxit, & Tilladetum, ab aula immiissum, excede-
re brevi coegit. Hinc Cæsar, Lotharingus, Condæus, Charlo-
vojum tentabant, donec Guebriantia vidua, aulam sibi demer-
endi animo, ipsum invisendæ puellæ gratia arce exeuntem in
insidias præcipitaret, ut Philippoburgum captivus deduceretur;
sed res paullo post quiete composita, & Guebriantia exosa, tri-
216, 270. dio contabuit. Mazarino Præfecto Alsatiæ constituto, civitates,
libertati suæ timentes, jurare Regi recusarunt, sed paullo post
acquieverunt. Quæ dum refert Autor, animum in Gallos ni-
266. mium propensum ubique prodit; unde & *Gunzerum* ob Ar-
gentinam Gallis deditam ab omni perfidia absolvit.
Pars III documenta, maximam partem inedita, continet, quibus
rerum gestarum veritas firmatur, additis in margine locis, vel Au-
toribus, ex quibus Chartæ fuerant depromtæ; Diplomata deni-
que, lingua Germanica exarata, Gallico idiomate sunt donata, licet
melius iisdem consultum putemus, si Germanicis Diplomatum
74 sqq. mentis Statuta de regimine Argentoratensi, tum antiqua, tum
recentiora.

Cete-

Ceterum haud diffitemur, Opus hoc, quantumvis splendidum, expectationi nostræ haud satisfecisse, cum studium partium Autoris fidei multum derogat, causæ singularium eventuum recentioribus temporibus ubique reticeantur, & gravissima historię Alsaticę dubia, si ex *Obrechtso* desumpta demas, ab Autore hæsitante relinquuntur haud satis expedita.

Mosaisches Licht und Recht u.

h. e.

GENUINA ET AD AEDIFICATIONEM
directa Explicatio Pentateuchi: una cum proluxa in
universam Scripturam S. Introductione. Auctore D. JOA-
CHIMO LANGIO, S. Theol. Prof. P. Ord. in
Academia Fridericiana.

Halæ & Lipsiæ, apud Samuelem Benjam. Waltherum, 1732, fol.
 Alph. 16 pl. 8.

Primus hic Tomus est Operis exegetici, quod Summe Rev. Autor, si ipsi Deus vitam æternam conceilerit, in integrum V. T. Codicem conficere, quodque justis quatuor Voluminibus absolvere meditatur. Primum igitur hocce Volumen complectitur explicationem Pentateuchi, seu quinque librorum Moysi, cui luculenta Introductio in integrum Codicem Biblicum præmissa est; in qua de divina Scripturæ S. origine, argumento & fine, deque summa ejus ad fidem & vitam hominum dirigendam autoritate, ex professo agitur. Prius ergo, quam de ipsa methodo in interpretatione textus Mosaiçi, deque potioribus argumentis, hac occasione a Ven. Autore pertractatis, verba faciamus, præmissæ Introductionis summa capita breviter recensimus. Cum igitur Noster duos præcipue saltus devios circa religionem revelatam observaverit, alterum ad latus dextrum, eorum nimirum, qui quidem fundamentum religionis revelatæ pro firmo fati & solido, sacramque Scripturam pro infallibili Dei verbo habent, genuinum tamen religionis systema, prout non solum fundamentum

- salutis, sed & ordinem, commonstrat, non agnoscunt, adeoque veri universæ religionis revelatæ finis, ipsius nempe animæ suæ salutis, expertes manent: alterum ad finistrum latus, eorum, qui impulsu occulti Atheismi vel Naturalismi Deum ipsum, & quicquid divinum est, aut plane abnegant, aut saltim in Theologia vel religione naturali subsistunt, in revelata tanta tamque varia offendicula prætexentes, quæ ipsis impedimento sint, quo minus eam amplecti aut exercere valeant. Noster, utrisque viam regiam ex miseria sua emergendi commonstraturus, initium facit a tractatione argumentorum, quæ ad convincendos eos, qui a sinistro stant latere, facere possunt. Eum ergo in finem aggreditur demonstrationem Articuli Theologiæ naturalis primarii, de immortalitate animæ rationalis, in quantum nimirum illa ex lumine naturæ demonstrari potest, cujus immortalitatis agnitio cum hominem adversus Atheismum munit, eum vero ad Theologiam naturalem manu quasi ducat, potiora Theologiæ naturalis capita S. Rev. Autor hoc ordine pertractat, ut Sectione *prima* existentiam Dei, *altera* eius attributa, *tertia* opera, *quarta* denique cultum Deo debitum, edoceat. In Sectione de *existentia* Dei in specie docet, originem universalis de Deo & religione opinionis non posse causis spuris & falsis adscribi, atque in ipsa natura & constitutione hominum dari argumenta irrefragabilia existentæ Dei, ex quibus quatuor præcipue recensentur; quatuor etiam argumenta existentæ Dei ex consideratione Macrocosmi conspicua producuntur, ostenditurque, argumenta existentæ Dei ex ipsa historia desumi posse & debere. *Secunda* Sectio *attributa* Dei, mediante lumine naturæ cognoscenda, sistit, nimirum independentiam & spiritualitatem. Sectio *tertia* *opera* Dei, in & ex natura conspicienda, lustrat; opus nimirum creationis, providentiæ & gubernationis, atque futuri aliquando universalis iudicii. *Quarta* tandem Sectio argumentum de cultu Deo, ex agnitione eius existentæ, attributorum & operum, debito, paucis absolvit. Has primarias hujus tractationis Sectiones duæ adhuc excipiunt, altera de malitia, stultitia & noxa Atheismi, altera de insufficientia Theologiæ

SUPPLEMENTA Tom. X Sect. I. ■

logiæ & religionis naturalis ; ex qua ipsa insufficientia cum non solum possibilitas, sed & necessitas revelationis supernaturalis vel ipsa ratione duce inferri possit, de revelatione supernaturali Summe Rev. Autor integra *Parte secunda* ex professo agit, ita quidem, ut *Sectione prima* de antiquitate, veritate, atque ἀξιωματικῆς historiæ Patriarchalis & Judaicæ, librorumque historicorum V. T. *Sectione secunda* de veritate atque præstantia religionis Messianæ, quatenus hæc historiæ Judaicæ librisque historicis apud Judæos sacris quoad substantiam involuta, *Sectione tertia* de imperfectione Theologiæ Messianæ, durante œconomia Levitica, nos edoceat. *Parte autem tertia* veritas religionis Christianæ, ad quam religio Messiana, ejusque Levitica œconomia, nos manu ducit, ostenditur, hoc quidem ordine, ut *Sectione prima* veritas atque ἀξιωματικῆς historiæ de Christo ejusque Apostolis, librorumque de ea agentium, *Sectione secunda* autem veritas atque præstantia œconomix Evangelicæ, libris historicis N. T. essentialiter infixæ, ex seorsim instituta consideratione sequentium septem characterum ob oculos ponatur, quorum primus est, quod œconomia Evangelica omnes defectus religionis Messianæ, durante œconomia Levitica, promissionibus & typis involutæ, harmonice implendo suppleat ; secundus, quod œconomia Evangelica mysteria fidei & officia vitæ uberiori luce perfundat ; tertius, quod religio Christiana tam notabiliter propagata & conservata sit ; quartus ex scopo atque virtute religionis Christianæ desumitur, quod nempe ad spirituales & æternam, imo ad ipsam temporalem vitam, atque adeo ad salutem integrarum Kerumpublicarum, omniumque societatum humanarum, conducat ; quintus, quod religio Christiana confessoribus suis libertatem conscientix relinquat, eos autem ipsa sua simplicitate ad decentissimam disciplinam deducat ; sextus, quod vaticinia, libris Novi Test. propria, impleta sint, & præterea in omnibus religionis Christianæ partibus admirabilis plane symmetria conspicua sit ; septimus, quod tot & tantis miraculis, ab ipso Christo & ejus Apostolis factis, corroborata sit. In fine trium harum priorum Isagoges hujus partium subjungitur

P. 34.

37.
45.
70.

77.

91.

96.
100.

102.

104.

107.
III.

- p. 112. triplex Appendix; prima, de veritate & ἀξιοπιστία Scripturæ S.
 115. altera, de discrimine inter convictionem naturalem & super-
 naturalem de divina verbi divini autoritate; tertia quæstionem
 117. practicam enodat, quid nimirum de dubiis apud eos, qui de
 veritate religionis Christianæ naturaliter & supernaturaliter
 convicti sunt, remanentibus vel renascentibus judicandum
 sit.

119. *Pars autem quarta*, præmissa hermenevtica evolutione
 emphaseos nominis soli Deo proprii Jehovah, mysterium sa-
 crofanctæ Trinitatis, atque Deitatis, τὸ ἄδύσ, pertractat. Illud
 122. quidem primo ex libris V. T. (adjectis in appendice testi-
 moniis quibusdam ex ipsis etiam apocryphis libris, tandemque ex
 ipso *Philone Judæo*.) deinde ex scriptis N. T. hoc autem itidem
 132. primo ex scriptis V. T. deinde ex libris N. T. Quatuor his
 136. partibus iis præcipue oppositis, qui ultra naturam & rationem
 152. in divinis nil sapere volunt, *quinta* tandem ad convincendos
 eos præcipue, qui ad dextrum latus declinarunt, directæ est, ita
 quidem, ut Summe Rev. Autor data opera nexum insolubilem,
 qui est inter fundamentum & ordinem salutis, demonstret,
 prout nimirum ille nexus ex ipsis parte quarta pertractatis
 duobus primariis religionis Christianæ mysteriis, & quidem se-
 cundum principium amoris & justitiæ, tanquam attributorum
 159. Deo essentialium, deduci & potest & debet: quam deductio-
 nem Autor ex universo Codice Biblico, & primo quidem ex
 159. consideratione veteris, seu Patriarchalis & Leviticæ, deinde ex
 175. consideratione novæ, seu Evangelicæ, œconomix instituit, to-
 207. tamque hanc Isagogen observationibus quibusdam de singula-
 ribus Mosis concludit.

Quod vero ipsum Exegeticum Opus attinet, in eo Ven. Au-
 tor ita procedit, ut, præmissa cuilibet libro speciali introductio-
 ne & distributione, ut & uniuscujusque Capituli brevi partiti-
 one, singuli versiculi per interjectas parentheses explicentur, de-
 inde per subjectas notas uberius illustrentur, & ad praxin
 in fide & vita applicentur, atque adeo duo extrema
 perpetuo evitata deprehendas, ab altera quidem parte tracta-
 tionem mere criticam, quippe linguæ vernaculæ & scopo Au-
 toris

toris minime congruentem, ab altera autem congestionem observationum mere moralium & cuilibet in rebus sacris vel mediocriter exercitato facile obviarum. Ut autem constet, quæ S. R. Autor in hoc Opere copiosius persecutus sit argumenta, non gravabimur elenchum eorundem ex ipsa Autoris Præfatione Lectoribus nostris hic legendum exhibere, paginis, ubi quamlibet materiam reperire possint, in margine notatis. Loci ergo, in exegetico hoc Opere occasione textuum Mosaicorum præcipue tractati, sunt sequentes: de creatione, de conjugio, p. 8, 47. & quidem in specie contra Polygamiam, de *ἀνομία* divortiorum & concubinitus, de lapsu protoplastorum, de Protevangelio, de divina institutione sacrificiorum, de comparatione Adami & Christi, de Arca Noæ & diluvio Noachico, de lingua primæva, Hebræa nimirum, de confusione linguarum, de origine & progressu Idololatriæ, de benedictione Abrahamo promissa, de Melchisedeco, Christi typo, de circumcissione, de 137, 141, 146. sensu mystico historię Agar & Saræ, de immolatione Isaaci, 160. de benedictione Jacobi Judæ data, de induratione Pharaonis, 183. de miraculis a Magis Ægyptiorum patratis, de agno Paschali, 211. de columna nubis & ignis, de Manna typico & antitypico, de 220, 348. genuino & emphatico sensu legis Moralis, de prima consecratione œconomiz veteris, de Tabernaculo, de Cherubinis in operculo propitiarii effigiatis, de vestitu sacerdotali, de tabulis legis, de facie Moïsis radiante, de lege cerimoniali ejusque parte principali, sacrificiis, de benedictione sacerdotali, de discrimine mundorum & immundorum animalium, de lepra in typo & antitypo consideranda, de Festo Expiationis in typo & antitypo, de virtute sanguinis sacrificiorum expiatoria, de gradibus consanguinitatis & affinitatis prohibitis, ubi Ven. Autor duas hypotheses assumit & defendit, nimirum prohibitionem illam graduum esse Juris Naturæ, inque illo non solum ad personas, sed & ad ipsos gradus respici debere, de correptione 531, 53. fraterna, de amore erga proximum, de Festis Judæorum in typo 571, 591. & antitypo, de anno Sabbathico & Jubilæo. Sub finem libri *tertii* 613. inferuntur consilia & responsa quædam, matrimonium cum defunctæ uxoris sorore spectantia. Quæ deinde sequuntur, de castra 647, 654. 660, 676. 691, 693. 717, 721. 739, 748. meta- 752.

- P. 833. metatione Israelitarum agunt, de benedictione sacerdotali atque
 853. insigni emphasi formulæ benedictionis, de ministerio Levita-
 865. rum, de creatione vaccæ rufæ, & usu cinerum ejus in aqua lu-
 917. strali, de serpente æneo, de votis, de expectanda adhuc con-
 930. versione gentis Judaicæ, de locis in scriptis Mosaicis oc-
 977, 1017. currentibus de fide & amore erga Deum, de non obso-
 1121. letis vel detritis vestimentis Israelitarum, de proposita homini-
 1022. bus ad liberam eorum electionem benedictione & maledicti-
 1031. one, de pœna mortis in Pseudopphetas lata, de Levitico sa-
 1047. cerdotio ad publica judicia admisso, de electione & officii
 1055. Regis, de re genethliaca & præfagiis Chiromanticis, de Messia
 1056. tanquam magno Propheta & mediatore inter Deum & popu-
 1059. lum, de asylis in terra Israelitica constitutis, de pœna suspen-
 1074, 1078. sionis ejusque singularibus circumstantiis, de fœnore pecunia-
 1083, 1090. rio, de permissis apud Judæos divortiis, de extraordinaria
 1098, 1100. plane morte & sepultura Mosis, deque comparatione Mosis &
 1138, 1141. Christi.

Duplicem præterea Autor Operi subjunxit appendicem, al-
 teram sermone vernaculo, alteram stylo Romano conscriptam.
 In illa famigeratissimi Angli, *Joannis Spencers*, libros de legi-
 bus Ebræorum sub examen vocat, de quibus lubentissime con-
 cedit, magno eos procul dubio Autori suo labore & sudore
 constituisse, cum necessum habuerit gentilium scripta, quotquot
 fere extant, compilare, eosque non perfunctorie, sed exquisita
 industria & indefessa solertia, perlustrare, ut inde, quod in rem
 suam convertere possit, conquireret; de argumento autem
 ipso & scopo totius libri pronunciat, Autorem tam abjecte de
 œconomia Levitica sensit & scripsisse, ut dubitari vix pos-
 sit, scopum ipsum Autoris fuisse, Theologiam Messianam, adeo-
 que & ipsam Christianam, hoc suo Opere subvertere, atque ima
 & prima religionis revelatæ fundamenta concutere. Vanos
 autem atque irritos fuisse conatus, quantumcumque Au-
 tor in illis desudaverit, Noster luculento satis paradigmate
 ostendere laborat, dum duas Dissertationes, I nempe & II Li-
 bri III, quæ de sacrificiis Judæorum ex professo agunt, sub in-
 eudem epicriticam vocat, totusque in eo est, ut, quam infirmo
 &

& lubrico nitantur fundamento, demonstret. Altera appendix p. 1145-1189.
 dix quinque constat Dissertationibus Academicis, a Ven. Autore
 diverso tempore de diversis materijs habitis. 1190--fin.

*RECENSIO DISPUTATIONUM JURIDICARUM GOTTLIEB. GERHARDI TITII,
 JCi, continuata.*

Conf. Mens. Mart. A. 1730 p. 112.

NE dati olim promissi nostri parum videamur memores, jam de iis, quæ supersunt, summi Titii Disputationibus commemorabimus. Disputatio VI de *Officio Sermocinantium* agit, quod argumentum Autor plene, perspicue & accurate persequitur duobus Capitibus, quorum primo de *natura Sermonis*, altero de *officio circa Sermonem* disserit. Cap. I de signis in genere, illorum divisione, speciatim de signis naturalibus & arbitrariis, mentem hominis indicantibus, ad quæ sermo pertinet, nonnulla præfatus, sermonis definitionem tradit, quod sit vox articulata, ex impositione animi sensa significans, eamque deinceps plenius exponit. Vim sermonis significativam esse ab impositione simplici, non a conventionem, necessitatem quandam moralem vocabulis hoc, non alio modo utendi hominibus afferente, duplici argumento, primo, quod homines impositionis faciendæ causa nunquam convenerint, sed potius successive impositio facta sit, reliqui vero eam ultro admiserint, deinde quod, si conventionem facta foret impositio, innoxia etiam mutatio in vitio esset, rejecta *Grotii* & *Pufendorffii* sententia, §. 9, 10, 11, probat. Postea docet, sermonis finem esse vim significativam, originem ejus a primordio generis humani repetendam, incrementa vero & varietatem ab ulteriori gentium cultura, variisque migrationibus. Memorat etiam scripti sermonis necessitatem, naturam & diversitatem, §. 16, 17. Amplius vero silentium, sermone oppositum, nec non sermonis affectionem duplicem, veritatem & falsiloquium, distincte exponit §. 18, 19, 20, 21; fidem non esse speciem verilo-

riloqui, nec perfidiam falsiloquii, idemque dicendum de jurejurando & perjurio, ostendit §. 22, 23, denique veritatis & falsitatis divisionem, itemque dissimulationis, sinceritatis & simulationis, naturam explicat §. 24, 25. *Cap. II* ostendit, obligationem circa sermonem a *Grotio & Pufendorffio* non, quantum satis est, traditam esse; hinc plenius illam exhibet, atque, ut eo rectius applicetur obligatio, præjudicia hic occurrere solita, v. g. quando falsiloquium putatur illicitum, adeo, ut eadem sint falsiloquium & mendacium, aliaque, removet §. 30, ac, iis sepositis, intuitu sermonis considerat (1) *præceptum de Deo colendo*, quod dirigit sermonem, ut, sive cum Deo loquamur, semper veritatem dicamus, sive de Deo sermonem faciamus, circumspecte & cum reverentia hoc fiat, ubi etiam de jurejurando & cultu externo quædam adduntur observationes; (2) *præceptum de exercenda philantia*, quod obligat homines, ne se ipsos sermone lædant, sed ut malum imminens depellant, ac bonum sibi procurent, ubi speciatim de moralitate retorsionis agit, quæ ipsi videtur illicita, quod existimatio non dependeat ab hominis nequam arbitrio, adeoque nec amittatur, ut opus sit eam recuperare, neque ad excusandam retorsionem sufficiat insulsa vulgi persuasio, qua putant, malum existimationi imminens ita depelli, cum ostendendo innocentiam efficacius retundi queat sinistra opinio, neque tam pœna sit hoc remedium, quam manifestum exacerbati animi indicium. Nihil tamen præfracte definit; quin potius, in *Jure privato Lib. III Cap. 4 §. 19*, eam, si pravos affectus seponas, licitam censerî posse, existimat. (3) *Præceptum Socialitatis*, quod aliis sermone bene facere, ab iis malum depellere jubet, lædere vero prohibet, ratione probitatis, prudentiæ, existimationis, bonorum & vitæ, quæ omnia egregie explicat, ac ulterius præcepta hypothetica declarat intuitu legis humanæ & conventionis; aliquando in neutram partem esse obligationem, quo ipso licentiam oriri, & sermonem esse moraliter indifferentem, ostendit §. 45, usum quoque sermonis quoad hostes tradit §. 46. (4) *Sanctionem penalem*, quo pertinent arduæ quæstiones in qua-

quarum decisione viti summi vel iudicium suspendunt, vel ea docent, in quibus tuto acquiescere non possit. Quare Autor explicat, quid in casu delinquentis nondum deprehensi vel ipse reus, vel tertius, facere debeat, & quod, reo deprehenso, iudicis, rei, advocati, tertii, sit officium. Disquirat etiam, quid sanctioni illi naturali adiecerit lex positiva *Genes. IX, 6, Lev. V, 1, Num. XXXV, 31 seqq.* Tandem generalia quaedam, quae ad universam tractationem praecedentem pertinent, v. g. de moralitate sermonis ambigui, itemque reservationum mentalium, exhibet, & postquam sermo, ejusque ommissio, velut actiones per se indifferentes, juxta legem naturalem satis sunt examinata, deinde demum, quando *veritas, falsitas, & silentium, pro virtutibus aut vitiis haberi debeant*, accurate definit.

Disputatio VII, de *Dominio in rebus occupatis ultra possessionem durante*, opposita est Viro Illustri, Cornelio van Bynkershoek, JCo Belgae. Hic in peculiari Dissertatione, de Dominio Maris, quam libro singulari ad Legem de L. Rhodia de jactu adiecit, generatim contendit, *dominium, amissa possessione, naturaliter deservire, cum ex naturali possessione caperit; quod igitur ultra possessionem hodie dominium non nunquam duret, id non quidem effectum esse* universali aliquo generis humani pacto, *quod absurde asseratur, sed unice a lege civili, vel foederibus Gentium specialibus, dependere; portum legem civilem in subditos tantum valere, veteres vero non obstringere; hinc, si res mea extra civitatem reperiat, me absente & si non incumbente, cedere eam rursus primo occupanti; denique foedera Gentium esse, quibus vel amicitia vel hospitium contrahatur: aliud, si tantum placuerit, ut bello abstineatur, de reliquis autem nihil pactum sit, cum enim vitam cum populis liberis & foederatis postliminium esse.* Ex quibus principiis laudatus JCo deinde speciatim §. 1-5 infert, *dominium maris, cessante ejus possessione, expirare.* Quam sententiam B. Titius falsitatis arguit, quod 1) per eam jura, & in specie dominium, penitus expungantur, ac inane jus sit; quod cum facto oritur & perit; praeterea 2) nulla idonea ratione

ostendi possit, unde possessionis ea sit efficiens, ut ab eius duratione dominium accurate dependere debeat §. denique 3) conditio perpetuae possessionis, quod ad jura humana sit impossibilis, hinc frustra ad horum durationem illa requiratur. Istum errorem probabiliter ex *Hobbesi*, vel similibus rerum moralium corruptoris, ante pacta & civitates nullum jus agnoscens, principis originem spiritumque duxisse, existimat §. 16. Ex priori sententia *dominium naturaliter durare, amissa possessione*, ea ratione probat, quod lex naturalis inter homines lationem prohibeat, nec, salvis socialitatis regulis, alius in res, nobis legitime quae sitas, involare possit, ideo saltem, quod eas actu non tenemus, ut legitimum earum acquisitionem probemus, apertumque eas habendi doceamus. Rationes oppositas, pacto universali dominii durationem non esse definitam, lege civili autem & pactis Gentium specialibus omnes homines non obligari, Noster concedit, verum, quod amissa possessione naturaliter persat dominium, inde non sequi monstrat, cum merum jus naturale dominium semel legitime acquisitum satis tueatur etiam contra eos, quos nulla legis civilis auctoritas vel specialis conventionis religio obstringit; ea vero, quae de dominio ferarum, quod illud, amissa possessione, naturaliter definat, afferri solent, nullius esse ponderis, sed potius id, de quo quaeritur, supponere, aut etiam propriam causam evertere, ostendit §. 22 seqq. Postea dominio quarumvis rerum, ultra possessionem duranti adjicit limitationem, nisi *domini consensus*, vel *lex civilis*, aliud decernat, *Jure Romano aliud constitutum esse*, licet multis, minimum quod ad quasdam res, ita videatur, imo id, quod eo jure obtinere credunt, naturale esse arbitrentur. Quod discussis objectionibus amplius demonstrat §. 29 seqq. Quod ad *fera animalia*, plerisque res confecta videtur, quod scilicet, ex sententia juris Romani, amissa possessione, eorum dominium pereat, ob sanctionem, ut videri potest, expressam in l. 3 §. 2, l. 5 pro de A. R. D. & §. 12 L. de R. D. Sed Noster ostendit, Romanos non ideo dominium amissum dicere, quod *possessio sit amissa*, sed quod ob *recuperandi difficultatem & desperatam proba-*

tenentis dominum animum habendi dimittat hinc, si probatio & spes recuperandi super sit, dominum, etiam juxta Jus Romanum, feram elapsam denuo occupare posse, vel ab aliis occupatam vindicare. Ex quibus principiis quæstiones speciales, quousque dominium maris & animalium ferorum vel manufactorum duret, §. 45 sqq. decidit, & quid circa apes obtineat Jure Civili & Saxonico, adducit §. 52 sqq.

Disputatio VIII. de *Habitu Territoriorum Germanicorum* & inde veniente totius *Reipublicæ formæ*, plane illustris & egregia est. Rem enim arduam, non usque adeo expeditam, multis difficultatibus impeditam, dubiis falsisque scriptorum Juris publici hypothësis involutam, perspicue tandem explicavit, solideque definiit, h. e. habitum territoriorum Germanicorum & formam toti *Reip.* inde amplius designandam tam ex generalibus rerum politicarum regulis, quam legibus publicis Germanicis, libere ostendit. In Germania territorium ipsi est *ditio aliqua, jure Status possessa, sive secularis illa sit, sive Ecclesiastica, major, minor, &c.* Hanc itaque habitus, *physicus, sed moralis*, ex jure, territorio in hærentibus, ut vulgo loquimur, resultans, ab eo hic consideratur. Ex communi sententia Status est, qui *jure sessionis & voti comitalis* gaudet, qua rejecta, B. Autor prænotandum censet, quod nomen *Status* in genere *communione imperii civilis* notet, ac in Proceribus Germaniæ, si non omnibus, certe plerisque, tria occurrant, *Supremas territorialis, jus suffragii comitalis, ac obligatio, quæ toti Reipublicæ connectuntur*, cujus sententiæ fundamentum adducit *publicum Reipublicæ statum*, ubi singuli Proceres domi suæ imperium civile exercent, communi vero patriæ communibus, consiliis & auxiliis succurrant; deinde quod *jus suffragii juris territorialis pars vel effectus sit*, quin & a jure territoriali, seorsum inspecto, splendidiore operatione quotidie profluant. Rationes contrariæ sunt *varii Reipublicæ Imperii*, in quibus a jure suffragii essentia Status reperitur, *communio imperii civilis, definitio civis Aristocraticæ, aut Democraticæ Aristocraticæ*, quibus Noster, repositis, *repositis allegari solitos accuratam Status definitionem nullibi exhibere,*

re, aut definitionem illam esse particularem, neque posse taxari, in quibus & immedietas & jus suffragii simul asseratur, imo in Instrumento Pacis Westphalico Art. 5 & 8 ad immedietatem, non jus suffragii, respici, in aestimanda communione imperii civilis necessario juris territorialis habendam esse rationem, definitionem denique civis Aristocratici vel Democratici, domi sua privatam vitam agentis, maligne ad Proceres applicari. Hinc ad definitionem Status ex sententia Nostri requiritur superioritas territorialis, quia domi sui juris esse debet, qui vult aspirare ad Comitatus, jus suffragii, quia hoc ex illo, non illud ex hoc, ut valgo putant, profluit, ut habent R. I. A. 1654 §. 197, Capit. Ferd. IV Art. 45, Leop. Art. 44, & obligatio, qua is toti imperio obstringitur, cum sine hoc precedentia jura nemini regulariter concedantur. Ut vero jus suffragii territoriale regulariter sequatur, posse tamen & solere aliquando deficere quoque obligationem, quatenus onerosa est, fatetur, sed, hoc facto, imperfecte quem Status esse, nec, si memorata obligatio in aliquo deficiat, de dignatione Status aliquid decedere, affirmat. Comparata deinde sententia communi cum sua, hujus utilitatem his argumentis probat, quod Procerum jura recte aestimet, titulum imperiorum inde convenienter formet, ac explendis legibus publicis sit aptissima, ab his omnibus vero sententia communis abeat. Postea, vulgaribus de Statu imperii sententiis indicatis, illam inprimis, quae ex relatione in Articulum Statum repetit, falsam esse, Noster inde probat, quod Matriculae Imperii eo fine non sint confectae, ut Status Imperii Germanici definite exhibeant, sed in iis tantummodo supponatur, aliquem esse Statum Imperii, vel saltem immediatum, non vero, tale esse, definiatur, quod ex accurata circumstantiarum consideratione deinde amplius explicat. Ut vero habitus territoriorum moralis penitus intelligatur, specialius tria illa, quae in possessoribus antea laudavit, persequitur. Sic ostendit, jus territoriale non ex privilegio Caesaris, sed legibus fundamentalibus dependere, Status illud suo, non Caesaris aut Imperii, nomine exercere, in ejus exercitio a nemi-

nemine velut superiore dependere, Investituram hoc jus non conferre, sed competens agnoscere & confirmare. - Dein illustrando juri territoriali præcipuas partes superioritatis territorialis recenset, ubique observationes non vulgares contra vulgares doctrinas libere profert, ac speciatim circa Jus sacrorum communem *Carpzovii, Linckii*, aliorumque, sententiam, qua in Proceribus Imperii duplicem personam, *Principis & Episcopi*, asserunt, aut a Jure Episcopali Jus sacrorum separant, ideo notat, quod, multis etiam adhibitis limitationibus, Jus Principum Protestantium ista applicatione suspectum reddatur, eoque docendi genere inmutatur, Jus sacrorum requirere peculiare subiectum, ac ab Episcopo Pontificio repeti debere, nec, vulgari doctrina supposita, legitimo juris titulo illius acquisitionem posse demonstrari. Ad Jus suffragii observat, quod ob inconstantem, qui fuit, Reipublicæ statum, aliasque rationes, non omnes, qui Principum ordini jam antiquis temporibus adscribuntur, jure suffragii gaudeant. Nexum, quo territoriorum possessores toti Reip. obstringuntur, Noster specialius evolvit, idque tanto magis necessarium existimat, quo minus apud Scriptores Juris Publici hac de re aliquid reperias. Tria vero Vir Celeberrimus expendit, (1) *in quo nexus ille consistat?* (α) in communi amicitia, (β) conjunctione, quod ad Reservata Cæsarea, (γ) consociatione, quod ad expedienda negotia, totius Reip. utilitatem spectantia, (δ) necessitate ferendorum onerum publicorum, (ε) appellationibus, ad summa tribunalia nonnunquam dirigendis, (ζ) processu, ob neglectum officium contra Status in tribunalibus Imperii instituendo; (2) *quale sit vinculum?* quod ad quatuor partes priores modo relatas, est nexus socialis, quod ad duas posteriores, est subiectio, sed particularis tantum, parumque valida; (3) *quodnam ejus principium?* non fœdus expressum, sed ex Imperatoris electione, eamque secutis Statuum homagiis, vel fidelitatis juramentis, resultans, salva tamen territoriorum libertate. Postremo de eo quoque dispicit Autor, *que loco Jura Statuum haberi debeant?* cumque vulgo jus territoriale dicatur esse dependens, sed Majestatis æmulum, Noster illud ha-

bet pro *independente*, quia Status id proprio nomine exarcent, ac in ejus exercitio a nomine velut superiore dependent. Illud tamen adjicit, non involvere superioritatem territorialem *independens aliquod jus, omnibus numeris absolutum*, quod deinceps plenius explicat, atque doctrinam suam de jure independente contra dissentientes confirmat, ac inprimis, imperantem in casu neglecti officii, salva Majestate, judicem habere posse. Statusque imperii pro subditis male haberi, ostendit. Atque ex his omnibus concludit, *Territoria Germanica esse corpora libera, imperio proprio ac independente velut animata, toti tamen Reip. nexu sociali, ac, in casibus nonnullis, vinculo subjectionis conjuncta.* Quae omnia breviter tantum referre, esset dignitati & praestantiae doctrinae aliquid detrudere; ex haecenus dictis vero de reliquis facile judicari poterit. Idem dicendum de *Capite II*, ubi, monstrato disquisitionis de forma Imperii usu, Autor, in Germania *plurium corporum sociorum Systema* occurrere, in quibusdam illud cum aliis convenire, in ceteris ab iis differre, & Systema extraordinarium esse, eamque sententiam *Covringio*, inprimis *Manzambano*, placuisse, *Baclero, Kulpiso*, aliisque, displicuisse, docet §. 73 seqq. Ceteras civitatum formas hic applicari non posse, ostendit *Lynckeri & Kulpisi*, qui pro unitate Reipublicae pugnant, aliorumque, qui vel Monarchiam limitatam, vel absolutam, aut Aristocratiam, vel Monarchiae & Aristocratiae mixturam, statuunt, doctrinas refellit §. 81 seqq.

Disputatio IX, *de Successione in Germania territoria*, doctrinis itidem novis & exquisitis est referta, utut alii jam theoremata illud antea sint executi. Speciminis loco observationes quaedam singulares; ab Autore passim imperfas, tantummodo delibabimus. Praemittit Noster nonnulla de translatione Imperii in genere, & quid in Germania in casu *delicti* juris sit. Ordinarius transferendi imperii casus exiit ob mortem possessoris, quo eveniente, per electionem & successionem imperium in alios transit; illa in Ecclesiasticis, haec in secularibus territoriis obtinet. Noster, natura territoriorum electivorum & successorum erudite explicata, hic ad sola territoria successi-

cessiva respicit. Uti vero in iis successio *lege, testamento, & conventionē*, fit, ac in iis declarandis tam Juris Germanici, quam Feudalis Longobardici, ratio habenda; ita hujus rei rationem addit Autor, quod jus Longobardicum ad Feuda illustrata applicari queat, præterea illorum conditio non tam splendida fuerit, atque hodie illa deprehendatur: hinc in genere jus illud receptum videtur; cavendum tamen esse dicit, ne nomothesis illi Longobardica abutatur, ac in præmissis, nec leges applicemus, quas præfens Germaniæ status à se vult repellit. Quando successio *legalis ad latera* incipit, Jus Longobardicum solum sanguinis communionem attendit; at Jure Germanico simultaneæ investituræ præcipue ratio habetur, idemque obtinere censet; exemplis etiam præbat *Schilderus* in Dissert. de Simult. Invest. Principum. Verum Noster existimat, si ex conditione territoriorum, quam hodie habent, de successione statuerendum, magis ex sanguine, quam simultanea investitura, illam esse repetendam. Requiritur ad successorem, ut a primo acquirente per legitimum matrimonium descendat, 2 l. 26 §. naturales, & 8 Cap. 7 n. 2; naturales ergo & spurii a successione excludantur. De legitimatis per subsequens matrimonium & Rescriptum Principis queritur. Autor docet, liberos per subsequens matrimonium legitimatos, virtute legum fundamentalium succedere, legitimatos per Rescriptum Principis non item, ob jus succedendi agnatis valide quæsitum, imò ne quidem eo casu legitimatorem Imperatoriam naturali filio prodesse, quo nulli alii successores adfuit, cum Feuda aperta vel Imperator sibi reservare, vel cum Statuum consensu aliis conferre debeat; exceptionem esse illo casu, quo collatio est solius arbitrii Imperatorii; nec obesse, quod excipiat *Iterus* de Feud. Imp. Cap. 14 §. 7, legem ad omnem successione Feudalis effectum legitimatos efficere posse idoneos, multo magis hoc mandare posse Principem, qui lex viva & fons juris; nam illa, inquit Noster, procedunt quidem in legibus positivis, imperantis arbitrio unice subjectis, sed leges successoriz illustres Germanicæ nec positivis recte comparantur, nec solius Imperatoris arbitrio subijunt. Si legitimatio per subsequens matrimonium facta, antequam

quam filius legitimus fuerit natus, tum legitimatus fratri postea genito legitimo etiam in Jure Primogenituræ præfertur: antequam enim legitimus in rerum natura esse inciperet, ille omnia legitimi successoris requisita atque adeo jus succedendi obtinuit. Liberi, ex inæquali matrimonio nati, ad successionem habiles sunt, nisi aliter conventum. Aliquando femine admittuntur in subsidium: an vero Imperator filiam Vasalli, in præjudicium agnatorum, ad Feudi successionem habilem reddere queat, acriter quondam in causa Juliacenfi disputatum fuit. R. Autor questionem simpliciter negat, quoniam in Feudo antiquo agnatis non tantum jus quæsitum est, si actu ad successionem vocemur, sed & si eos ordo succedendi nondum tangat; nam ipse ordo, legibus successoriis definitus, ab Imperatore feminarum insertione turbari non debet. Postea consideratur *successionis diversitas*, ac in genere circa Territoria Germaniæ obtinere dicitur vel *successio pluralis*, vel *singularis*, seu *Jus Primogenituræ*, quod secundum doctrinam Autoris *lege imperii publica, partibus familiarum illustrium, & testamentis*, introducit. Denique circa successionem *legalem ordo succedendi*, ac in illo *gradus, gradus & linea*, expendantur. Postremo Dissertatio successionem quoque *testamentariam & conventionalem* explicat. Quæ singula ab Autore doctrinis iterum novis, singularibus & excellentissimis, ubique ornantur.

Disputatio de Jure Nobilitatis Lutherana ad immediata Germania Capitula & Canonicatus inscripta est. Nobile rarumque Thema. Evolvitur hic ex Jurisprudentiæ Publicæ placitis, quousque inclytæ nostræ Nobilitatis jura ad immediata Germaniæ Capitula & Canonicatus pertingant, laudatoque ordini curatius illa asseruntur. Initio B. Autor exponit Nobilitatis originem, habitum & varietatem, apud veteres Germanos, itemque hodiernæ Nobilitatis in Germania conditionem, divisionem, aliisque eo pertinentia; porro explicat, quid sit Canonicatus, nempe Jus habendi sedem in choro ad cantandum & legendum, ac vocem in Capitulo, h. e. in Collegio Canonicorum, vel loco, ubi congregantur Canonici aut Capitalares. Cuique usu invaluerit, at
nul-

nullus Canonicus sine præbenda sit, aut esse debeat, vetustaque hujus ordinis instituta magnam partem fere in desuetudinem abierint, stilo hodierno accipit Canonicatum pro *jure percipiendi fructus, redditus, & obventiones, rei Ecclesiastica, ex electione Capituli, vel collatione Patronorum, acquisito*. Tale beneficium, uti Noster porro docet, propter divinum beneficium olim fuit concessum; posthæc tamen inolevit, ut, si modo quis institutionem Canonicam obtinisset, qualiscunque demum fuerit, ad Canonicatus eveheretur; hinc, cum multi ordine temporis a præscriptis regulis abirent, alii Canonici regulares, alii non regulares, seu seculares, h. e. votis regularium non obstricti, nuncuparentur. Scilicet optima majorum intentione Monachorum ordo fundatus ad educandos viros doctos & castas ac modestas feminas. Episcopi cum fortunas suas in excelso collocassent, etiam Canonici, illis adjuncti, non poterant non ulterius tendere, quo ipso effectum, ut tædere illos cœperit superstitionum canonum adeo stricte observandum, ut potius spartam suam alios erudiendi, & in templo cantationibus ac prælectionibus vacandi, aliis demandaverint, nomenque regularis in appellationem secularis propere transformaverint. Quæ mutatio ab Autore adversus malevolos defenditur ac excusatur. Nimirum viderant Canonici, omne illud, quicquid habebant solidioris doctrinæ, a discipulis sperni, saltem non intelligi, proinde, secretiora sua ingrato stupidoque seculo propalare, nefandum facinus ducebant: insuper, cum molestum isthoc munus optimas eis suffuraretur horas, quibus semet ipsos profundiore doctrina imbueri satius credebant, quam jejunis prælectionibus vacare, non injuria ad Academias & scholas, e trivio natas, inque ipsorum præjudicium erectas, cupidam discendi juventutem remiserunt. Multo minus vitio verti ipsis poterat, quod spartam suam, Ecclesiam præsentibus opplendi, aliis demandassent; noverant enim, non in hoc summam salutis æternæ verti, licet id remissius tractarent. Imo gratias referre debemus Canonicis, quod exemplo suo demonstraverint, vanos & a superstitionis hominibus excogitados ritus, quos Noster itidem refert, dediscendos esse.

Hæc aliaque argumenta plenius deducuntur §. 18 seqq. Jus nobilitatis ad Capitula in genere adstruitur ex eo, quod obscuro & imprudenti seculo bona Nobilium, imo Principum & Imperatorum, ex munificentia superstitione accesserint Ecclesie; deinde, ob tutelam Ecclesie præstandam, & favorem nobilitatis, Nobilium prærogativam præ plebejis in beneficiis Ecclesiasticis fuisse, eosque solos in nonnullis Collegiis admissos, demonstratur §. 26 seq. Postea specialis quoque adducitur ratio istius juris, nempe ut hoc pacto familiarum illustrium splendori ipsisque Nobilibus prospiceretur, quod orthodoxorum Theologorum testimonio & literis Comitum atque Baronum Evangelicorum publicis Noster amplius probat, ad argumenta etiam *Monzambani*, beneficia Ecclesiastica Nobilibus percipienda negantis, respondet §. 24 usque ad 30. Sequitur historia mutationis religionis Pontificie, bellum exinde natum & pace religiosa sopitum, ejusque effectus in Nobilibus; quibus breviter tactis, ostenditur, quod Nobiles urserint cum Statibus liberam religionis mutationem salvis juribus & beneficiis Ecclesiasticis, quod Pontificii illud respuerint contraria propositione, quod illi, non attentis Protestantium exceptionibus, tandem procuderint Reservatum Ecclesiasticum, Paci religionis insertum, vi cujus beneficia Ecclesiastica amittere debet, quicumque ab avitis sacris discedit, & quod hujus rei suus extiterit effectus & neglectus. Doctrina, quæ deinceps propius ad rem accedit, ita se habet: Ferdinandus II restitutionem omnium bonorum, post Transactionem Passaviensem occupatorum, detentoribus injunxit, quod unico fere fundamento nitetur Reservato Ecclesiastico. Illud certum, non inter ultimas rationes fuisse, cur Sueci ad Germaniam appulerint, Edictum Ferdinandum. Quam causam nec successus destituit, qui A. 1648 Pacem Westphalicam peperit, quæ quoad Reservatum Ecclesiasticum Pacis religionis sanctionem non immutavit, sed tamen, ut idem ad Protestantium beneficia Ecclesiastica extenderetur, insuper disposuit. Nunquam vero, religionis diversitate coorta, Nobilitas Lutherana jure ad Canonatus & Capitula excludi potest. Et principio quidem illud
liquet,

liquet, beneficia Ecclesiastica non facile concedenda esse, nisi iis, qui ex Germanico sanguine nati ac indigenæ sunt. Hoc enim tanquam legitimam observantiam sancte observant plurimæ nationes. Hinc quoque jam ante Reformationem de Pontificis, exteris illa conferentis, ausu graviter questi sunt Status Imperii in Gravam, ad Pontif. A. 1522 §. 16. Præter generale rationes, quæ hic adduci possunt & solent, consideranda est origo bonorum Ecclesiasticorum, supra jam memorata; improbum deinde foret, si Respublica eos negligere vellet, quorum virtute ipsius decus ac splendor magnam partem acquisitus est. Pontificii variis argumentis evincere conantur, non licere Protestantium religioni addictis, se suosve collegiis aut Capitulis Catholicorum ingerere, quæ singula ac speciatim ea, quæ a Reservato Ecclesiastico desunta sunt, ab Autore confutantur §. 49 usque ad 71. Postremo circa decantatum illud Reservatum & Instrumentum Pacis Westphalicæ Noster singularia quædam annotat. Reservatum ante Pacem Westphalicam a parte Protestantium nunquam in vim juris transit. Hac vero A. 1648 sancita, negotium hoc ad æqualitatem redactum fuisse, omnemque controversiam sopitam, *Kulpius*, aliique, existimant. Sed tantum abesse, dicit Noster, ut illud Pace Westphalica sit confirmatum, aut res ad æqualitatem redacta, ut potius sit, quod ad Pontificios, mera impietas & injustitia, quod ad Protestantem autem, sanctio laudatæ Pacis, vi cuius idem apud Protestantem contra Pontificios observatur, quod Pontificii sibi arrogant, sit prudens defensio, iustaque talio. Imo, uti Noster amplius docet, nobilitatis Lutheranz conditio per illum Pacis articulum eo deterior reddita censeri potest, quod jam solemniter, ante autem clam & injuste, exclusa sit, inter quæ illud discriminis esse potest, quod hoc minus, illud magis, colorem apud incautos præbeat, ac, quasi confirmatio accesserit, existimari queat. Denique Autor concludit, uti valor Reservati nullo jure evinci, nec ejus labem vel prolixissima excusatio abstergere possit, sed ipsum improbatum semper futurum sit impium & injustum, ita non minus illustri Nobilium ordinis jura ad Capitula & Canonicatus Pontificiorum intacta persistere & illibata,

quæ licet jam efficaciam suam exercere nequeant, nunquam tamen in memoriam esse. Ceterum ex Præsidis ad Respondentem epistola nos cognovisse meminimus, quod ille thesaurum diu penicillo adhiberetur huic obtulerit, hic vero illud deinceps, quod ad collectionem & elaborationem, excoluerit. Id quod stilus etiam & modus proponendi passim indicare videntur.

Disputatio XI de Servitute faciendi refutat Romanorum & vulgarem Interretam sententiam, qua statuunt, servitutum non eam esse naturam, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid patiatur aut non faciat, l. 15 §. 1 ff. de Servit. excepta oneris ferendi servitute. Autor ostendit, fluere illam doctrinam ex principio, quod res rei serviat, ex quo uti diversa deduxerunt Romani consectaria, ita speciatim eam, quæ jam memorata est, de servitute in faciendo non consistente doctrinam. Verum, lubricum esse illud principium, luculentissime probat Noster §. 8. *Accurate, inquit, loquendo non ad prædia, sed homines, prædia possidentes, servitutes pertinent, adeoque servitus debetur non a prædio, sed ab ejus domino, non rei, sed domino ipsi. Interim verum est, quod hominibus hæc jura non aliter competant, nec onera ipsis inbareant, quam ob prædia, quæ possident, ob quam causam ad res vulgo relatum fuit, quod ad earum possessores pertinet. Non operose id, quod diximus, probandum erit: servitutes sunt jura & obligationes, sed harum rerum moralium bruta non sunt capacia, multo minus illæ cadunt in res inanimatas. Servitutum natura vulgo consistere censetur in patiando, i. e. non impediendo alterum, quo minus ille in re nostra agat, & non faciendo, i. e. omittendo actionem, aliis incommodum allaturam. An, prædium pati, & non facere posse, putabimus? hominum hæc sunt, non prædiorum. Hinc, realem faciendæ servitutem arbitrio hominum effici posse, probat 1) exemplo servitutis oneris ferendi; in hac enim onus reficiendi ad omnes prædii servientis possessores transit; 2) prima doctrina dissentientis origine, quia sententia, quæ servitutem faciendi negat, orta est ex falsa hypothese, quod res servituteam debeat, factum autem ab homi-*

homine proficiscatur, res nihil facere possit. *Titius* dissentienti *Flubero*, alii que hoc concedit, quod res nihil facere possit, sed vel inde liquere dicit, quod etiam non possit factum omittere, hinc nihil certius esse, quam quod rei possessor obligetur. Deinde plenior facit suam de servitute faciendi doctrinam, dum ordinarios constituendæ servitutis modos expendit, & deinceps ad servitutum faciendi applicat. Ultimo loco varia servitutum faciendi exempla, in praxi & foro occurrentia, adducit, servitutum altius tollendi, jus coquendi & vendendi cerevisiam, cum jure cogendi conjunctum, itemque alia in molendinis & furnis bannalibus, in operis rusticis, in jure lignandi, similibusque.

Disputatio XII de *Polygamia, Incestu & Divortio, Jure Naturali prohibitis*, inscripta est. Autor hic demonstrare conatur, quod alii vix audent. In Proœmio fundamentum doctrinæ est natura, a Deo ad eum quoque finem creata, ut homines genus suum propagent eo modo, qui & naturæ propagantium sociali convenit, & homines natos ad religiositatem, philantiam temperatam, & socialitatem, quam optime disponit, ex quo principio Noster, libidinem vagam prohibitam esse, probat, *B. Thomasi* instantias refellit, omnem usum Veneris, quæ præter & contra finem a Deo intentum adhibetur, non solùm honestati & decoro naturali, sed etiam regulis justitiæ, adversari, contendit, prolis procreationem pactis circumscribendam, rejecta *Grotii* atque *Thomasi*, dissentientium, doctrina, ostendit, atque prohibitionem polygamie, incestus & divortii, velut conclusiones in sequentibus Capitibus deducit. *Cap. I* igitur rationes, quibus in *Obsero. Pufend. 488* prohibitionem polygamie virilis probare tentavit, magis exponit. *Prima* est, quod nullus legitimus polygynie scopus allegari possit, *secunda*, quod plurimum feminarum consortium repugnet indoli tam arctæ conjunctionis, qualis est conjugalis, *tertia*, quod unius viri cum pluribus feminis conjugium ob solam libidinem suscipiatur, *quarta*, quod polygamia ista a genilibus voluptati & pravis moribus deditis habeat originem.

Ad exemplum Patriarcharum aliorumque sanctorum, qui fuerint polygami, virorum, Noster responderet, dubium illud commodissime removeri posse, si legem naturalem ab initio statim ita formatam dicamus, ut casus illi ob gravissimas rationes fuerint excepti, quemadmodum hoc exemplum juris necessitatis intelligi possit. *Quinta* ratio est, quod polygynia contraria sit æquitati sexus. *Sexta*, quod per polyandriam æque ac per polyandriam, de qua antea quædam dixerat, turbetur socialitas, ceterique fines, a Deo intenti. *Grotii* quoque, *Struvii*, *Thomasi*, *Theophili Aletbei*, & *Daphnei Arcuarii*, dissentientium, asserta excutiuntur. *Cap. II* iidem argumenta, quibus in *Observ. Pufend.* 496 prohibitionem incestus evincere conatus est Autor, paulo latius deducuntur. *Primum* desumitur ab *unitate* carnis, seu ab eo, quod in personis, nimis propinqua consanguinitate vel affinitate conjunctis, sit una eademque caro; hinc Noster existimat, ab impossibilitate physica, quæ circa unum hominem ratione concubitus deprehenditur, ad impossibilitatem moralem, quæ carne divisa locum habeat, non male inferri, eamque ratiocinationem perinde in natura fundatam videri, ac si a socialitate ad prohibitam proximi læsionem inferas. *Alterum* est, quod abhorreat a natura sociali, ut cognatio vix incepta in sua statim redeat initia, cum indoli vitæ socialis magis conveniat, ut illa latius spargatur; *tertium*, quod admissa concumbendi licentia cum istis personis adulteris & stupris ansam sit præbitura; *quartum*, quod nullus legitimus filius nominari posse videatur, ob quem matrimonia cognatorum sint appetenda. Ad objectionem de concubitu liberorum Adami respondet, non esse, cur cum aliis hic dispensationem contra legem naturalem fingamus, cum casus hic sit *exceptus* a regula, quæ filios Adami non obligaverat, sed genere humano multiplicato demum vim suam exseruit. *Thomasi*, aliorumque, contraria dogmata passim removet. *Cap. III* tribus rationibus probat, etiam Jure naturali conjugium esse indissolubile. *Prima* ejus ratio est, quod *levitas*, qua, ob nullas vel vnas causas, conjugium dirimitur, naturæ hominum sociali haud conveniat.

Cui

Cui addit *altaram*, quod ejusmodi divertendi licentia adulteriis & stupris locum faciat, præterea isti licentiæ bonus aliquis finis assignari nequeat, quæ *tertia* est ratio. His assertis, exempla divoriorum arbitratorum, in S. Codice occurrentium, neutiquam obesse dicit, siquidem a tolerantia, quæ in illis occurrit, ad legem vel legis dispensationem non recte inferatur. Ceterum *Arcuaris* tradita iterum refellit §. II seqq. In fine Dissertationis monet, se non polliceri demonstrationes exactas, interim tamen non dubitare, quin si ii, qui has literas tractant, serio magis naturam humanam expendant, eandem officiorum conjugalium certitudinem deprehensuri sint, quam quoad officia socialia, ad hominum conversationem spectantia, magno consensu admiserunt.

Disputatio XIII agit de *Contractibus patris & liberorum, in potestate ejus existentium*. Constat inter omnes, qui foro litant, quam frequens sit, quam controversa quæstio, an & quousque liberi cum patre, in cujus potestate existunt, valide contrahere queant? Constat non minus, quam sæpe contractus illi, bona fide initi, ob rem non satis consideratam facti sint irriti. Novam Noster de hoc argumento doctrinam, eamque in praxi utilissimam, hic instruxit, quæ ita se habet: Jure Naturali liberi ob patriam potestatem non fiunt inhabiles, quominus res proprias habeant; hinc proles illo jure capax est dominii adversus ipsum patrem valituri. Jure autem positivo patria potestas majorem formam accipit, quod imprimis exemplo Juris Romani intelligitur. In specie eodem Jure liberi perinde ut servi olim nihil proprii habebant. Successu vero temporis rigor iste quodammodo temperatus est, & quod ad nonnulla bona, patribus plenum dominium relictum, in aliis liberis idem tributum, in nonnullis denique jus inter patrem & liberos suo modo divisum est, ex quo diversa liberorum peculia innotuerunt. His præmissis laudata quæstio ventilatur, *an & quousque liberi cum patre, in cujus potestate existunt, valide contrahere queant?* Mero Jure Naturali ex patria potestate nullum oritur impedimentum. Omnis igitur quæstio pertinet ad Jus positivum, quod illis contractibus valorem deneget,

gat, uti patet ex l. 2. ff. d. C. E. V. l. 11 C. Donat. l. 17 eod. §. 6. l. de Inutil. Stipul. l. 4 de Jud. l. 7 d. O. & A. Ratio non dependet ab aliqua prohibitione, sed ex eo, quod liberi olim nihil proprii habere potuerint, sed omnia potius ad patrem pertinuerint, eidemque auctoritate juris confestim acquiratur, quod ullo modo liberis obvenit, neque momento aliquo in eorum persona subsistat l. 79 d. A. O. H. Cum enim hoc posito pater secum ipso contrahere censeatur, nullam validam obligationem inde oriri posse, manifestum est l. 71 de Fidojuss. Cujus quidem rationis efficacia, quod ad tempora, fuit diversa. Olim, cum nihil proprii habere possent liberi, infirmitas contractuum inter patrem & liberos fuit *absoluta*, secundum tempora vero recentiora, ubi diversitas peculiarium est introducta, tantum *hypothetica*, ab intentione patris dependens. Vulgo rationem, ob quam contractus inter patrem & liberos non valet, ex fictione unitatis repetunt, l. f. C. d. Impub. & al. Subst. quae tamen cum priori concurrat, sed obscurior est. Cum vero ratio, ob quam contractus inter patrem & liberos non valet, particularis sit, nec omni respectu occurrat, hinc liquet, nonnullas etiam occurrere limitationes & casus, quibus inter patrem & liberos valida obligatio esse aut negotium celebratum suo modo valere possit. Valent illi contractus *simpliciter*, si *objectum* distinctionem creditoris & debitoris admittit. Quare contractus valent ratione peculii castrensis & adventitii, tam irregularis, quam regularis. Hinc pater res liberorum adventitias emere potest, filius patri operas, si tales sunt, quas antea patri non debuit, pro mercede locare potest. Idem dicendum de contractu mandati. Sic quoque valet donatio liberorum patri facta, si res proprias tenent. Quod si vero pater cum liberis ita contrahat, ut res ab eo haud abire, sed in causam peculii profectitii reverti debeant, tum habet quidem facultatem poenitendi & contractum revocandi, attamen ille *secundum quid* valebit, nempe ratione *tertii*; nam, patre voluntatem non mutante, tertius nullitatem urgere nequit, imo nec pater voluntatem suam indistincte mutare potest, cum & æquitati &

Juri Civili sit consentaneum, ne quis in alterius injuriam consilium mutet, v. g. si filius rem, ex donatione acceptam, alii iterum dederit, ac pater a tertio rem vindicare velit eo pretextu, quod contractum, inter se & filium celebratum, resciderit. Denique si pater inita conventionem moriatur, vel filium emancipaverit, nullumque mutatae voluntatis signum ediderit, tum negotium simpliciter valet. Postquam igitur liberi domini capaces sunt reddituri, & duplex in patre intentio & hinc orta contrahendi ratio occurrere potest, nempe ut res cedat peculio vel adventitio, vel profectitio, adeoque contractus vel valeat, vel inefficax sit, quaeritur, utra intentio in dubio sit praefenda? Pronunciandum est pro priori: voluntas enim efficax & sibi constans magis praesumenda est, quam inefficax, & quae contradictionem involvit. Plane, si pater jurejurando contractum firmaverit, aut eum judicialiter approbati, vel a filio ad hunc actum curatorem constitui, curaverit, prior intentio certissime erit asserenda. Quis enim credat, patrem, voluntate sibi met ipsi contradicente, Deo & Magistratui illudere, vel tanto conatu nihil agere voluisse. Ex quibus apparet, quod non solum Jure Saxonico, ut quidam Interpretes existimant, sed etiam Jure Civili, conventiones patris & liberorum plerumque validae dicendae sint, quodque juris antiqui rigor per admissa varii generis peculia fere sit expunctus. Haud igitur par erit, negotia, bona fide celebrata, fictae cujusdam vel pictae unitatis praetextu irrita dicere. Quod ad *usum modernum*, Juris Romani autoritas hic non est in dubium vocanda, & tamen liberis contrahentibus satis prospectum, modo illud recte explicetur & accipiatur, secundum ea, quae jam dicta sunt. Haec est summa hypothesis, ab Autore circa hoc argumentum traditarum. Postremo rem nonnullis exemplis, quae in supremo Appellationum judicio etiam ventilata fuerunt, illustrat, atque tum sententias ipsas, tum rationes decidendi, examinat.

JO. ANDR. SCHMIDN, THEOLOGIAE
quondam in Acad. Juliae D. & Prof. Publ. Abbatis
E Mariae-

Marievallensis, & Ordinis sui Senioris, Historia Interimistica, Libellus posthumus, editus ab Autoris filio,
C. A. SCHMIDT.

Helmstadii, literis Pauli Dieter. Schnorrii, Acad. Typog. 1730, 8.
Plag. 9.

Optime egit Clar. Editor, quod pie defuncti parentis sui, viri diligentissimi, & de antiquitatis ecclesiasticæ studio bene meriti, historiam Interimisticam publicæ luci invidere amplius noluerit. Cum enim gravissimis motibus & in civili & in Ecclesiastica Republica Interimisticæ controversiæ seculo sexto & decimo occasionem aperuerint; dubium non est, quin etiam hæc ipsa historia ad illius seculi motuum pleniorum cognitionem aliquid conferre possit. Ut de ejus ratione B. L. ipsi judicium ferre queant; summam tantum commemorabimus, quæ Autor doctissimus de Interimisticis controversiis copiosius tradit.

p. 1-31.

Omnis autem hæc historia tribus Partibus absolvitur. Prima Parte a §. II ad V pie defunctus *Schmidius* ea commemorat, quæ libri *Interim* exhibitionem antecesserunt. Huc enim principe loco refert, quæ anno 1541 in conventu Ratisbonensi, ab Imperatore Carolo V convocato, inter Theologos pontificios, *Jo. Eccium, Julium Pflugium, & Jo. Gropperum*, ab una, & inter doctores Lutheranos, *Philippum Melancthonem, Martinum Bucerum, & Jo. Pistorium*, ab altera parte, de libro quodam, de cujus Autore non constat, eo consilio exarato, ut secundum ejus præscripta in Imperio Germanico usque ad Generale Concilium cælestis doctrina doceretur, disputata sunt. Cum enim, finito bello Schimalcaldico, Carolus V Imperator & a Francisco Rege Galliarum & a Turcis Germaniæ suæ metueret; de Germania ad unam religionem reducenda in conventu Ratisbonensi consilia agitabat, ut vi unita utique fortiori Germaniam contra Gallorum & Turcarum impetus defendere posset. De hoc autem conventu B. *Schmidius* commemorat, quod infelici successu fuerit finitus. Librum enim, in illo propositum, neque Lutheranorum, neque Pontificiorum doctorum tulisse

tulisse plausum. *Melanchthonem* in Epistola quadam ad *Joach. Camerarium* scripsisse : *has conciliationes fallaces ; plenas turpitudinis & periculi, insitui nollem.* *Eckium* de hoc libro in Concilium Principum Catholicorum sequens misisse elogium : *Neque placuit, neque placet, liber iste insulsus, neque placebit, in quo tot errores & vitia deprehendi ; unde judico, sicut semper judicavi, cum a Catholicis non recipiendum, qui, relicto modo loquendi Ecclesia & patrum, Melanchthonizat.* Quod de Conventu Ratisbonensi judicat, idem etiam de consiliis *Joachimi, Electoris Brandenburg.* unionem Ecclesie promoturis, annotat. Hic enim die decimo Junii anni 1541 Conciliationis schema proponebat, quod die quinto atque vigesimo Junii communi consensu rejiciebatur, quoniam vagas tantum, neque satis explicatas, propositiones continebat. Non felicitati successu Imperatorem suum de Germania ad unam religionem reducenda consilium urfisse, contendit, in colloquio, Ratisbonæ inter Theologos Pontificios & Lutheranos A 1545 instituto. Eodem circiter tempore, ut Doctiss. Autor observat, nempe A. 1544 & A. 1545, *Mauritius, Saxonie Dux,* Theologis suis id dedit negotii, ut de conformitate ceremoniarum introducenda essent solliciti. Quod quidem consilium post collatum sibi A. 1547 a Cæsare Electoratum, forsan Cæsari ut placeret, majori cum cura urfit. Gravissimis controversiis hoc ipsum consilium occasionem aperuisse, p. 29 Doctiss. Autor tuetur. Cum enim ab Electore usus ornatus, in *Officiis Ecclesiasticis* adhiberi soliti, & præcipue vestis sacerdotalis albæ, commendaretur, quidam tenere, præstare, omnis generis vexationes tolerare, & ipsam mortem subire, quam ejusmodi vestem induere. Licet autem de conformitate ceremoniarum Lipsiæ tum temporis ex instituto fuerit disputatum ; Autor tamen noster observat, nihil in ritibus publica autoritate tum temporis fuisse mutatum.

Ad alteram Historiæ Interimisticæ Partem Autor §. 6 progreditur, atque exponit, quæ ipso evulgationis libri *Interim* tempore fuere agitata. Commemorat e. g. mense Septembri anni 1547 Comitibus Augustanæ cœpisse. In quibus qui-

p. 19.

20.

21-23.

23-27.

28 seq.

31.

32.

quidem Carolus V, cum intelligeret, Pontificem Romanum in celebrando Concilio Oecumenico moras neceare nimium diuturnas, id egerit ipse, ut statueret, quid interim per Imperium Germanicum in religionis negotio sit observandum. *Julium enim Pflugium, Michaëlem Sidonium, & Joannem Agricolum, Islebiium*, jussu Cæsaris elaborasse librum, 26 Capitibus constantem, eo consilio, ut omnes Imperii ordines eum reciperent.

p. 39 seq. De ipso hoc libro Doctiss. Autor tradit, quod in illo de concupiscentia, de justificatione, Lutheranorum in modum sermo instituitur; licet non desinat, quæ *Melancthon* etiam ratione horum Articulorum in *Interim Augustano* merito reprehenderit. In Capite de operibus, ut *Schmidius* noster commemorat, meriti de condigno ne verbo quidem fit mentio; distinctio inter Ecclesiam visibilem & invisibilem ibidem admittitur. Notæ veræ Ecclesiæ pura doctrina & legitimus sacramentorum usus statuuntur, omnia tanquam nota indubitata erga Pontificem Romanum obedientia. Missa sacrificium expiatorium pro vivis & mortuis non nominatur. Sacerdotibus etiam permittitur uxores ducere, & laicis, cœnam sub utraque specie sumere. Non reticet etiam Autor noster numero multos Pontificios errores, in hoc ipso libro una propositos. Atque inde evenisse tenet, quod hic liber neque Pontificiis, neque Lutheranis doctoribus placuerit. Quibus tamen non obstantibus, Carolus V Imperator die quinto & decimo Maji A. 1548 contenta libri *Interim* solenni ritu publicari curavit, atque ab omnibus ordinibus observari voluerit. Quæ ubi Doctiss. Autor copiosius exposuit; ad ea progreditur, quæ post evulgationem libri *Interim* in Ecclesia Lutherana evenere. Præcipuum controversiarum Interimisticarum theatrum erat Saxonia. Igitur primo exponit motus, ob evulgationem libri *Interim* in Saxonia secutos, tum, quid in Electoratu Brandenburgensi hanc ob causam usu venit, commemorat. Ubi de Saxonia verba facit, non solum recenset scriptum, a Theologis Vitenbergensibus & præcipue *Melancthone* libro *Interim* oppositum, verum etiam de variis conventibus, auspicio Mauritii, Saxoniz Electoris, Misnia, Pegaviz, Torgaviz, Juterhoci, & alibi, ob contro-

si seq.

61-98.

controversias Interimisticas habitis, observationes notatu dignas
 profert. Singularem etiam industriam tradit, quid in conventu,
 Cellæ mense Novemb. 1548 habito, de adiaphoribus sine læsione
 conscientiarum usurpandis fuerit statutum? Jussu enim Electoris
 Mauritiæ ibidem ordines politici, & ex Theologis *Georgius, An-*
haltinus Princeps, Jo. Farsterus, Jo. Pseffinger, Georgius, Ma-
gor, Philippus Melancthon, Daniel Gresserus, Jo. Bugenba-
gius, Joach. Camerarius, & alii, librum Agendorum sub Duce
 Henrico compositum examinarunt, neque solum ostenderunt,
 quidnam in ceremoniis Pontificiis doctoribus possit concedi;
 verum etiam quandam rituum designationem elaborarunt, in
 conventu provinciali ad ordines referendam. Quam quidem
Flaciani Interim Lipsiacum majus deinceps appellarunt. Men-
 se Decembri, ut B. Autor noster refert, Lipsiæ in conventu so-
 lenni iterum de adiaphoribus disputatum est, & rata non solum
 sunt habita haud ita pridem Cellæ statuta, verum etiam scri-
 pto, publica auctoritate edito, promulgata. Quod scriptum
Flaciani Interim Lipsiacum minus appellarunt, Lipsiensem con-
 ventum excepisse Merseburgensem, B. *Schmidius* noster tradit.
 In quo quidem nonnulli Theologi, Mauritiæ auspicio apud
 Principem Georgium Anhaltinum congregati, Librum Agen-
 dorum, temporibus Principis Henrici compositum, recognove-
 runt; neque solum, quæ de adiaphoribus haud ita pridem statu-
 ta erant, adjecerunt, verum etiam expositionem doctrinæ Chri-
 stianæ libro illi inseruere. Quod dum fecere, *Flaciani* illos
 idololatriæ & desertæ veritatis accusarunt, controversiæque a-
 diaphoristicæ occasionem aperuere. Quæ quidem adiapho-
 risticæ controversiæ adhuc durarunt; cum in Transactione Pas-
 saviensi jam omnes controversiæ interimisticæ essent finitæ, &
 Evangelicis liberum religionis suæ exercitium esset concessum.
 Longe alia erant, quæ in Electoratu Brandenburgensi libri *In-*
terim publicationem sequebantur. Cum enim Joachimus, E-
 lector Brandenburg. receptionem libri *Interim* urgeret, nume-
 ro multi verbi divini ministri, qui impiis illis placitis calculum
 adjicere nolebant, solum vertere & munera sua aliis relinquere
 coacti sunt. Quæ quidem Doct. Autor noster ex relatione MSC.

p. 98 seq.

109 seq.

114.

118-121.

Andreas Hugelii, Pastoris initio Brandenburgensis, dein Jenensis, qui ipse ob interimisticas controversias multa toleravit, exponit. Idem etiam Doctiss. Autor noster sub finem historię suę interimisticę attexuit indicem scriptorum, qui partim occasione controversiarum Interimisticarum, partim occasione controversiarum Adiaphoristicarum, publici juris sunt facta. Non uno etiam in loco *Historiam Adiaphoristicam* se elaboraturum promittit. Quam quidem si ante obitum suum pie defunctus *Schmidius* elaboravit, & inter manu sua exarata scripta reliquit, Clariss. Editor utique historię Ecclesiasticę studiosos sibi devinciret, si hanc quoque *Adiaphoristicam Historiam* publici juris faceret.

HISTORIAE CATECHETICAE, SEU APPARATUS ad historiam Catechetica[m] collecti, Pars Prima, in qua catechesis inde ab Ecclesię primordiis, usque ad Reformationis Lutheri ævum, juxta seculorum seriem proponitur a D. GREGORIO LANGEMACK, Sundensium Eccles. Præsule.

Sundæ, impensis Sam. Gottl. Lochmanni, 1729, 8.

Alph. 1 pl. 6.

UTilissimum sacrę & literarię Historię opus S. R. Autor aggreditur, quod tentatum quidem hinc inde ab aliquibus meminimus, sed, si cum præsentis apparatus eorum labores contendamus, longe imperfectum huc usque relictum est. Inscriptum illud peritissimo harum rerum arbitro, *Jo. Alb. Fabricio*, Hamburg. Polyhistori celeberrimo, quocum se ante hos triginta, & quod excurrit, annos, in communi *Mayeriano* convictu, amicitiam contraxisse, cum grati animi recordatione testatum facit. Quod laborem hunc suum, non historię ipsius, sed ejus duntaxat apparatus, titulo insignire voluerit Autor, id modestię ejus documentum interpretari licet. Idiomate nostro Germanico hoc Opus concinnavit, ac primam ejus tantum Partem huc usque exhibuit, ad Reformationis *B. Lutheri* tempus, ut vel e titulo patet, prolatam. *Capitibus XXII* hoc pensum absol-

solvitur, e quibus argumenta quædam præcipua Lectoribus nostris decerpta dabimus, ut, quem ex hoc apparatu fructum percipere liceat, inde queant colligere.

Cap. I in onomatologiam Græcam vocis Catechismi & catecheseos inquiritur, atque, uti illa ex usu scriptorum Ecclesiasticorum pro institutione rudiorum de primis doctrinæ elementis cum primis accipi consuevit, ita hunc usum voci κατηχήειν, ante a profanis item atque sacris scriptoribus adhibitæ, vix ac ne vix quidem hæsisse, evolutis plurimis locis, conficitur. *Capite II* formam catecheseos, qualis illa in V. T. in usu fuerit, describendam sibi sumit Autor; ubi, rejectis monumentis apocryphis & pseudepigraphis, res potissimum ad insigniorum hujus argumenti S. Scripturæ locorum explicationem redit, idque de *acquisitione u. simarum*, ab Abrahamo in Haran juxta *Gen. XII, 3*, facta, præeuntibus interpretibus aliquot, erudite observat, de spirituali potissimum per fidem generatione, quæ non alia, quam catechetica, vel ei gemina, in vera doctrina institutione peragi possit, intelligi deberi; cujus generis observationes edecumatæ & de reliquis porro afferuntur. *Cap. III* ad Catechesin N. T. explicandam accedit, facto hic initio a Sec. I, ubi, quicquid de Christi ipsius & Apostolorum catechisandi methodo, foris ac ritibus, in sacris hinc inde paginis traditur, eodem modo illustrare pergit. De his habemus jam, quod hic addere licet, Dissertationem, circa finem anni 1728 Jenæ sub præsidio Cel. *Jo. Georg. Walchii* ventilatam, de Apostolorum institutione catechetica, quam cum allatis ab Autore nostro non sine fructu conferre juvabit. Cum vero inter Apostolorum & eorum successorum scripta circumferantur Pseudepigrapha, mentientia titulum catecheseos; occasio inde subnascitur Nostro, *Cap. IV* tradendi de catechesibus supposititiis, aut falso sic nominatis; qua in re uti de hoc seculo Apostolico probat, nullam ab Apostolis aut Apostolicis viris scripto conceptam atque ad nostra tempora transmissam esse genuinam catecheseos formulam, ita non tantum in hujus, sed & sequioris, ævi scriptis dijudicandis ita versatur, ut tum potiores suppositionis notas indicet, tum etiam, si qua genuina etiam hujus gene-

generis monumenta supersint, rationes idoneas afferat, quare pro catechesibus proprie sic dictis haud sint habendæ; atque hinc ex. gr. *Enchiridion D. Augustini* e catechesion numero exiit, quoniam sublimioris doctrinæ capita Laurentio, non catechumeno, sed primis instituto pridem Christianæ fidei elementis viro, proponat, inque iis contra hæreticorum & infidelium aberrationes defendendis vindicandisque veram catecheseos formam egrediatur. *Cap. V* illustrandis argumentis catecheticis, ad II post C. N. Sec. pertinentibus, destinatur, in quibus porro *Cap. VI* ad tertium, & *Cap. VII* ad quartum Seculum pergit. Præcipuum hic caput de celebri inter Christianos primævos schola catechetica Alexandrina attingitur, & omnia, quæ de illa tradunt, monumenta diligentius excutuntur; cumque de successione catechetarum in schola hac Alexandrina peculiare aliquod fragmentum *Philippi Sidetis Henricus Dodwellus* in suis ad *Irenæum* Dissertat. Oxon. 1689 in 8 editis, produxerit, quod nec *Jo. Mich. Wansleb*, nec *B. Jo. Andr. Schmid*, in suis de hoc argumento Commentationibus usurpatum est, illud ad partes vocat Noster, idque inde efficit, ut, cum *Eusebius* 8 tantum, *Philip. Sidetes* autem 13 catechetas numeret, ipse ex utroque inter se collato 15 juxta seriem & ordinem suum relatos catechetas Alexandrinos nobis exhibeat, de quo subductas ab eo rationes videre licet p. 152. Ex reliquis, quæ in his tribus Capitibus afferuntur, ea, quæ de forma catecheseos horum maxime afflictorum erudite disputat, notari merentur; de qua id, quod causæ fuit, ut doctores hoc ævo catechetici non tam scriptis, quam ore, illa catecheseos capita, tanquam mysteriorum divinorum initiamenta, catechumenis suis tradiderint, recte omnino in disciplina arcana, quæ isto tempore invaluit, Autorem nostrum deprehendisse, credimus. Porro *Cap. VIII* de *Cyrillo*, Hierosolymitano Sec. IV Episcopo, cujus catecheses etiamnum habemus supersites, ex instituto sibi tractandum sumit, ubi, præeunte *Toutto*, novissimo *Cyrilli* editore, paulo prolixius in vitam *Cyrilli* describendam excurret, ipsasque catecheses, quas contra sententiam *Rivetti* (a qua tamen *Dorschaum* atque *Hülsemannum*, aliosque

ex Reformatis haud abhoruisse novius) e supposititiarum numero eximit, indicatque, easdem Procatechesi una, Catechesibus undeviginti, ac quinque mystagogicis, absolvi, ac singulas fere curatius percenset. Quod etiam *Cap. IX*, ad catechesin *Sec. V* devolutus, in libro *B. Augustini*, qui de catechizandis rudibus inscribitur, eadem ratione præstat, ut aliquam istorum temporum catechizandi formam & methodum, (hanc enim potius, quam ipsa catecheseos capita, hæc Patrum scripta exhibent,) ex illis ob oculos ponat; in quem finem & *Cap. X* peculiarem de Catechizandis tractationem subjungit, quos apud Christianos antiquos a sic dictis *illuminatis & fidelibus* distinctos, in suas etiam *proficientium, audientium, initiatorum, competentium & electorum*, classes relatos fuisse, post alios docet; de qua tamen divisione, aliisque huc spectantibus capitibus nuper etiam in *Joseph. Binghami*, Angli, Orig. s. Antiquitat. Eccles. Lib. X & XIV Vol. IV & VI versionis & editionis Halens. luculenter traditum meminimus, quo usum Cl. Autorem nostrum haud legimus. In *Cap. XI, XII, XIII, XIV, XV, XVI*, totidem, quæ se excipiunt, secula, VI namque usque ad XI, expedit Autor, catecheseosque, depravatæ per Anti - Christi Occidentis Orientisque dominatum, commonstratis ubique vestigiis, id tamen haud præterit, si quidem servatas quasdam salutaris hujus institutionis reliquias deprehendere licuit, quas inter eminent, quæ circa convertendos ad fidem Christianam populos Germanos septentrionalesque in usu esse cœperunt, solenniores catecheseos formulæ, de cujus generis venerandæ antiquitatis monumentis quæ vel a *Jo. Georg. Eccardo* & in *Thesauro Schilteriano* Tom. I noviter in lucem protracta, vel etiam renovata sunt, dum ex iis etiam hic ab Autore nostro denuo ad *Sec. IX* & sequentia ex integro refertur, nihil hic jam repetemus, quoniam de iis tum alibi, tum etiam in his Actis non ita pridem, quod satis, dictum est.

Postrema denique suæ tractationis periodo nova quasi dicendi materia Autori sufficitur a veritatis contra Papatum testibus. Ita enim, ubi *Cap. XVII* usque ad *XXI* secula XII, XIII, XIV, XV, & XVI etiam initia, usque dum coeptum est illu-

strius illud a B. *Luthero* sacra repurgandi negotium, sic bene disposito narrationis suæ ordine, percurrit, mox Sec. XII in Waldenses, Albigenesque incidit, qui catechesibus suis peculiaribus non caruerunt: quæ ut Sec. etiam XIII cum nonnullis aliis catechetice doctrinæ velut naufragis tabulis fuere attendendæ. Ita Seculo XIV *Jo. Wiclefus* præter ceteros apud Anglos ex susceptis etiam catechetæ partibus clarior extitit: quem Sec. XV excepit *Jo. Hussus*, ex cujus martyrio atque schola prodierunt fratres sic dicti Bohemorum, qui aliquem adhuc catecheseos usum in maximis quidem sæpe rerum discriminibus integrum servarunt, ut ex eo etiam *Luthero* fidei quandam professionem, ipsius suffragio probatam, exhibere potuerint. Hæc fere præcipua sunt argumenta, in quibus explicandis per dicta Capita occupatum Autorem ostendimus, haud tamen neglectis aliis, quæ ex ævo isthoc in censum venire poterant. Ultimo tandem *Cap. XXII* de Symbolo Apostolico, tanquam præcipuo catecheseos antiquæ monumento, tractationem peculiarem subjungit, eaque per compendium exhibet, quæ fusius ab aliis de vera ejus ætate, autoribus, ac reliquis, disputata sunt.

Plura sane in recensito hætenus Autoris Apparatu catechetico habentur, quæ a recentioribus aliis industriisque antiquitatis scrutatoribus, ipso Autore fatente, & eos in partes vocante, in scenam jam producta sunt; juvabit tamen de argumento tam locuplete, & quotidiano suo usu multis commendatissimo, rationes sic bene subductas omnes in numerato habere, quas alioquin passim dispersas, & in voluminosis aliorum Commentariis obvias, non cuivis investigare datum est. Quare Autorem S. R. haud parvam multorum gratiam initurum confidimus, si, edita Parte II de Catechesibus Evangelico-Lutheranorum, ac Parte III de Catechesibus alienæ fidei addictorum, quarum proximam adeo nobis spem in Præfatione Partis primæ fecit, datam hanc suam fidem propediem liberaverit.

CARPOPHOROPHILI NOVUM INVENIENDA Scripturæ Oecumenicæ Consilium.

§. 1. Si

§. 1. SI qua lingua successu temporis *Oecumenica Lingua* & *Scriptura* locum obtinere, & in toto terrarum orbe recipi debeat, id sane præcipuum ejus summeque necessarium esse videtur proprium, ut ipsa omnibus fere difficultatibus soluta, a quovis homine facillime & expedite addisci, intelligi, legique, possit. Nullam vero linguarum, quæ vel hodie, vel quondam fuerunt in usu, huic rei accommodatam esse, exinde constat, quod pleræque omnes tot Declinationum & Conjugationum varietate, totque Anomaliis atque Exceptionibus gaudeant, ut ad illas ediscendas, præter Vocabularia, Grammatica sat spissæ magnitudinis sit opus. Qua de causa necessario nova aliqua excogitanda erit lingua, in qua omnes Anomaliæ exulent, omnes exceptiones proscriptæ sint, & ad quam comprehendendam nihil fere nisi nuda vocabulorum & literarum notitia requiratur. Ecce autem ejusmodi linguam in præfenti proponimus, & sciendi cupiditate tenemur, num bonum publicum vel hac ratione aliquo modo promoveri queat?

§. 2. Fundamentum hujus linguæ ex Latina desuntum est, sed ita ordinata omnia, ut, sublati omnibus difficultatibus, perpetua ubique sine ulla exceptione observetur Analogia.

§. 3. Complectitur igitur hæc nova lingua non nisi sedecim literas, quæ quoad sonum & pronuntiationem conveniunt cum literis Latinæ linguæ, scilicet:

a, b, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, r, s, u.

Cessant ergo innumeræ difficultates, quas differentia inter *d* & *t*, *b*, *p*, *f*, *v*, *ph*, *e*, *a*, *æ*, &c. contrahere solent. Nec alia ratione, quam hic loci factum est, literæ istæ pingendæ, scribendæ, aut imprimendæ, literæ autem initiales saltem duplo majores formandæ erunt, e. g. *tro*, *Bono*.

§. 4. Poly-syllaba omnia producantur, atque adeo dicatur: *anivus*, *makula*, *konfulo* &c.

§. 5. Adjectiva manent immobilia, nec ab Adverbiis quicquam differunt. Comparatio fit hæc modo: *bonus*, *gut*, *magis bonus*, *besser*, *summe bonus*, *der allerbeste*.

§. 6. Substantivis annectatur terminatio *im*, quoties Numerus Pluralis indicari debet, e. g. *Domus*, *das Haus*, *domusim*,

musum, die Häuser, mensa, der Tisch, mensum, die Tische.

§. 7. Ad dignoscendos Casus Substantivis præponatur Articulus: *ba, be, bi, bo*, atque sequenti ratione declinetur:

Singul.

Plural.

N. <i>Ha domus, das Haus.</i>	N. <i>Ha domusum, die Häuser.</i>
G. <i>He domus, des Hauses.</i>	G. <i>He domusum, derer Häuser.</i>
D. <i>Hi domus, dem Hause.</i>	D. <i>Hi domusum, denen Häusern.</i>
A. <i>Ho domus, das Haus.</i>	A. <i>Ho domusum, die Häuser.</i>
V. <i>O domus, O du Haus.</i>	V. <i>O domusum, O ihr Häuser.</i>

Eodemque modo quævis alia Substantiva, ne uno quidem excepto. Nec tamen opus est, ut ubivis omnes Casus suis designentur Articulis. Articuli plerumque abesse poterunt, dummodo Nominativus, sive quis aliquid fecerit, distincte ex contextu appareat.

§. 8. Pronomina sunt: *Ego, ich, mihi, mir, me, mich, nos, wir, nobis, uns, du, du, tibi, dir, de, dich, vos, ihr, vobis, euch, hie, dieser, hok, dieser, &c.*

§. 9. Omnia Verba uno eodemque modo conjugari debent, nec plures nisi quatuor admittantur terminationes:

1) *O.*3) *Ade*, in Imperativo.2) *Abam*, in Imperfecto.4) *Adur*, in Passivo.

§. 10. Præmissæ voces, ut: 1) *habo*, 2) *hababam*, 3) *fo*, 4) *sakdo*, 5) *sakdabam*, 6) *effo sakdo*, 7) *effabam sakdo*, 8) *sio sakdo*, reliqua indicabunt Tempora. Differentia Personarum autem patet ex Pronominibus: *ego, du, is, nos, vos, isum*.

Sic ergo conjugare poteris, si libet:

Præs. <i>Ego amo, ich liebe.</i>	<i>Nos amo, wir lieben.</i>
<i>Du amo, du liebest.</i>	<i>Vos amo, ihr liebet.</i>
<i>Is amo, er liebet.</i>	<i>Isim amo, sie lieben.</i>

Imperf. *Ego amabam, ich liebete. Du amabam, du liebetest &c.*

Perf. *Ego habo amo, ich habe geliebet.*

Du habo amo, du hast geliebet &c.

Plusqu. *Ego hababam amo, ich hatte geliebet &c.*

Fut. *Ego sio amo, ich werde lieben &c.*

Imperat. *Amade du, liebe du. Amade is, er liebe.*

Amade vos, liebet ihr.

Pass.

Pass. Præs. *Ego fakdo amadus, ich werde geliebet.*
 Imperf. *Ego fakdabam amadus, ich wurde geliebet.*
 Perf. *Ego esso fakdo amadus, ich bin geliebet worden.*
 Plusqu. *Ego essabam fakdo amadus, ich war geliebet worden.*
 Fut. *Ego fio fakdo amadus, ich werde geliebet werden.*
 Imperat. *Fakdade du amadus, werde du geliebet.*
Fakdade is amadus, er werde geliebet.
Fakdade fos amadus, werdet ihr geliebet.

Sic etiam :

Præs. *Ego esso, ich bin.*
 Imperf. *Ego essabam, ich war.*
 Perf. *Ego habo esso, ich bin gewesen.*
 Plusqu. *Ego hababam esso, ich war gewesen.*
 Fut. *Ego fio esso, ich werde seyn.*
 Imperat. *Essade du, sey du.*
Essade is, er sey. Essade fos, seyd ihr.

§. 11. Coniunctivus & Infinitivus ab Indicativo nil quicquam differunt, e. g. *ego non bosso de amo, ich kan dich nicht lieben, du non bosso fakdo amadus, du kanst nicht geliebet werden.*

Id, es, on, man, inserviunt locutionibus Impersonalibus, e. g. *id obordo, es must, id fio dieffu, es wird Tag, on diko, man sagt.*

§. 12. Quæstionibus præmittatur Particula Interrogativa *an,* e. g. *an habo du esso in bordus? bist du im Garten geweest?*

§. 13. En igitur totum ambitum artis Grammaticæ, qua in addiscenda hac lingua opus est, nec quicquam restat, nisi nosse vocabula. Numerus autem vocabulorum in hac lingua ea de causa longe minor erit, quam in reliquis linguis, quia nulla omnino Synonyma admittuntur. Deinde vocabula ipsa eo facilius notari poterunt, quia una eademque ratio in formandis Derivatis observatur, e. g.

<i>Kondendo, ergötzen.</i>	<i>Fallo, Betrüger.</i>
<i>Kondendanda, Ergötzung.</i>	<i>Fallanda, der Betrug.</i>
<i>Kondendadus, ergötzet.</i>	<i>Fallans, ein Betrüger.</i>
<i>Kondendalis, ergötzlich.</i>	<i>Falladus, betrogen.</i>
<i>Kondendalanda, Ergötzlichkeit.</i>	<i>Fallatis, betrüglich.</i>

*Orno, zieren.**Ornalis, zierlich.**Ornanda, die Zierde.**Ornalanda, Zierlichkeit.**Ornatus, gezieret.*

Sic sæpe quinque, decem & plura vocabula nullo negotio & uno fere momento memoriæ mandari poterunt.

§. 14. Claves autem conficiendæ erunt, & quidem duplices pro quavis ratione, quæ peculiari lingua utitur, prout etiam a *Solbrigia* in sua Scriptura Oecumenica ostensum fuit. Jam, quod linguam Germanicam attinet, Claves in promptu sunt, eademque postmodum in alias linguas facillime converti poterunt. Annon vero hoc nostrum propositum *Solbrigiana Scriptura Oecumenica per numeros*, quorum significationem non nisi operosa & fere tædiosa exercitatione assequi possumus, anteferendum sit, & annon intra tempus, quo quis juxta *Solbrigianam* methodum tres quatuorve lineas ex memoria elaborare, aut seposita Clave interpretari didicerit, idem ille nostrum institutum secutus, plus decies majores progressus in nova hac facere queat lingua, prudentibus dijudicandum relinquimus.

Specimen Versionis Orationis Dominicæ.

O baderus noderus, ki du esso in seluma. Fakdade sankadus ha nominanda duus. Adjenade ha rennanda duus. Ha solanda duus fuffade selud in seluma, sik koke in derra. Ho banisa noderus dieffalis dade du nobis in hik dieffa. Ed remiddade du nobis ho debandaim noderus, selud nos remiddo bi debansaim noderus. Ed non indukade du nobis in dendassanda. Sed liberade nobis a malanda. Nam duus esso ha rennanda, ed ha bodeffa, ed ha gloranda a edernanda ad edernanda. Amen.

ELGIUM NICOLAI HIERONYMI GUNDLINGII.

NON mediocrem jacturam ante aliquod tempus passa est Academia Fridericiana morte Viri summi & scriptis celeberrimi, *Gundlingii*, de cujus vita quædam exponere operæ pretium fuerit. Natus is est A. 1671 die 25 Febr. in pago dioceseos Noribergensis, *Kirchen-Sittenbach*, patre *Wolffango*,
Ec.

Ecclesiæ, quæ illic congregatur, ac postea Noribergæ verbi divini Ministro. Majores e stirpe materna habuit Patritios Noribergenses, e paterna vero Nobiles de Bergen, quorum unus religionis causa e Brabantia, ubi diu ista domus claruit, in Germaniam se recepit, & postea Maximiliano I Imp. pergratus exstitit, qui eum vulgo Germanico vocabulo *Günstling* vocavit, ex quo genti nomen *Gundling* natum esse perhibent. Puer alacris ac fervidi ingenii, annum agens quartum, cum negligentiores haberet custodes, singulare fatum expertus est. Nam cum montem satis altum, non procul ab ædibus paternis situm, adscendisset, nec tamen reditum facilem inveniret, triduo integro sub dio delituit impransus, donec demum, superatis difficultatibus, ad suos rediit, qui jam de vita ejus desperaverant. Filii hujus, ad magna omnia nati, educandi liberaliter ac bonis instituendi præceptis omnem pater suscepit curam, qui ei studia humanitatis & Theologiam, cui consecratus erat, diligenter instillavit, mox tamen A. 1681, cum filius vix natus esset annos duodeviginti, rebus mortalibus ereptus. Postquam in Gymnasio Ægidiano Noribergæ aliquamdiu profecisset, mox A. 1690 a Curatoribus, *Zeltnero & Hagedornio*, Theologis Norib. Altorfium in Academiam missus, & Celeb. *Dan. Omsio* commendatus est, ex cujus ore styli elegantioris, Oratoriæ item & Poeseos, tam Latinæ, quam vernaculæ, præcepta hausit. Nec minus Theologiæ sub *Jo. Fabricio*, & aliis, ut & Historiæ Ecclesiasticæ operam navavit diligentem. Hinc in Academiam Jenensem A. 1692 delatus, ibique *Jo. Wilh. Bayeri* in Theologicis, *Jo. Andr. Dantzi* in Linguis Orient. ac *Ge. Schubarti* in Historicis & Oratoria, institutione aliquamdiu usus, postquam Altorfium rediisset, ibique *Fabricium & Wagenfili-um*, cujus in Jure Canonico & Publico doctrinas explorabat, audivisset, reversus est Jenam, indeque Lipsiam A. 1695 se contulit; qua tamen mox relicta, tertium rediit Altdorfium, cumque ibidem Præside *Fabricio* Tractatum, a Patre antea editum, de Gangrensi Concilio, adversus Eustathianorum errores Seculo IV convocato, strenue e cathedra defendisset, Noribergam obtinendi sacri muneris causa contendit. Sed aliter in satis erat: amicorum enim consilio permotus, ut Ephori nomine duos juvenes nobiles Halam in Academiam duceret, cum ibi Celeb. *Thomasio* innotuisset,

tulisset, mox suasu ejus Jurisprudentiæ studium amplexus est, & Philosophiæ præterea ac Historiæ singularem operam dedit, ipsum potissimum *Thomasum* ducem secutus. Postquam deinde, habita Disputatione *de Transactione non inspectis tabulis*, gradum Doctoris U. I. A. 1703 d. 12 Jul. summa cum laude fuerat adeptus, & jam multos invenerat, non in Jure modo, verum & Philosophia, Historia & Eloquentia, discipulos, Professionem Philosophiæ A. 1705 extraordinariam, & sequenti anno, cum jam Altorfium vocaretur *Wagenfeilio* succellurus, ordinariam nactus est, ac spectatim Celeb. *Cellario*, A. 1707 mortuo, in Professione Eloquentiæ & Antiquitatum successit; quod in eo singulare fuit, quia jura Magistrerii nunquam petiit nec obtinuit. Demandata illi postea etiam Juris Naturæ & Gentium Professione, in Collegium Jureconsultorum receptus, & cum aliquoties a Rege consultus, sapienter admodum respondisset, neque tamen ullis honoribus se divelli ab Academia pateretur, factus est primus Consultorii Magdeburgensis, quod Halæ tum erat, Consiliarius, deinde etiam Regi ipsi a Consiliis intimis dici meruit. Laboribus plurimis tum in gratiam juventutis, literis deditæ, tum in commodum Reipubl. literariæ, legendo vel scribendo exantlatis, jamque Magistratu Academico Halæ altera vice suscepto, A. 1729 cœpit laborare hæmoptysi, quam secuta febris, quæ tandem eum d. 9 Dec. ejusdem anni rebus humanis eripuit, memorem symboli sui, quo diu usus est: *non est mortale, quod opto*; relictis ex uxore, nata Cravtia, filiis tribus, & filia unica. Primus ergo exemplo suo docuit, Rectores Academiæ Halensis esse mortales, & elatus fuit publica pompa d. 29 Jan. A. 1730. Dederat ei natura magnam copiam sanguinis, cholera tamen & melancholia temperati; unde de ingenio ejus prudens quisque facile poterit existimare. Statura erat mediocri, facie tamen ac toto corpore pingui, fronte exporrecta, vultu hilari, & convictu varia eruditione condito ac peramœno. Bibliothecam reliquit omnis generis libris instructissimam, sed, prout ipse ultimis tabulis jussit, superiore anno hæc publicæ subiectam. Quantum in Historiis, Jure, tam publico, quam privato, Philosophia & Eloquentia, præstiterit, scripta ejus docent lectu jucundissima, quæ, cum neminem lateant, hic repetere opus non est.



⌘(49)⌘

ACTORUM ERUDITORUM,

Quæ Lipsiæ publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. II.

JOANNIS JACOBI MANGETI, MED. DOCT.
& Ser. Potentiff. Prussie Regis Archiatri, Bibliotheca
Scriptorum Medicorum veterum & recentiorum.

Tomii II.

Genevæ, sumptibus Perachon & Cramer, 1731, fol.

Tom. I Pars I Alph. 2 plag. 3, Pars II Alph. 2 pl. 22, Tom. II
Pars I Alph. 2 pl. 2, Pars II Alph. 2 pl. 12, singulis
plagulis duplicatis.

Non heri demum aut nudius tertius clarissimum *Mangeti* nomen in hæc Acta relatum, & de literis bene merendi studia commendata, probe meminerint, putamus, qui hæc nostra legunt sedulo, & cognitione literaria impensius aliis delectantur. Postremum hoc industriz suæ specimen publice offert Autor doctissimus, jam ultra nonum atque septuagesimum ætatis annum provector; de cujus tum constitutione, tum pretio, breviter pro more, atque candide commentabimur.

Ipse Operis, in duos Tomos majores, quorum uterque iterum in totidem Partes minores dispescitur, distributi Index magno hiatu promittit Medicorum omnium, qui a mundi primordiis ad annum usque 1731 vixerunt, vitas compendio descriptas, opiniones & scripta, adhibita subinde modesta *index*

oes, recensita, non intermissa, sectarum, singularium, quales nonnulli condidisseprehendantur, expositione; qua opera *Historiam medicam vere universalem* abs se exhibitum iri confidit Autor. Subsidiarium ad hanc rem perficiendam necessarium nullum temere abs se prætermissum, ait, aut non consultum diligenter; quæ, qualia sint, ipsi facile haud ignorant intelligentes, ut adeo ab illis hic referendis merito calamum queamus abstinere. Fundamentum Operis constituit *Georgii Abrahami Mercklini Lindenium renovatum*, librum, *Mangeti* iudicio, satis locupletem, nec parum ornatum. Optimo tamen consilio a duumviris illis doctissimis discessit, dum illi Autores quosque secundum prænomina disponentes, v. c. pro *Galeno*, *Claudium*, pro *Sylvatico*, *Benedictum*, pro *Malpighio*, *Marcellum*, difficilem admodum ac tædiosam, imo impossibilem fere, inquisitionem lectoribus reddiderunt; quem ordinem invertit Noster, atque prænominibus nomina propria substituit. Hæc interim dolet senex optimus, schedulam suam, jam ante aliquot annos emissam, qua eruditos medicæ artis cultores, per Europam universam distributos, ad symbolas conferendas humanissime invitavit, quam & pluribus Ephemeridibus literariis inseri iussit, haud effecisse apud Hispanos, Gallos, Anglos, Belgas, uti accessiones, Bibliothecæ huic augmento atque ornamento certissimo futuras, ad ipsum certatim transmitterent; qua in re & ipsos Germanos admodum parcos se expertum queritur. Uni Itali omnes alios inserviendi hac in parte studio atque industria superarunt; atque inter hos imprimis *Antonius Vallincrius*, Patavinus, *Franciscus Maria Nigrifoli* & *Josephus Lanzonus*, Ferrarienses, nec non *Joannes Fantonus*, & *Joan. Baptista Bianchi*, Taurinenses Professores Medici celebratissimi. Non potuit non inde fieri, ut illarum gentium tenuior, horum contra amplior ac locupletior exstaret in hoc Opere commemoratio; quod ipse sibi suisque civibus imputabant. Illud porro indictum plane prætermittere non debemus, in priori Tomo, instituto parum admodum, si quid intelligimus, consulto, aut lectoribus commodo ac fructuoso, integras atque prolixas Medicorum præstantissimorum observationes,
per

per naturæ curiosorum Acta, hæc ipsa nostra *Acta Eruditorum*, Miscellanea Berolinensia, & id genus alia Syntagmata literaria recentiora, & ubivis obvia, Diaria item, dispersas, recensiones etiam de scriptis medicis hinc inde institutas, vitarumque Medicorum celebriorum descriptiones, verbotenus de charta in papyrum, præter sphalmata crassiora nulla prorsus accessione auctas, huc transcriptas exhiberi; qua quidem ex re libri moles facillimo negotio mirifice excrevit, Autore parum curante, ne

Occidat miseros crambe repetita Magistros;

& hoc etiam suum μέγα βιβλίον, ex veteri verbo, lectorum euntorumque plurimis μέγα evaderet κακόν; qui non possunt non cum summo tædio ac sumtuum factorum pœnitentia iterum iterumque ære redimere, quod redemerunt alio sub habitu & forma pridem. Melius de literis promeritus fuisset Cl. *Mangetus*, si laboris, qua pollet, patientiam, cujus laude defraudandus utique non est, ad hoc impendisset, ut proprio studio ac stilo judiciose ipsemet strictimque consignaret, quæ de Medicorum vitis scriptisque diligenter congesta ex infinitis libris possedit; qua re quidem Bibliothecæ molem ultra tres partes diminuisset, consulisset autem studiosorum oculis. Horum rationem & ipsi plane nullam habere voluisse videntur Bibliopolæ, qui sedecim tabulis æneis, totidem Medicorum illustrium imagines repræsentantibus, sed quæ ipse jam ante illorum libros vulgatæ conspiciuntur, & hic non nisi denuo ex iisdem tabulis, hinc inde corrasis, impressæ sunt, pretium libri præter causam adauxerunt.

Ceterum tantum adhuc a perfectioris Operis laude, nedum *Historia Medica vere universalis*, quod venditur, abest hæc Bibliotheca, ut cum indignatione nobilissimorum quamplurimum Medicorum notitiam desiderare oporteat lectorem curiosum; quorum facile esset Catalogum designare. Sed nos hæc jam non agimus.

ISOCRATIS ORATIONES VII ET EPI-
 stolæ. Codicibus MSS. nonnullis, & impressis melioris no-
 tæ exemplaribus collatis varias lectiones subjecit, ver-
 sionem novam Notasque, ex HIERONYMO WOL-
 FIO potissimum desumptas, adjunxit, GUIL. BATTIE,
 Coll. Regal. Cantabr. Socius.

Cantabrigiæ, typis Academicis, 1729, 8.

Alph. 1 pl. 6, ch. maj.

HAbentur hic tres *Isocratis* (modo prima illa ad *Demoni-*
cum sit *Isocratis*,) paræneticæ orationes, tum panegyri-
 ca, itemque ad *Philippum* habita, *Areopagitica*, & ultima de
 pace : epistolæ autem novem h. e. universæ, impressæ præfer-
 tim ad editionem *H. Stephani* A. 1593. Adjectæ variantes quin-
 que Codicum lectiones ad primas duas Orationes in fine pagi-
 narum : & separatim, quod serius missæ essent, duorum Co-
 dicum *Harlejanorum* ad tres paræneticas. “Pro versione
 “*Wolfii*, inquit Cl. Editor, quæ *Ciceronianam* potius dictio-
 “nem affectaret, quam Autoris nostri interpretationem, alte-
 “ram, ad verbum magis factam, substitui. Quare sicubi inter
 “cetera errata *Hellenismi* occurrerint, quos aut incuria, aut
 “interpretationis hujusmodi necessitas fuderit, facile, uti spe-
 “ro, condonabitur.” Sed adjiciendum est specimen unum
 itemque alterum, unde appareat, an præter nitorem id genus
 editionibus solennem aliquid ab studio Cl. Editoris sperari
 possit. Sumamus tertiam paræneticam, quæ *Nicoles* voca-
 tur, tanto minus indignam nostro studio, etsi, quæ est felicitas
 seculi, sua si bona norit, pueris etiam innotescere possit, (pro-
 pter quam rem vulgo præstantissima quæque antiquitatis mo-
 numenta contemnuntur,) quod *Cicero* bonam exordii partem,
 quæ est in laude orationis & eloquentiæ *de N. D. II, 59*,
 retulit. In hoc igitur, quem *συμβουλευτικόν* alii Codices, alii *συμ-*
 p. 64 pr. *μαχικόν λόγον* appellant, mox ab initio vulgo legitur τὰς
 μὲν

μὲν εὖ λέγειν ἐπθυμέντας Φεύγεσι, τὲς δ' ὀρθῶς πράττειν
 βελομένους ἐπαινῶσι. Hic pro Φεύγεσι duo Codd. ψέγεσι
 legunt, quod omnino præferendum videtur, cum multo oppo-
 nitur commodius ψέγεσιν & ἐπαινῶσι, quam Φεύγεσι. De-
 inde, ubi propter usum pravum rem ipsam non esse damnan-
 dam ostendit, hæc adhuc exstant, οὔτε διὰ τὲς ἀποκτινύοντας
 τὴν ἀνδρείαν λοιδορεῖν. Sed bene atque ordine factum vide-
 tur, quod in altero ita dedit librarius, διὰ τὲς ἀπκτείνοντας
 ἔς ἃ δέ. Paulo post ista legas de eloquentiæ præstantia, ὃ
 πάντων τῶν ὄντων ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει πλείστων ἀγα-
 θῶν αἰτιὸν ἔστι. Auctius aliquanto MS. ὃ πάντων τῶν ἐόν-
 των ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ζωῇ καὶ φύσει κ. τ. λ. Illud ζωῇ
 tanto minus temere positum videtur, quia statim sequitur, τῷ
 θρησκῶς ζῆν ἀπηλλάγημεν, quæ quidem ipsa verba nos ad-
 monuerunt, ut recordaremur, inde expressum esse illud Cicero-
 nis l. c. hæc (eloquentia) nos a vita immani & fera segregavit.
 Magis consideremus huius Codici, nisi etiam interpolationis
 vestigium deprehendisse nobis videremur. In transitione ab
 exordio ad propositionem τὸν μὲν ἔν, dicitur, ἕτερον λόγον, ὡς
 καὶ τυραννῆς, Ἰσοκράτης ἠκέσατε, τὸν δ' ἐχόμενον, ἃ δέ
 ποιῶν τὲς ἀρχομένους, ἐγὼ περᾶσομαι διελθεῖν. Hic ἐχό-
 μενον nota Græcis significatione designat proximum, sequentem.
 Sed librarius imperitus hujus intellectus construxit cum ver-
 bis ἃ δέ, & supplevit proinde ita, h. e. interpolavit, τὸν δ' ἐχό-
 μενον ἐκεῖνοι ἃ δέ ποιῶν κ. τ. λ. Quod his quidem placere præ
 altero non potest, qui vel mediocriter Græce sciunt. Contra
 omissa videas verba, quæ explendæ certe orationi ab *Isocrate*
 videntur adjecta, quæque repetitionis vitandæ causa uncinis
 inclusa cum ceteris exhibemus. Τέτων δὲ προαποδειχθέντων,
 τίς [ἔστιν, ὅστις] ἐκ αὐτὸς αὐτῷ καταγνώσεται τὴν μεγίστην ζη-
 μίαν. Majoris momenti est, quod subjicimus. In compara-
 tione Democratix cum Monarchia dicit *Isocrates*, δεινότατον
 μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιῶσθαι τὲς χρηστὲς καὶ τὲς πονη-
 ρῆς· δικαιότατον δὲ τὸ διορῶσθαι περὶ τέτων, καὶ μὴ τὲς
 ἀνομοίους τῶν ὁμοίων τυγχάνειν. Vix dubitandum, quin præ-
 ferenda sit lectio, quæ hic ex MS. affertur, διορίσθαι, discerni,
 G 3

p. 65 pr.

68.

69.

ibid.

distin-

p. 70.

distingui. Ita enim ἀντιθεσις justa, ita genus verbi melius convenit, quod passivum hic requirit subacta auris, respondens phrasi τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιῶσθαι. Felix etiam emendatio contigit loco adhuc difficili in eadem tyrannidis cum democratia comparatione, qui vulgo ita legitur: Καὶ μὴν εἰ δεῖ διορᾶν καὶ τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰς πράξεις ἅπαντες ἂν τὰς τυραννίδας μᾶλλον ὁμολογήσωμεν. Deficere hic aliquid *Wolfius* putabat: & sane, si legas locum integrum, reperies, non hic demum hanc poni conditionem. Blandissima mutatione MSS. καὶ μὴν δὴ διορᾶν κ. τ. λ. Ita nihil scabrum, hiulcum, asperum, nihil a facilitate *Isocratis* alienum. Hæc speciminis causa sufficiant. Suspiciatur ipse Cl. Editor, futuros, qui malint omnia opera simul edita, quibus & ipsis se non defuturum promittit, si hic quasi gustus non displicuerit. Etiam nos, cum in manus nostras primum veniret liber, cupide quærebamus Panathenaicum, in cuius loco quodam adhæsisse nos pariter & amicos aliquot viros Græce doctissimos, memineras. Cum vero spes nostra nos frustraretur, nova cogitatione illum prosequi ista admonebat occasio. Quid in mentem venerit, cum Lectoribus hic nostris communicare, haud abs re forte fuerit. Est locus, uti diximus, in Panathenaico post dodrantem circiter totius orationis, eo loco, ubi de Lacædæmoniorum ratione Reip. diversa ab aliorum Græcorum institutis agit, in edit. Basil. *Oporin.* A. 1558, 8 maj. p. 578, in altera Basileensi *Oporini* & ipsa A. 1567, 8 min. p. 790. Posteriores qui curavit, pessimo consilio omisit varias lectiones, quas prior adscriptas habet, quarum ope obscurissimum ante locum nunc videbamur nobis intelligere, & structuram illius h. e. σύνταξιν inspicere, si ita eum constituamus: τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτῶν (Dorien-
 sum, qui Peloponnesum occupaverunt,) ὅς καλεῖται νῦν λακεδαί-
 μονίαις, σοσιασάται μὲν φασιν αὐτὸς οἱ τὰ ἐκείνων ἀκριβῆντες,
 ὡς ἑτέρας ἄλλας τῶν ἑλλήνων. ^{a)} περιγεγομέναι δὲ τὰς με-
 ζῶν τῆ πληθὺς φρονέτας, ἑτέροι ^{b)} τῶν αὐτῶν βελέυσσασθαι
 περι

^{a)} Hic defectus signum habet editio *Wolf.* Basil. 1594 p. 643.

^{b)} περι inserit *Wolf.* Basil. 1667.

περὶ τῶν συμβεβηκότων τοῖς τοιαῦτα διαπεπραγμένους: τὰς μὲν γὰρ ἄλλας συνόμους ἔχειν τῇ πόλει τὰς σοσιαστάσας, καὶ κοινώεις, ^{c)} ὡς ἀπείτων, πλὴν τῶν ἀρχῶν ^{d)} τε καὶ τῶν τιμῶν μετέχειν αὐτὰς. ^{e)} τὰς δὲ ἐκ ἑν Φροσίν, ἡγεῖσθαι ^{f)} πατριῶν τὰς νῦν ἔχοντας, εἰ νομιζέσθαι κ. τ. λ. Sententiam Autentis, cum sit minime difficilis, affectum esse H. Wolfium, statim vidimus. De Græcis verbis constituendis & construendis ambiguum fuisse, satis apparet, cum posteriores editiones mendosiores sin. prioribus. Putamus autem, & sententiam Isocratis posse indicari, & Græcæ constructionis rationem, si ita vertatur: quod ad tertiam partem illorum attinget, quos vocamus nunc Lacedæmonios, seditiosos quidem illos ajunt, qui res ipsorum perquirunt, ut nullos alios Græcorum, victores autem hos, qui ultra vulgus saperent (verbo, optimates) nihil earundem rerum (vel simile iis) decrevisse de his, quæ sibi acciderant, (s. de rebus suis) atque illi, quibus similia usu venerant. Reliquos enim eadem urbe secum habitare pati, & rerum suarum esse participes, ita quidem, ut in omnium rerum, præterquam magistratuum & honorum, communionem veniant: hos vero sapere non arbitrari, qui Spartanorum aliquid sapiant, si quidem putarent, &c. Eleganter sane Wolfius, & haud paullo melius, sed ita, ut, quomodo Græca legenda putarit, non satis appareat, certe, quomodo ad lectionem, quam in contextu orationis proposuit, ea versio fuerit accommodata. Ita autem ille: Tertiam autem eorum partem, quos nunc Lacedæmonios dicimus, ita seditiosos fuisse ab iis, qui res illorum perquirunt, est proditum, ut nullos alios Græcorum. Optimates autem, cum elati superbia plebem oppressissent, longe aliam rationem, & ab aliorum omnium, qui similes turbas experti essent, consuetudine abhorrentem, pacandorum tumultuum, constituendæque Reip. iniisse. Nam ceteros, qui adversam factionem in eadem civitate vi-

vere,

^{c)} ὡς tantum in margine edit. 1558.

^{d)} Ita marg. cit. In contextu ubique ἀρχόντων.

^{e)} Ita marg. cit. ^{f)} εἰ μὴ ἐκείνη inserit ed. Bas. 1567.

vere, & omnium commodorum societate (magistratibus duntaxat & honoribus exceptis,) frui patiantur, dementes haberi o prudentioribus Spartanorum, si existiment &c.

Teutsche Reichs = Historie ic.

hoc est,

BURCH. GOTTH. STRUVII HISTORIA
Imperii Germanici absoluta, a prima Germanorum ori-
gine ad nostrum usque ævum continuata, & e Scri-
ptoribus melioribus & fide dignis collecta.

Jenæ, apud Joannem Felicem Bielckium, 1732, 4 maj.

Alph. 6 pl. 4, Tabb. xn. 8.

PRæter egregium illud ac fere consummatum Historiæ pa-
triæ Opus, quod Latino nuper sermone publicavit Cel.
Struvius, nunc etiam vernacula lingua ejusdem editionem
adornavit. Est autem hæc ipsa, quam curavit olim Cl. Zschak-
witzius, versio Teutonica, iis tamen, tam in ipso textu, quam
in adjectis notulis, adaucta locis, quæ ad Opus illud Latinum
accessere supplementa. Non erit enim facile quidquam, in
quo non novissimam hanc editionem similem deprehendas
priori Latinæ, solam si excipias Cel. Buderi Bibliothecam Scri-
ptorum rerum Germanicarum, quam frustra in hac recentio-
ri quæsieris. Notæ præterea, si vel in hoc etiam situm ali-
quid momenti putas, quæ in Opere Latino universa Autorum
loca continent expressa, solas in hoc Scriptorum allegationes
exhibent. Nec illud silentio videtur prætereundum, editioni
huic continuationem accessisse eorum, quæ præclara & me-
moriam digna fuere gesta ab A. 1729 ad auspiciatum usque ex
peregrinationibus reditum Celsissimi Principis, Ducis Lotharingiæ,
cujus augustum nomen uti libro magnificam imponit
coronidem. ita in ipsa Operis, a Bibliopola ipsi consecrati, fron-
te splendidissime refulget.

INSTITUTIONES THEOLOGICAE
de Credendis atque Agendis; Autore D. JOACH.
JUSTO

JUSTO BREITHAUPTO, Abbate Berg. Magd.
 Confist. & Theol. Fac. Hall. Sen. & Gen. Sup. Sem.
 Theol. & Sacrorum Hillerl. Dir.

Tomus I, II, III.

Halæ Magdeburgicæ, Tom. I impensis Jo. Frid. Zeitleri, 1716.
 Alph. 2 pl. 15, T. II impensis ejusdem, 1723, Alph. 2 pl. 15, T.
 III impensis Jo. Ern. Fritschii, 1732, Alph. 3 pl. 13.

Est hæc altera harum Institutionum editio, quam secundum priorem, A. 1694 evulgatam, emendatam auctioremque dictis annis prodire jussit venerabilis Abbas, qui nunc inter cœlites versatur. Tomus *primus*, qui *Dogmaticus* est, Deum, ejusque opera, & hominem, qualis ante lapsum fuit, nec non, qualis jam post eundem evasit, considerat. *Alter*, quæ ad salutis fundamentum & ordinem pertinent, exhibet. Ac denique *tertius*, idemque ultimus, renovationis Evangelicæ naturam excellentiamque exponit, eamque ob causam *Theologia moralis* inscribitur. Methodus, qua omnia tractantur, practica quidem est, verum scholasticis etiam terminis interdum accommodata. Accedit duplex Appendix: *prior* de virtute, quatenus una existit, commentatur, *altera* institutionem Hermenevticam & Homileticam Augustinianam continet. His explanatis, ex B. *Spenceri* Præfatione Tabulis Hodosophicis præmissa de impedimentis studii Theologici quædam adduntur: tum vero B. *Jo. Arndii* Dissertatio de studio Theologiæ Practico, una cum Indicibus necessariis, ipsum claudit librum, ex cujus evolutione iis, qui judicium Theologicum politius limaturi sunt, haud sane parum utilitatis pollicemur.

JACOBI GOTHOFREDI OPUSCULA
varia, Juridica, Politica, Historica, Critica; accedit
 Præfatio FRANC. CAROLI CONRADI,
 P. P. Helmst.

ACTORUM ERUDITORUM

Hebneftadii, typis Pauli Dieterici Schnorrii, 1732, 4.

Alph. 2 pl. 8.

QUOD illorum, qui alienos libros sibi percensendos sumunt, plerique datum sibi esse negotium existunt, ut vel ipsos Autores, quibus pote, laudibus carerent, vel ipsos libros, eorumque argumentum, seriem, virtutes, atque nexos persequantur, illud omnino utrumque a nobis alienum esse, facile intelligimus, dum hæc Jcti, sine exemplo maximi, Opuscula novæ lucis exposita in manibus habemus. Quod si enim nunc id ageremus, ut Virum de omni literarum genere bene vehementerque meritum, quibus fas est, encomiis celebremus; verendum omnino nobis foret, ne quis antiquum illud occideret: quis unquam vituperavit? Et quis est, qui non præclaras excellentesque animi dotes, multiplicem ac pæne incredibilem doctrinam, acrem judicandi vim, suspiciat ac admiretur? Quis est, qui non intelligat, hujus tantum non solius beneficium effectum esse, ut, quam alii ex lateritia marmoream fecerant, Jurisprudentiam nunc habeamus omnino auream. Et, si non aliud quidquam extaret Viri magni in artem nostram meritum, præter immortale illud & aurum contra carum *Codici Theodosiani* Opus, non tamen cuiquam arbitratur dubium fore, de Jure nostro eum tantopere meritum esse, quam non temere quisquam alius, cumque omnes omnino sæculi scholæ homines longo intervallo anteire, *Cujacio*, & si præter *Cujacium* unus est aut alter alius, ei parem omnino esse. Sed sunt etiam alia ejus, quibus Juris studiosos egregie juvit, Opuscula, quæ nunc pleraque denuo typis exscripta sunt, quorum vero sigillatim argumenta persequi jure superfedemus, propterea quod & nemini non visa lectaque & penitus nota esse debent hæc Opuscula, & quod hanc provinciam administravit jam doctus Editor, qui in ea, quam addidit, Præfatione singulorum historiam quasi & argumentum indicavit, tam & quæ ex iisdem sequioris ævis Jctis displicuerint, annotavit. Videtur ex illis, qui hodie divæ Theinidos sacris operantur, id sibi negotium dedisse *Bynkersbackius*, (& quis est, qui magis fuerit idoneus?) ut, quæ *Gothofredo* olim in mentem

testi venerant, ista accuratius sub examen vocaret pæne omnia, ac sive integro libro, sive Observationum singulari Capite, alia ulterius firmaret latiusque deduceret, alia confutaret & a veritate aliena ostenderet. Vix ergo quidquam nobis reliquum esse intelligimus, nisi ut, quæ hac Sylloge continentur, Opuscula, ea, qua continentur, serie, indicemus. I) *Discursus historicus ad Legem* quisquis C. ad L. Jul. Majest. II) *De Imperio maris, deque Jure naufragii colligendi* Τρόπικα ad L. Αξιωσις D. de L. Rhodia de Jactu. III) *De mutatione & augmento monete aurea* ad L. 2 C. de Vet. Numism. potest. *De functione & equalitate in Mutuo* ad L. 2 D. de Reb. Cred. si cert. pet. IV) *De electione Magistratus incapacis seu inhabilis per errorem facta*, ad L. Barbarius Philippus, D. de Offic. Procons. V) *De velandis mulieribus, deque Exuvia capitis*, ad D. Pauli locum, 1 ad Corinth. XI. VI) *De interdicta Christianorum cum Gentilibus communiione, deque Pontificatu Maximo, num Christiani Imperatores eum aliquando gesserint.* VII) *De famosis latronibus investigandis, Dissertatio* ad L. si Barsatoram C. de Fidejussor. VIII) *De Comptaphio, deque diversis, super ejus religione, Ulpiani & Marciani sententiis.* Quæ quo magis se universo orbi approbarunt, eo majorem initurum esse gratiam auguramur, si quis ea, quæ supersunt, Viri magni Opuscula minora, eademque non nisi admodum raro obvia, uno fasce collecta novæ luci exponeret. Quod non solum, ut fiat, nos serio & ex animi sententia optamus, sed in eo jam esse, ut perficiat, vehementer etiam gaudeamus, Langerakium, Lugdunensem Typographum; quippe quem nuper accepimus Operum Jac. Gathofredi omnium editionem nitidissimam præparare, majori forma prodituram, & doctissima, quod ominamur, Jureconsulti Trajectini, C. H. Trotzii Præfatione exornandam.

ADOLPHI GOTTLLOB RICHTERI, PHIL.
& Med. D. *Tractatus Medico-Chymicus de Corruptelis
medicamentorum cognoscendis.*

Dresdz & Lipsiæ, in officina libraria Henkeliiana, 1731, 8.

Plag. 6.

Quomodo medicamenta corrupta ac male præparata morbos mortemque accelerare possint, ac dignosci debeant, hoc in Tractatu declarare, celeberrimorumque Medicorum autoritate confirmare satagit Clariff. Autor. In IX autem Capita eunden. dispescit, in quorum I de corruptelis medicamentorum in genere, in II de Aquis destillatis, in III de Oleis, in IV de Spiritibus Chymicis, in V de Essentiis, Tincturis & Elixiriis, in VI de Syrupis, in VII de Pulveribus, in VIII de medicamentis Chymicis siccis, & in IX de quibusdam mediam consistentiam habentibus, agit. Quemadmodum autem sub medicamentorum corruptorum nomine illa veniunt, quæ viribus suis non integra, rebus alienis conspurcata, & ad formulam Medici, cujus nomine superbiunt, vel inficitæ, vel iniquissimi quæstus faciendi causa, minus recte præparata sunt; ita huc spectant exoleta, adulterata, quæ per additionem defraudata seu expilata, quæ per subtractionem corrumpuntur, supposititiæ & tandem falsè præparata. Ut specimen quoddam exhibeamus, quo L. B. constet, qua methodo utatur Clariff. *Richterus*, ex Cap. III de oleis essentialibus quædam breviter communicabimus.

Olea destillata essentialia, quæ rei, ex qua producta sunt, nativum præ se ferunt odorem ac saporem, & empyrevmaticis, quæ adustionem redolent, contradistinguuntur, quo efficaciora sunt in medicina, & quo pretiosiora, eo frequentiori subjacent adulterationi. Vulgatissimus corrumpendi modus sit admixtione oleorum expressorum, e. g. amygdalarum dulcium, fructuum been, cannabini, albuminis ovorum &c. in oleis maximopere aromaticis, caryophyllorum, maceris, &c. Sed, si de eo guttas quasdam spiritu vini rectificatissimo instillaveris, qui subtiliores saltem dissolvit particulas, remanentibus in fundo crassioribus, fraudis manifestum erit oleum hocce. Alius modus est, si oleo, præsertim cinamomi, quadrantem vel dimidiam alcohol vini partem affundunt, & quia sapor inde & odor neutiquam imminuitur, em-
ptori

ptori difficulter fraus patet, nisi immittat huic oleo cuspidem cultri, & igni admoveat, qui si statim flammam concipit, oleo inest spiritus vini rectificatissimus; si ægrius, & saltem fumat, expers ejus est; aut infundat aliquot guttas in aquam simplicem, qua lactescente adulterium dignoscitur. Alii terebinthinam, oleum pini, &c. vegetabili cuiuspiam in oleum destillando, ut rutæ, origano, lavendulæ, addunt; tale, quamdiu recens est, specificum retinet plantæ saporem & odorem. Sicut vero ingratus hujus odor tractu temporis obolet, & manifestatur; ita explorandæ quoque fraudi non aptior datur via, ac per linteum, oleo ejusmodi probe imbutum, & prunis aut fornaci calefactæ inpositum, ubi evanescente subtili & grato odore terebinthinaceus nares ferit. Porro olea terebinthina, vel oleo abietis adulterata, oleis puris limpidiora, minusque colorata sunt, eo quod terebinthinæ aut abietis oleum tenue admodum est ac albicans. Tandem a terebinthina deleri literas observatur, si quæ tegulæ chartacæ inscriptæ fuerunt. Probaturus Noster, num genuinum oleum chamomillæ colorem suum cæruleum intra anni spatium in brunum muret, nec ne, elicuit ipse ex magno florum acervorum olei ex fusco cærulei. Adjecto autem alii portioni ante destillationem nonnihil terebinthinæ, plusculum olei saphirini impetravit, & observavit, genuinum oleum per aliquot annos repositum in subnigrum abiisse, alterum vero cæruleum colorem servasse constantissime.

DIARIUM METEOROLOGICUM LIPSIENSE
ad A. 1731, Observatore G. F. R.

Dies ß. v.	Barometrum.	Thermometrum.	Ventus.	Tempestas.
Jan. I	29. 47, 56, 73	18 — —	NW	1 subser. nub.
II	87, 77, 75	17 — —	NW. SW.	1 subser. nub.
III	57, 37, 20	15. 2, 16,	SO,	1. 2 serena, subnub.
IV	05, 00, 03	15. 2, 15. 3, 16	SW,	1 nub. c. nive, subser.
V	16, 22, 28	16. 1, 16, 3, 16. 1	S.	1 nubila, serenior.
VI	34, 49, 62	15. 3, — —	W. S W	1 nubila, serenior.
VII	73, 78, 81	15, — —	S S W	1 serena, subnub.

ACTORUM ERUDITORUM

<i>Dies ß. v.</i>	<i>Barometrum.</i>	<i>Thermometrum.</i>	<i>Ventus.</i>	<i>Tempestas.</i>
VIII	96, 05, 15	15. 2, 16. 2, 17. 1	N. NO	1 nubila c. nive.
IX	30. 19, — 21	17, 17. 2, 17	NO	1 nubila c. nive.
X	24, 20, 23	16. 1 — 15. 3	NO	1 nubila.
XI	22, 15, 14	15 — —	S	1 nebulosa & nub.
XII	22 — 27	14. 2, — 14. 1	O	1 nubila.
XIII	27, 24, 27	11. 1, — —	NO	1 nubila c. nive.
* XIV	22, 13, 04	10. 3, 10. 2, 9. 1	W	1 nubila c. nive.
XV	29. 93, 99 (09)	11, 12. 2, 13	SW	1 nub. & neb. c. nive.
XVI	30. 09, 04, 01	14, 14. 3, 15	SW	1 nub. & neb. c. nive.
XVII	29. 96 — 80	16. 2, 17. 3, 18	WSW	2. 3 nub. subser. nub.
XVIII	72, 74, 76	18. 2, 19. 2 —	W	1. 2 nub. subpluv.
XIX	69, 42, 35	19 — —	W	2 nub. subser. c. pluv. & nive.
XX	29, 26, 42	18. 3, — —	WNW	2. 3 subser. nub. c. nive.
XXI	66, 61, 59	17. 3, 18, —	W	2. 3 subser. nub. c. nive.
XXII	52, 67, 78	17. 2, 17, 16. 2	NW	2 subser. nub. c. nive.
XXIII	85, 88, 90	15. 3, — —	NW	2 subnub. c. nive.
XXIV	80, —, 70	15. 2, — —	NW	1 nubila cum nive.
XXV	63 — 62	15. 2, — 13. 3	S O. O	1 nub. c. nive, serena.
XXVI	50, 40, 36	17. 2, — —	N O. W	1 nub. c. nive, subser.
XXVII	27, 05, (96)	11. 2, — —	W. NO	1. 2 pl. nubila, c. multa nive.
XXVIII	28. 95, — 78	11. 3, 12. 3, 13	W. SW	1 ser. subnub.
XXIX	60, 77, 99	13, 14. 3, 13. 1	W	1. 3 nub. subser.
XXX	29. 14, 01, (93)	11. 2, 13, 14	S. NO	1. 3 pl. nub. c. multa nive.
XXXI	29. 09, 29, 49	14. 2, — 13. 2	SW. W	1. 3 ser. subnub.
Febr. I	58, 60, 69	13, 15. 2, 15. 1	S. SW	2. 3 serena, nubila.
II	58, 99, (29)	15. 2, — 13. 3	NW	2. 3 pl. nub. c. multa nive.
III	30. 35, 39, 41	14. 1, 15. 2, 13	W. SW	1 serena.
IV	37 — 27	11. 2, — 14	SW	1. 2 pl. serena, nub.
V	27, 32, 37	15, 16. 2, 14. 3	W	1 nub. serena.
VI	40 — 36	12. 3, 17. 2, 15. 3	SW	1 serena.
VII	28, 22, 20	14. 1, — 17	SW	1. 2 serena.
VIII	15, 08, 00	15, — 16	SW	1 serena.
IX	29. 28, 80, 75	14. 2, — 17	S	1 serena.
X	67, 63 —	15. 3, 20, 18	S	1 serena.
XI	60, 51, 45	15. 3, — 17. 1	S	1 serena.
XII	37, 30, 28	16. 1, 22, 19. 2	S	1 serena.

<i>Dies s. v.</i>	<i>Barometrum.</i>	<i>Thermometrum.</i>	<i>Ventus.</i>	<i>Tempeſtas.</i>
XIII	32, 35, 39	19. 2, 23, 21	S	1 subſer. pl. nub.
XIV	34 — 39	20, 23. 2, 20. 2	SW	1 nub. ſubſer.
XV	31, 25, 27	20, 23. 2, 21. 2	SSW	1 pl. ſer. ſubnub.
XVI	26, 40, 43	20. 3, 24. 2, 22. 1	SSO	1 ſubnub. pl. ſer.
XVII	42, 39, 40	21. 2, — —	S	1 nub. ſubſer.
XVIII	47, 48, 54	21. 1, 22, 21. 2	SSW	1 pl. nubila.
XIX	65, 77, 87	20. 3; 21. 2, 20. 3	S W. W	1. 2 ſer. neb. & nub.
XX	97, (02, 06	20, 20. 3, 19. 3	NO	2 pl. nubila.
XXI	30. 10, — —	18. 1, — 18	NO	2 nub. ſerena.
XXII	29. 99, 85, 77	16, — 17. 3	NO	2 pler. nub. c. nive.
XXIII	61, 52, 48	17. 2, 18, 17. 3	NO. N	2 nub. c. nive.
XXIV	46, — 56	17. 1, — 17. 2	N	1. 2 nubila c. nive.
XXV	49 — 42	15. 2, 17. 1, —	S W. W	1. 3 neb. ſubſer.
XXVI	53, — 46	17 — — 18,	W	1 pler. ſerena.
XXVII	42, 64, 78	18. 2, — — 18	W	2. 3 nub. pler. ſerena.
XXIIX	77, 81, 87	17, 19, — —	W	2 pl. nub. c. nive.
Mart. I	96, 97, (03,	18. 3, 19. 3, 19. 2	W	2 pl. nub. c. nive.
II	30. 00, — 13,	19. 2, 20. 3, 21. 1	W	2. 3 nub. pluv. ſqual.
III	24, — 22	20. 3, 22. 2, 21. 2	W	2 pler. nubila.
IV	15, 00, 02,	21, 24, 22. 2	S W. W	2 ſerena, ſubnub.
V	05, 12, 21,	22. 1 — 22. 2	W	2. 3 pl. ſerena, nub.
VI	20, 16, 18,	22. 1, 23. 2, 23	W	1. 2 nub. & pluvia.
VII	20, 15, 08	23, 23. 3, 23. 2	W	2 nubila.
VIII	29. 96, 87, 97	23. 1, 24, 23. 2	W	2. 3 nubila.
IX	30. 13, 09, 04	22, — — 23. 1,	W	2 ſubſer. ſubnub.
X	29. 95, — —	23. 1 — — 23. 3	W	2 nub. & neb. ſubſer.
XI	95, 99 —	23, — — 24. 2	W	2 nub. ſubneb. ſubſer.
XII	99 — 91	23. 3 — — 25. 3	W. W S W	1 nub. ſerena.
XIII	95, 99 —	24. 1, 26, 24. 3	W	2 ſubnub. & neb. ſubſer.
XIV	95, 97, (03)	24, — — 24. 1	W	2. 3 nub. varia.
XV	94, 72, 49	24, 24. 1 — —	W. N	2. 4 nub. & pluv. c. nive.
XVI	32, 90, (10	22, 20. 3, 19	N	4. 1 nub. c. nive, ſubſer.
XVII	30. 20, 15, 04	17. 2, — — 18	W N W	2. 4 pl. ſerena.
XVIII	29. 65, 63, 69	17. 2, 18. 3, —	W N W	4. 3 pl. nub. c. nive, ſubſer.
XIX	88 — (05	18, 19. 1, 19	NNW	3. 1 ſubnub. ſerena.
XX	30. 08, — (79	18. 2, — 19. 3	W	1. 2 ſer. nub. c. nive & pluv.

<i>Dies fl. v.</i>	<i>Barometrum.</i>	<i>Thermometr.</i>	<i>Ventus.</i>	<i>Tempor.</i>
XXI	29. 82, 85, 89	20, 20.3, 20.1	NW	2 nub. subpluv.
XXII	30. 11, 06, 01	20, — 21. 4	ONO, SSW	1 nub. ser. subnub.
XXIII	29. 80, 64, 57	20. 2, 21. 2, 21. 1	S W	1 nub. pl. pluvia.
XXIV	89 — 67	21. 4, 22, 21. 3	NO	1 nub. subpluv.
XXV	72, 68, 71	21. 1, 22. 3, 22. 1	NO	1 pl. nub. subser.
XXVI	76, 80, 85	21. 1, 24. 2, 22. 1	NO	2 subnub. pl. ser.
XXVII	93 — 95	20. 2, 21. 2, 21. 1	NO	1. 2 nubila.
XXVIII	97, 95 —	21. 1, 23, —	NO	1. 3 pl. nubila.
XXIX	95, 88, 87	21. 3, 24. 2, 24	NO	1. 2 ser. nubila.
XXX	86, — 78	22, — 24. 3	NO. W. N.	1. 2 ser. nubila.
XXXI	81, 78, —	24. 5, 27, 25. 3	NO	2 nub. pl. serena.
Apr. I	70, 71, 77	24. 2, 25. 3, 25. 1	SW, NNW.	0. 1 pl. nubila.
II	87, 85, 86	24. 1, 25. 1, 24. 2	NO	1 pl. nub. subser.
III	81, 78, 83	23. 3, 24, —	WNW	2 pl. nub. c. niv. & pluv.
IV	90, — 97	23, — —	NO	2 pl. nub. c. niv. & pluv.
V	99, 95, 99	21. 1, 24, 22. 3	NO	2 subnub. serena.
VI	30. 02, (94, 96	21. 2, 25, 23. 2	NO	2 serena.
VII	29. 93, 91, —	22, 24, 23	NO	2 serena.
VIII	87, 69, 59	21. 1, 25, —	N, NW, W.	2 pl. serena.
IX	51, — 66	23, 23. 2, 22. 2	W, NW	2 varia c. nive.
X	59, 57, 61	20. 3, 23. 1, —	W, S	1 serena.
XI	76, 62, 64	22. 1, 23. 3, 23. 2	NW, W, NO	1 pl. serena.
XII	— 52, 47	22. 2, 24. 2, 24. 1	W, NO	2 pl. serena.
XIII	40, 37, 39	23. 1, 24. 3, 24. 2	W, S	1 subpluv. pl. nub.
XIV	44, 49, 55	24. 1, 26. 2, 25. 1	WSW, WNW	1 pl. serena.
XV	57, 40, 39	24. 1, 28. 3, 27	S, NO	2. 3 ser. subnub.
XVI	32, 28, —	26. 1, 30. 1, 28. 2	SSO, WSW	2. 1 serena.
XVII	28, 29, —	26. 1, 31, 28	SW, W	2 subnub. pl. ser.
XVIII	20, 23, 12	26. 1, 30, 28. 2	SW	1. 2 subser. nub. & pluv.
XIX	08, 11, 13	28, 30, 28. 2	SW, NW	2. 3 nub. & pluv.
XX	18, 34, 45	27, 28, 27. 1	NW	3. 2 pluv. & nub.
XXI	54, 58, 63	25. 2, 27. 1, 26. 1	NW	2. 1 pl. nub. subser.
XXII	68, 66, 69	24. 2, 27. 2, 26. 2	NW	2. 1 pl. serena.
XXIII	72, 67, 69	25, 27. 1, 25. 2	NW.	2 pl. nubila.
XXIV	70, 71, 74	25. 1, 27. 5, 26. 1	NO	2 nub. pl. ser.
XXV	67, — 52	25, 28, 28. 2	O, S O	3. 2 ser. nub.

<i>Dies fl. v.</i>	<i>Barometrum.</i>	<i>Thermometrum.</i>	<i>Ventus.</i>	<i>Tempestas.</i>
XXVI	48, 40, 41	28, 29, 29.2	S O O	1 nub. & pluv. subser.
XXVII	45, 42, 33	28.3, 33, 31.1	SW.SO.NO	1.2 subnub. e. pluv. fulg. ton.
XXIIX	26 — 29	30.3, 32, 30.2	SW	2 subnub. & pluvia.
XXIX	15, — 21	30.2, — 27.2	SW.N	2 nub. & pluv.
XXX	34, 27, 24	24.3, 27.1, 25.2	N. NO	3 nub. & pluv.
Maj. I	67, 78, 84	22.3, 24, 23.2	NO	1 ser. nubila.
II	88, 90, 97	22.3, 25, 24.1	SW	1 ser. nubila.
III	30.04, 07, 11	23.3, 25.3, 26	N.W. NO	1 subserena.
IV	13, 06, 03	24.1, 30, 27.2	S.O	1.2 serena.
V	29, 95, — 78	26, 29.2, 29.1	O. NO	3 pl. serena.
VI	75, 70, 84	28.3, 32.2, 31.2	SO	3 pl. serena.
VII	88, 79, 82	30.1, 35, 33.1	SS W. O NO	1 ser. nub. pluv. c. ton.
VIII	90, — 93	32, 34, 33.2	W.N	1 subnub. & pluv.
IX	98, 98, —	32.1, 34.2, 34	NW	1.2 pl. serena.
X	91, 87, 90	31.2, 35.2, 34.1	W. NO	1 serena.
XI	91, 92, 96	31.2, 36, 34.2	SW. NO	1 serena.
XII	99, 01, 03	32.3, 35.3, 34.3	W. NW	2.1 pl. serena.
XIII	30.06, 09, 04	32.2, 35.3, —	N.W. N	1 serena.
XIV	29.97, 86, 83	32.1, 37, 35.3	S.SW	1 serena.
XV	78, 63, 59	34.2, 38, 34.3	SW	1.3.1 varia e. pluv. & ton.
XVI	49, 52, 62	34, 36, 34.2	SW.W	3.4 nub. & pluv.
XVII	63, 64, 67	32, 36.3, 35	SW	3 pl. serena.
XVIII	63, 67, 77	33.1, 37.3, 35.2	S	1 subser. pluv. c. ton.
XIX	81, — 73	33.1, 35.3, 34.3	NO	1 pl. nub. pluv. c. ton.
XX	94, 11, 17	33, 35, 32.1	N.W	1 nub. serena.
XXI	30.23, 22, 23	30.2, 34.3, 34	W	1 serena.
XXII	23, 19, 09	32.1, 36, 35.1	SW.NO	1 serena.
XXIII	08, 02, 00	33.2, 37.2, 36.1	NO	1 serena.
XXIV	29.98, 94, —	34.2, 38.3, 37	O, NO	1 serena.
XXV	25, 18, 24	35.2, 39, 38	SW.NO	1 pl. ser. c. fulg.
XXVI	84, 81, 81	36.1, 38.2, 37	SW. NW	2 subserena.
XXVII	80, 77, 80	33.2, 36.2, 33	SW	3.4 subnub. serena.
XXVIII	80, 91, —	29.2, 33.3, 32.2	WSW. NW	3 subnubila.
XXIX	30.02, 07, 11	29.2, 33.2, 32	N.	2 pl. nubila.
XXX	15, 13, 16	29.2, 33, 32.1	W	2 pl. nub. subser.
XXXI	24, 26, 28	30.2, 34.3, 33	W.N.	2 pl. serena.

<i>Dies β. v.</i>	<i>Barometrum.</i>	<i>Thermometrum.</i>	<i>Ventus.</i>	<i>Tempestas.</i>
<i>Jun. I</i>	31, 28, 29	31, 35. 1, 34	W. NO	1 pl. serena.
<i>II</i>	30, 25, 20	31. 1, 36. 1, 35. 1	SW. SO	1 serena.
<i>III</i>	17, 05, 01	33. 1, 37. 3, 36. 2	SW.	1. 2 serena.
<i>IV</i>	29, 95, 78, 90	34. 3, 37. 3, 36. 2	SW. W	3 ser. nubila.
<i>V</i>	88, 79, 82	31. 2, 33. 3, 30. 1	W. NW	2. 3 pl. nubila.
<i>VI</i>	87, 80, —	27, 31, 28. 2	W. NW	2. 3 pl. nub. subpluv.
<i>VII</i>	73, 79, 83	27. 1, 30. 2, 28. 3	NW	2. 3 subnub. pluv.
<i>VIII</i>	85, —	26. 3, 29. 2, 27. 2	W. NW	3 pl. nub. & pluv.
<i>IX</i>	75 — 73	26. 3, 29. 3, 28. 2	NW. N	2 subnub. pluv.
<i>X</i>	63 — —	27. 2, 30. 1, 29. 2	S W. N W	1. 2 pl. nub. & pluv.
<i>XI</i>	60, 65, 68	28. 3, 30. 2, 29. 2	NW. N	2 pl. pluvia, ser.
<i>XII</i>	70, 60, 54	28, 32. 2, 31	S. SW	1. 2 subnub. pluv.
<i>XIII</i>	55, 62, 63	30. 2, 33. 2, 32. 1	NW. N	2. 3 serena.
<i>XIV</i>	66, 64, 71	30. 3, 34, 32. 3	N.	1. 2 pl. serena.
<i>XV</i>	84, 90, 93	31, 34, 33. 1	N. N W	1 serena.
<i>XVI</i>	96, 91 —	31. 2, 35. 1, 34. 1	NW	1 serena.
<i>XVII</i>	94, 84, 85	32. 1, 36. 1, 34. 2	S. O	1 serena.
<i>XVIII</i>	81 — 79	33. 2, 37. 1, 35. 3	ONO	2 serena.
<i>XIX</i>	76 — 59	33. 2, — 36. 1	S	2. 3 serena, subnub.
<i>XX</i>	43, 36, 37	35. 2, 37. 2, 36. 1	S O. S	3. 1 pl. nub. ser.
<i>XXI</i>	33 — 40	35. 1, — 36. 1	SW	3. 1 pluv. c. ton. subfer.
<i>XXII</i>	57 — 76	33, — 33. 2	W	2. 3 pluv. subfer.
<i>XXIII</i>	85, 89, 88	31. 1, 34. 1, 33	W	3. 2 ser. nubila.
<i>XXIV</i>	87, 82 —	31. 3, 36. 1, 35. 2	SW	2 subpluv. subfer.
<i>XXV</i>	82, 74, —	33. 2, 39. 1, 37. 2	S	2 serena.
<i>XXVI</i>	78 — 82	36, 40, 38. 1	SW	2 pl. ser. pluv. c. ton.
<i>XXVII</i>	81, 79, 81	36. 3, 41, 39. 2	SW. W	2. 1 subnub. pl. ser.
<i>XXVIII</i>	83, 80 —	7. 3, 42, 39. 2	SW. N W	2 ser. subnub.
<i>XXIX</i>	86, 83, 91	37. 2, 40. 1, 37	NW	3 pl. ser. subnub.
<i>XXX</i>	93, 90, 87	34, 37. 3, 36. 2	W. N W	3. 2 pl. nub. subfer.
<i>Jul. I</i>	80, 74, 85	35. 3, 38. 2, 36	S W. N W	2. 3 nub. subfer.
<i>II</i>	92, 89, 94	31. 2, 36. 1, 34	N W.	2 pl. serena.
<i>III</i>	30, 03 — —	30. 2, 34. 3 —	NW	3. 2 ser. pl. nub.
<i>IV</i>	03, (95) 02	30, 34. 1, 33. 1	NW	2. 4. 1 pl. nub serena.
<i>V</i>	29, 93, 75, 67	31. 1, 35, 34. 1	W. N W	2. 3 pl. nubila.
<i>VI</i>	62, 67, 72	33. 1, 35. 1, 33. 2	NW	4 ser. pl. nub.

<i>Dies</i> <i>β. v.</i>	<i>Barometrum.</i>	<i>Thermometrum.</i>	<i>Ventus.</i>	<i>Tempestas.</i>
VII	78, 80, 83	30.3, 34.1, 33.1	N W. N 1	nub. pluv. fer.
VIII	83, 75, 77	29.2, 36, 34.2	SW.W.N. 1.2	serena.
IX	80, 74, 72	31.2, 37, 35.3	N W. SW. N 1	serena.
X	77, 88, 93	32.1, 33.2, 32.2	N.N W.W 1	nub. & pluv.
XI	30.02, — 04	31.1, 34, 32.2	N. NW 2.0	pl. nub. fer.
XII	05 (97, 95)	30.3, 35.2, 35	SW.NW 1	serena.
XIII	29.86, 55, 48	33.2, 38, 37	S 2.3	fer. subnub.
XIV	46, 50, 64	36.1, 37.2, 36	SW. W 2.3	pl. nub. pluv. c. ton.
XV	79, 84, 85	33, 35.2, 33.2	N W. W 3.2	subserena.
XVI	77, 67, 64	31.1, 34.2, 33	S. W 2	pl. nub. pluv.
XVII	61 — 68	32, — 32.3	SW.W 2.3	pl. nub. pluv.
XVIII	67, 62, 63	31.1, 33.2, 32.3	SW 1.2	subfer. pl. nub.
XIX	65, 69, 72	31.1, 33, 31.1	SW. W 2	pl. nub. pluvia.
XX	73, 79, 88	30.1, 33.1, 32	W 1	nub. pluv. fer.
XXI	90, 83, 82	30.3, 34.2, 33.1	W, S 1	nub. fer.
XXII	80 — 83	32.1, 34.3, 33.2	SSO. W 2	pl. nub. fer.
XXIII	85, 78, 82	32.1, 35, 34.2	WSW.NNO 1	pl. nubila.
XXIV	82, 81, 82	33, 35, 34.1	SW. NNO 1	pl. nub. pluv. c. ton.
XXV	90, 87, 88	32.3, 36.1, 34.2	SW. W 1	serena.
XXVI	87, 84, 89	32.2, 36.1, 35	SW. 2.3	subnubila.
XXVII	30.01, 02, 03	33, 36.2, 34.1	WNW 2	pl. serena.
XXVIII	05, 03 —	32, 37, 35.3	S 1	pler. serena.
XXIX	04, 00, 03	34, 39, 37	SW. NW 1	fer. pulchra.
XXX	04, 00, 08	34.1, 39, 36.3	NO. 1	fer. pulchra.
Aug. I	29.88, 83, 80	35.1, 40.1, 37.1	SO 2	fer. pulchra.
II	80, 74, 75	35.3, 40.3, 38.2	SO 1	serena.
III	74, 72 —	36.3, 41.2, 38.3	SW.SO 1.4.1	fer. subnub.
IV	77, 74, 78	36.3, 40.3, 37.3	W 1.2	pl. nub. c. ton.
V	76, 71, 75	36, 40.3, 37	NW. S. NO 2	subfer. pluv. c. ton.
VI	74, 72 —	34.2, 37.1, 36	SW.NW. 1.2	subfer. pluv. c. ton.
VII	77, 80, 85	34.3, 37.2, 36.1	NW 1.2	subnubila.
VIII	87, 82, 80	33.1, 36.1, 35	NW 1.2	subnubila.
IX	75, 67, 57	33.1, 35.2, 33.2	NW. W 1.2	nub. pluv. serena.
X	43, 48, 52	32, 34.3, 32.1	SW. W 3.1	pler. serena.
XI	57, 68, 78	29.3, 33.1, 32.1	SW.W 3.2	pl. nubila. fer.
XII	83, 85, 90	30.2, 33.2, 32.3	N 2.3	fer. nub. pluv.

ACTORUM ERUDITORUM

<i>Dies ft. v.</i>	<i>Barometrum.</i>	<i>Thermometrum.</i>	<i>Ventus.</i>	<i>Tempestas.</i>
XIII	91, 88, 91	31. 1, 34, 32. 2	NNO 2.3	pluv. subfer.
XIV	93, 88, 90	30, 34. 2, 32. 3	N. NO 2	serena.
XV	91, 84 —	30, 35. 1, 33. 3	NW. NO. 1	neb. & nub. fer.
XVI	86, 84 —	31. 2, 35, 32. 1	ONO 2	subserena.
XVII	85, 80, 83	29, 34. 2, 32. 1	ONO 2	pl. serena.
XVIII	86 — 91	29. 1, 35, 31. 2	NO 2.3	pl. serena.
XIX	96, 98, (02	28. 1, 34. 2, 32	NO 1	serena.
XX	90. 04, 00, 01	28. 2, 34. 3, 32. 2	N 1.2	ser. pulchra.
XXI	04, 00 —	28. 3, 34. 3, 31. 2	NO 1	serena.
XXII	29. 94, 84, 80	28. 3, 35. 1, 32. 3	OSO 2	serena.
XXIII	75, 67, 69	31, 37, 34. 3	S. SW 2	subfer, fulg.
XXIV	72, 69, 68	33. 2, 37, 34	SW. W 2.3	pl. nub. pluv. ser.
XXV	72 — —	32, 37, 34. 3	SW. W 2.1	serena.
XXVII	61, 57 —	33. 2, 38, 36. 1	SO 2	subnub. pluv.
XXVIII	65, 54, 57	33. 2, 37. 2, 36	SW. 2	serena, pl. nub.
XXIX	60, 58, 61	34, 37. 2, 36	SW 2	nub. serena.
XXX	60, 57, 58	32. 2, 38, 35. 1	O 2	serena.
XXXI	62, 68, 73	33, 37. 4, 35. 2	SW. WNW 2	subnubila.
Sept. I	76, 74, 75	33, 36. 3, 34. 3	SW 2.3	ser. nub. pluv.
IV	58, 64, 58	33. 2, 35. 3, 33. 1	NW. SW 3.4	nub. subfer.
V	50, 63, 78	33. 1, 35, —	SW. W 4	nub. subfer.
VI	82, 74, 65	32, 34. 2, 33. 1	SW. W 3	subnubila.
VII	43, 41, 43	33, 33. 1, 31. 1	SW. W 3.2	pluv. subfer.
VIII	40, — 47	30 — 30. 1	V SW 3	ser. pluv. nub.
IX	55 — 92	29 — 28. 3	W 2	pluv. nub. subfer.
X	30. 12, — 16	25. 3, — 28. 1	NW 2	ser. subnub.
XII	17, 12, 07	28, 29. 3, 27	W. SW 1	nubila, ser.
XIII	29. 97, 95 (03	26. 2, 29. 2 —	SW. W 2.3	ser. pler. nub.
XIV	90. 17, 23, 30	28. 3, 30. 1, 30	NW 2	pler. nubila.
XV	28, 25 —	29. 2, 33, 30. 3	NW 1	pler. serena.
XVI	24, 55, 13	26. 2, 33. 2 —	NO 1.2	serena.
XXIV	29. 85, — 83	30, 32, 31	SW 1	serena.
XXV	53, 85 —	31, 33, 31. 3	SW 1	pl. serena.
XXVI	88 — —	31, 36, 36	NO 1.2	ser. aurora bor.
XXVII	90, 83 —	29, 39, —	NO 1.2	ser. aurora bor.
XXVIII	86, 89, 83	30, 32. 1, 33	NO 2	ser. nubila.

Dies s. v.	Barometrum.	Thermometrum.	Ventus.	Tempestas.
XXIX Octob. III	93, 90, 96 30. 19, — 17	32, 31, 30. 2 29, — 31. 2	SW W. SW	2 fer. nubila. 2 serena.
IV	11, 00, 92	29, 32, 3, 30	SW	2.3 nub. serena.
V	29, 84, 91, 96	29.1, 32. 2, 29.1	W	2.3 subnub. pluv.
VI	88, 83, 86	26.1, 30. 2, 29.1	SW	2.3 pler. nubila.
VII	87, 86, 78	27. 3, 29 —	SW	2.3 pler. nubila.
VIII	66, 60, 68	28. 2, 30, 28	SW. W	3.4 pl. nub. subser.
IX	82, 99, 95	26.1, 29. 2, 25.3	NW	2 nub. pluv. ser.
X	30. 03, 93, 85	25. 2, 27. 2, 26.1	W	1.2 neb. & nub. subser.
XI	29. 58, 64, 77	25. 3, 27. 3, 25.3	W	3.4 pl. nub. subser.
XII	30. 02, 18, 23	23. 3, 27, 23.1	NW	1 serena.
XIII	26, 19, 13	19, 25. 2, 22	SO. O	1 subneb. serena.
XIV	03, 95, 90	19. 24. 3, 23.3	SO	1 serena, nub.
XV	29. 87 — 89	24.1, 27.1, 26.3	SW. W	1 pl. nub. pluv. ser.
XVI	83 — 73	24. 3, 30. 2, —	SW. S	2 neb. ser. nub. pluv.
XVII	93, 93, 09	27.1, 28. 1, 27	NW	1 nub. neb. pluv.
XVIII	30. 12, 09 —	26, 27, 25. 2	NO	1 pler. nubila.
XIX	03, 02 —	24. 1, 26.1, 25. 2	NO	1 nubila.
XXI	29. 87, 80, 75	24. 2, 26. 3, 24.3	O	2 subser. pluv.
XXII	77, 89, 97	24. 2, 26. 2, —	W. SW	1 pt. nubila & pluv.
XXX	87, 77 —	24. 2, 24. 3, 24	O	1.2 ser. subnubila.
XXXI	72. 62, 53	22. 3, 23. 3, 23	SO	1 pl. nub. pluv. ser.
Nov. II	53, 48, —	23. 2, 28, 26. 2	S. SW	2 serena, subnub.
III	55 — 42	25.1, 26. 3, 25.2	SW	2.3 ser. nub. pluvia.
IV	35 — 39	25. 1, 26. 1, 26	SW	1.2 pluvia contin.
V	52, 50, 15	25, 26, 24. 3	SW. NW	2.4 varia c. pluv. nive, tom.
VI	20, 18, 08	22. 1, 24, 23. 2	NW. W	2.3 pluv. subserena.
VII	28. 94, 02, 29	22. 2, 22. 3, 22	NO. NW	1.2 neb. nub. pluv.
VIII	29. 50, 57 —	21. 2, 23, 21. 1	W. SW	1 pler. serena.
XVI	30. 07, 13, 18	24, 25, 24. 2	W	2 neb. pluv. subser.
XVII	14, 10, 04	21. 3, 24. 3, 22	S	1 serena.
XVIII	04, 00, 02	20. 3, 22, 23	SW	1 subser. nub. pluv.
XIX	29. 98, 82, 75	23. 1, 24, 23. 2	SW	3.4 nubila, subser.
XX	41, 47, 65	23, 24 —	W	2.4 varia c. pluv. & nive.
XXII	95, 83, 81	21.1, 22. 3, —	SW	2.3 pler. nubila.
XXIII	75, 65, 60	23, 23. 2, 23.1	SW	2 nub. pluvia.

ACTORUM ERUDITORUM

<i>Dies ft. v.</i>	<i>Barometrum.</i>	<i>Thermometrum.</i>	<i>Ventus.</i>	<i>Tempestas.</i>
XXV	47, 51, 60	21. 1, 21, 20	NW	1 neb. nub. subfer.
XXVI	62, 63, 28	18. 2, — —	N. NO	1.2 nebul. & nubila.
XXVII	94, (05, 07)	17. 2, — 16. 2	NO	2 pler. serena.
XXVIII	30. 04 — (50)	16. 1, — —	NO	1 subnub. serena.
XXIX	29. 87, 83, 80	16. 1, 17. 3, 17. 2	O. SO	1 pler. serena.
XXX	72, 65 —	17. 1, 19. 18	SO	1 pl. serena.
<i>Dec. I</i>	64, — 83	16. 3, — 17. 1	S	1 serena.
II	99 — (03)	16. 3, 17, 16. 3	W	1 neb. & nubila.
III	88, 77, 67	16. 3, 18. 1. —	SW	2.3 subnubila.
IV	56, 37, 40	18. 3, 19. 1, 19	SW	2.3 pl. nub. & pluv.
V	53, 50, 42	19, 19. 2, 20. 2	W. SW	2.3 subfer. pluv.
VI	48, 47, 58	21, 23, 22. 1	SW	2.3 subfer. nub. pluv.
VII	47, 32, 12	22. 2, 23. 1, 23	SW	2.3 pl. nub. & pluv.
VIII	28. 91, 99, (39)	23, 22. 1, 20	SW. W	2.3 pl. nub. pluv. c. nive.
IX	29. 83, 99 —	18, 19, 18	W	1 serena.
X	66, 60, 58	18, 19, 19. 3	SW. S	3 nub. c. nive.
XI	66. 76, 93	20, 20. 3, 21	SW	1 subnubila.
XXII	60, — 56	19, 18. 1 —	W	1 subnub. c. nive.
XXIII	56, 62, 67	18 — —	W	1 nub. c. nive, ser.
XXIV	75, 77, 60	16 — — —	SO	1 pler. serena.
XXV	49, 36 —	13. 3 — —	SW	1 subnub. c. nive.
XXVI	40, 42, 46	13. 1, — —	SO	1 ser. subnub. c. nive.
XXVII	46, 40, 44	13, — — —	SW	1 subserena.
XXVIII	39, 49, 60	13. 3, 14. 3, 16	SW	2 pler. nubila.
XXIX	79, 87, 90	13, 13. 2, 19	SW	1 nub. c. pluv.
XXX	94, (01, 07)	19. 2 — —	W	1 nub. pluv. subfer.

*EXCERPTA EX JO. ADAMI KULMI,
Med. Doct. ejusdemque & Phys. Prof. Publ. Ord. atque
Acad. Imp. Nat. Cur. Sodalis, Dissertatione Academica
de Literis in ligno fagi reperitis, A. 1730 Gedani
edita.*

F*agus quadam haud procul a civitate Elbingensi A. 1727 ca-
sa, & ad usus domesticos Prænobiliss. Consultiss. doctissimi-
que*

que Domini Jo. Mauritiæ Mælleri, cursorum publicorum Præfetti, nunc simul a secretis patriæ civitatis, optime meriti, destinata, eodem anno, Mense Junii, sequentem exhibuit rari phænomeni observationem. Pars quadam trunci recentior a prædicta fago fere instar prysmatis triangularis vesecta, 3 pedes & 6 pollices longa, servo diffundenda committebatur, quæ transversim per longitudinis medium, 4 circiter digitos & semissem a cortice, totidemque fere a trunci centro, unico, eoque levi saltém, ictu penitus diffissa, varias occultas hæctenus exhibuit literas, in utraque ligni superficie ubique satis evidenter conspiciendas. Qua insolita re visa, lignator securi innixus, mente ac oculis defixis attonitus & fere immotus obstupuit, fascinationem subesse sibi persuadens, atque superstitiosa suæ percussione causam adveniendi domino anxius exposuit. Hic autem, sana Philosophiæ peritus, ex attentâ ligni diffissionis ejusque corticis exploratione facile bujus phænomeni causas naturales cruit, harumque rationes una cum ligno ipso eodem anno ad Pranobiliss. Consultiss. Doctissimumque Dominum Jac. Theod. Kleinium, Secretarium nostræ civitatis, & Societ. Reg. Scient. Angl. Membrum dignissimum, nostrumque Fautorem optimum, transmisit, in cujus Gazophylaceo, omni naturalium genere refertissimo, adhuc asservatur.

Extrorsum in cortice ligni (quem Fig. I delineatum sinit) observantur varia literarum, dudum inscriptarum, nunc jam latius distensarum, & magna ex parte oblitteratarum, vestigia, quæ corticis superficiem admodum inæqualem reddiderunt. His characteribus apprime respondent aliæ literæ, majuscula Romanæ, intus in caudice fagi repertæ, cujus divisa utramque faciem exhibet Fig. II. In altero diffissi ligni latere, quod medullam respicit, (Fig. II A) rectæ & pronæ literæ, in sibi superpositis lineis satis evidentes & admodum proportionate depictæ, vix ultra superficiem elevatæ, atque sub iis numeri 672 fissione quadantenus mutilati apparent; in altero vero latere, cui cortex adhaeret, (Fig. II B) eadem literæ & numeri, ast inverso situ supini, conspiciuntur. Harum in utraque pagina literarum aliæ existunt coloris fuscæ, aliæ nigricantis, quæ ad-

TAB. I.
Fig. 1.

TAB. I.
Fig. 2.

ustio

ustionis notam pra se ferre videntur: reliqua vero inter characteres arca illasa genuino fagi colore & nexu distinguitur. Quaedam, praesertim litera H H, arctis quidem, attamen profundis, lineolis transversim fissae; aliae iterum striis hinc inde lateraliter excurrentibus stipatae observantur. Potissimum autem notari meretur, quod duabus istis literis D B (Fig. II, 1 & 2,) antiquus suus cortex adhaereat glaber, sanus, eadem, ac externus, crassitie eminent, quem litera e regione in opposito pariete inversa G Q (Fig. II, 3 & 4,) excavata foveolis suis apprimae excipiunt, si latera separata sibi invicem apponuntur. Etiam in foveola litera R inversa (Fig. II, 5,) firmiter inhaeret alius cortex, margine non altius elevatus, quem ab areola respondentis prona litera R (Fig. II, 6,) avulsam festuca ibidem relictae manifesto prodant. Reliqua insuper ligni crassities, tam quae cortici & characteribus, quam quae his & medulla interjacet, continuo, firmo ac solidissimo nexu conjuncta ne minima quidem literarum vestigia ostendit.

* * *

Quae ad explicandam hanc scripturam, notabilem omnino & insolitam, disputata hic sunt a Cl. Kulmo, ea, cum afferri huc, nisi integra transcribatur Dissertatio, haud possint, intacta hic relinquimus, digna ceteroquin haec judicantes omnia, quae curiosis earum rerum lectoribus diligentius pervestigentur.

HENRICI JACOBI SIVERS, LUBECENSIS,
Philosophiae Magistri, & Regiae Borussiae Scientiarum Societatis Collegae, Curiosorum Niendorpiensium Specimen secundum, sistens Lapidum stellarium descriptionem, cum Viro vere Magnifico, Domino JOANNE JACOBO BAIERO, D. Archiatro & Comite Palatino Caesareo, S. R. I. Nob. Univers. Altorf. Seniore & Medic. Prof. Primario, Acad. Nat. Curios. Leopold. Carolinae Praeside illustri celebratissimoque, communicatum.

Lubecae,

TABI ad T. X Sect. II Suppl. Act. Er. p. 71 et 73.

Fig. III




Fig. I



Fig. II



Fig. IV



Fig. V



Lubecz, apud Joann. Schmidium, 1732, 8.

Plag. 1.

PRioris *Carioforum Niendorpiensium* Speciminis mentionem nuper fecimus in *Novis Actis* n. 1732 *Mense Sept.* p. 432. Jam, quæ altero continerantur, indicabimus paucissimas. Vix enim poscat a nobis aliquis, ut copiosiores simus Autore ipso, & quas ille exulare jussit libello suo, doctas Observaciones proferamus. Sistitur hic primo loco singularis formæ *Astroites*, quem ita describit Autor: *Astroites, quem hic represento, est albidus, in superficie sua stellæ immemoris & elegantissimæ, æqualiter distantibus, & prorsus confimilibus, unatque ornatus. Rotundus & fere circularis est, & quod ad longitudinem & latitudinem attinet, utrinque sex pollicibus constat. Forma externa fungitæ pileolo lato similis est, & tota substantia selenitica, aut e topia procreata videtur. Astroite huic binos jungit *Asterias columnares*, quorum alterum ipse tenet, alterum prope Travemundam repertum, S. R. Jac. a Mellen, factorum in urbe Lubecensi Antistes venerabilis, inter alia naturæ nequidie servat. De suo Autor commemorat, materia constare alba splendescente selenitica, & gracilem columellam pentagonam esse, cujus junctura vel articuli stellam quinque radiis representent, Entrochorum more cohercant, & sibi invicem incumbant. De Melitano, nihil est, quod nos edoceat, nisi illi alteri videri perquam similem. Consultius autem duxit, quicquid in plagula hac una spatii supererat, *Catalogo* destinare libellorum suorum, in illa editorum ætate, unde constare nobis utique abunde potest, ejus Cl. *Sivorsum* ingenii vitum esse, qui multa, quam multum, scribere, & chartas implere scriptura qualicunque, quam, bonæ plena frugis excudendo, prodesse eruditis malit.*

DANIELIS ERNESTI JABLONSKI, D.

Historia Consensus Sendomiriensis.

Berolini, apud Ambr. Haude, 1731, 4.

Alph. I pl. II f.

Cum S. Rev. Antori, Concionatori Aulae Regiæ Berolinensis primario, ac simul Episcopo sive Superintendenti Ecclesia-

K

TAB. I.
Fig. 3.

TAB. I.
Fig. 4.

TAB. I.
Fig. 5.

clenarum Reformatum per Poloniam majorem, demandatum fuisset a Synodo, ut novam adornaret editionem *Consensus Sandomiriensis*; statim in animum induxit adungere ejus historiam, idque eo libentius, quod MSS. literarum monumenta, e quibus deponi debet ista historia, in potestate habebat sua. Tribus igitur eam exhibet in libellis, in primo acta ante Synodum Sandomirensem, in secundo ipsius Synodi actum, in tertio ea, quæ gesta sunt post Synodum, exponens. E *Sectione prima* ut excerpamus potiora, docet initio, anno demum 1549 rite constitutas esse in Polonia Ecclesias Evangelicas, & A. 1550 habitam fuisse primam Evangelicam Synodum Pinczowiz in regione Cracoviensi. Cum autem delata esset in Poloniam purior religio partim ab exulibus Bohemis, partim ab adventis ex Helvetia & Saxonia, hæque partes non idem sentirent de omnibus, primum Bohemi & Helvetii post plures deliberationes coaluerunt in unum corpus, deinde & Augustani, id est, Augustanæ Confessioni addicti, ut adjunderentur, opera data fuit. Verum turbavit *Flacius* ista pacis consilia per emissarios suos, *Morgensternium* & *Gericium*. Ac A. 1567 Augustani in Synodo Posnaniensi Bohemicos Fratres, Augustanam Confessionem abjecta sua accipere recusantes, publico scripto sunt aggressi: quod hic una cum Bohemorum responsionibus recensetur. Quæ responsiones cum nonnullis satisfacerent, *Morgensternia* tamen (cujus viri malos turbulentosque mores Noster ex *Hartknochio*, teste minime suspecto, describit,) urgente decretum fuit, ut *Wittebergensium Theologorum* censuræ utrumque scriptum subiceretur. Tandem statutum fuit, ut A. 1570 mense Apr. Sandomiriz Synodus haberetur, eo potissimum fine, ut trium tunc in Polonia florentium Confessionum, Augustanæ, Bohemicæ, & Helvicæ, focii in unam coirent Ecclesiam. Paulo ante, scilicet ejusdem anni Februario, Augustani habuerunt Synodum Posnaniz, ipsorumque Superintendens, *Erasmus Gliznerus*, ibi colloquium irenicum habuit cum quodam e Fratribus Bohemis. Utriusque enim Ecclesie tum Theologi, tum Magnates, agnoscebant & utilitatem & possibilitatem unionis, persuasum

sum habentes, utrinque saluum manere fidei fundamentum, ac posse se cum aliquo circa Sacramenta errore esse Christi discipulos. *Sectione secunda* S. R. Autor ipsius Synodi Sendomiriensis historiam persequitur, eamque se hausisse profitetur ex Actis Synodalibus & ex Itinerario MS. *Sim. Theoph. Turnovii*, qui, cum ipse pars esset Synodi, singula curiose observavit ac literis mandavit. Composita erat hæc Synodus trium Confessionum, quas diximus, sociis, qui tandem in id consenserunt, ut nova eaque communis Confessio conscriberetur, sique ab omnibus subscriberetur. Non licet nobis singula describere colloquia. Illud tantum observamus, evenisse d. 14 Aprilis, ut Formula Concordiæ, quam *Consensum* vocant, approbaretur ab omnibus. Quam feliciter hæc res secuto tempore successerit, quotque concordiæ documenta fuerint edita, *Sectione tertia* exponitur. S. R. Autor mentionem quoque facit Confessionis communis in Bohemia A. 1575 factæ ab Ordinibus sub utraque, approbatæque a Theologis Wittebergensibus: qua sibi oblata Rudolphus II Imp. *litteras Majestatis*, quas vocant, eam profitentibus impertit, liberumque religionis exercitium indulgit. Laudat Noster Confessionem hanc Bohemicam, ita videlicet comparatam, ut necessaria ad salutem complectatur, quæstiones vero præterfundamentales relinquens intactas, concedat in iis dissentienti libertatem. Hinc docet, A. 1576 in Cracoviensi, & A. 1578 in Petricoviensi Synodo rursus approbatum fuisse confirmatumque Consensum Sendomiriensem. Quam commemorat *Leonb. Hutterus* Synodum, eodem anno Vilmæ habitam, in qua alia concordiæ ratio, a Sendomiriensi plane diversa, sit inita, eam Noster fabulis fictis annumerat, hujusque sententiæ rationem reddit aliquot argumentis. Illud non negat, in Lithuania fuisse nonnullos Consensus adversarios. Eaque res erupit in Synodo Posnaniensi A. 1582, in qua *Gliznero*, Theologo Augustanorum primario, se Consensum Sendomiriensem ad mortem usque defensurum, professo, *Paulus Gericius*, Pastor item Ecclesiæ Augustanæ, Consensum illum impugnavit tanquam in doctrina de S. Coena sacris literis adversum: qui & in Syno-

do Thorunienſi A. 1595 hoc vis petrexit, argens iudicia Theologorum aliquot Germaniæ, ac tandem inuere extatus eſt. Nec vero ſublata cum *M. Gerſie* (de quo falſa multa narrantur *Hereticorum*. Noſter hic reſellit, tanquam ſecuram riuores vulgi, quas ipſe omnia hanſerit & ſtamentis aſtrenticis,) diſcordia eſt, ſateatque Coleb. Autor j poſt id tempus Auguſtanos vix ulli Reſormatorum Synodo interſiſſe, nec *Duro* ſuſceſſiſſe conatum conciliandi cum Auguſtanis Reſormatos. Meminit etiam *Colloquii charitatiui*, a Rege Poloniæ *Uladſlao IV* inſtituti Thorunii A. 1645 eo conſilio, ſed callide diſſimulato, ut Auguſtani & Reſormati inter ſe committerentur, inque mutnam amarentur perniciem. Id ſentientes utriusque unioni ſavebant, videturque res ea ſuſceſſura fuiſſe, ſi non exteri Theologi fuiſſent adhibiti in conſilium. Wittebergenſes enim ſcriptis duabus epiſtolis, quarum poſterior præcipue Noſtro diſplicet, fuere diſſuaſores. Illud vero cum voluptate narrat, quod hodie *Corpus Evangelicorum* Ratiſbonæ aliter ſe gerat, communesque aduerſarios communibus & conſiliis & viribus reprimere ſtudeat; itemque, quod A. 1712 Evangelici Poloni utriusque partis communes ruriſus Synodos celebrare coeperunt. Ac primæ eo anno habitæ Synodi hiftoriam vel ideo dignam iudicavit, quam exponeret hic pluribus, quod ipſe ei interfuit, & quidem tanquam Præſes Eccleſiaſticus. Quamquam tantam de politica unionem tum laboratum fuit, in quam & conſenſum fuit in quatuor Synodis Gedani habitis A. 1718, 1719, 1726 & 1728.

Finita jam hiftoria S. R. Autor p. 123 ſq. exhibet *Conſenſum Sandomirienſem* ex edit. Thorunienſi anni 1596, & quæ ea in editione adjecta ſunt, *conſignationem obſeruationum neceſſariarum ad confirmandum Conſenſum illum, Parnaniæ eodem anno factam, & a Miniſtris utriusque ecclæ approbatam; Cracoviæ Synodi A. 1579, Patriſcionſi A. 1578, Wladſlaviæ A. 1583, & Thorunienſi A. 1595 habitæ ecclæ & concilii.* Præterea ad lucem ſua hiftoria ſequentium p. 124 ſq. adjecta voluit *Excerpta ex Conſeſſione Bohemorum conſtant anni 1545; p. 250 Formulam Concordiæ inter Ecclæſiam Glicznarum & S. T. Turnoviſum,*
illum

illum Lutheranorum; hunc Fratrum Bohemorum, Superintendentem; p. 252 Privilegium Raphaelis, Comitis de Lezno, Palatini Belsensis, Augustanæ Confessionis civibus datum; p. 257 Responsum Theologorum Wittebergenfium ad illum Raphaelem; denique p. 266 Ducis Boguslai Radziwili Privilegium Augustanæ Confessionis sociis impertitum.

PETRI ZORNII, HAMBURGENSIS, IN illustri Gymnasio Carolino Historiæ, Eloquentiæ, & Græcæ Linguae Prof. Regii, Opuscula sacra, hoc est, Programmatum, Dissertationum, Oratorum, Epistolarum & Schediasmatum, in quibus præter Historiæ Ecclesiasticæ & literariæ capita plus quam sexcenta S. Scripturæ loca ex Antiquitatibus Ebraicis, Græcis & Romanis, illustrantur,

Tomus I.

Altonaviæ, apud Jonam Korte, 1731, 8.

Alph. 2 pl. 6.

Priusquam, quæ his Opusculis sacris continentur, argumenta brevissimis indicentis, opus omnino esse videtur, ut Lectores moneamur, veram hujus Tomi primi Opusculorum sacrorum editionem prodierit A. 1723 sumptibus Autoris. Cur autem Autor priinam Operis plagulam iterum excudi curaverit, reliquis ex prima editione etiam cum erratis operarum penitus retentis, definire non possumus, nisi forte tituli, qui hic tantum conspicitur, amplitudo, & quæ nunc demum præmissa est, imago Autoris ætæ incisa, hujus consilii causas constituerunt. Sed, utcumque sint ista, id Lectores ignorare nolumus, non esse novam aut repetitam hanc primi Tomi editionem. Interim varia tamen cum eruditione & multijuga lectione refertum esse, vel argumenta scripturarum satis, ut credimus, indicabunt, quæ quidem hæc sunt: *Progr. de Messia*

p. 1-12.
12-20.
20-29.

De avdewrov egressibus, ex *Micb. V, 1. Progr. de Christo nov*

ab inferorum potestate redimente & a morte vindicante ex Hofe. XIII, 14. Progr. de altero Zionis doctore, ex Zachar. IX, 12.

- p. 29-35. *Progr.* de Christo gentium desiderio, ex *Haggæ. II, 7.* *Diff.* de
 35-41. Nummo Apamensi, Deucalionis Diluvii typum exhibente. *Diff.*
 41-51. de Nummis quibusdam antiquis, ex quibus *Baronius, Peirescius,*
aliique, antiquitatem Missæ & veritatem probare voluerunt.
 52-71. *Diff.* de hymnorum Latinæ Ecclesiæ collectionibus, qua simul
 in hymno: *veni redemptor gentium,* vitiosa lectio nunc pri-
 71-111. mum ex *MSC. Friderici Lindenbrogii* emendatur. *Diff.* de
 varia fortuna vocis *ἐποούριος,* adjectis vindictiis adversus *Peta-
 vium, Carcellæum, Cudworthum & Clericum,* qui Patres Nicænos
 111-163. Tritheismi reos agunt. *Comment.* de usu æneorum tripodum
 & cymbalorum in sacris gentium, ad *1 Corinth. XIII, 1.* Nova
 164-215. *Collectio* plus quam LX symbolorum sive confessionum fidei,
 quas in veteri Ecclesia inde a primis seculis usque ad XII hæ-
 215-226. retici vel viri alii Patribus suspecti ediderunt. *Diff.* de decre-
 226-244. to sanctorum Vigilum, ad *Daniel. IV, 14.* *Diff.* de ritibus sa-
 crarum concionum in sacris gentium, ad *2 Petr. I, 16.* Magni
 mysterii pietatis & mysteriorum apud paganos analogia &
 244-297. comparatio ex *1 Tim. III, 16,* quatuor constans Programmatibus.
 297-317. *Vindicia* collationis inter magnum mysterium pietatis & my-
 317-334. steria gentium institutz. *Oratio* de holocausto Davidis a Deo
 335-340. in cinerem vertendo, ex *Psal. XX, 4.* *Epistola,* qua disquiritur,
 Medici olim servi fuerint, nec ne? ad varia S. S. loca. *Diff.*
 340-348. de Apostoli *Pauli* eloquentia exteriori ad varia S. S. loca. *Epi-
 349-351. stola,* quæ alterius nomine conscripta Dissertationis alicujus De-
 351-356. dicationem complectitur. *Epist.* qua Autor Patrono de secundis
 356-369. nuptiis gratulatus, lucem affundit *1 Tim. V, 12.* *Progr.* ex *Psal. LVI, 9,*
 369-383. de Davidis lacrymis a Deo in utre ponendis. *Diff.* de Spi-
 rituum dijudicatione, h. e. ministrorum Ecclesiæ divina extra
 384-397. ordinem electione ad *1 Corinth. XIII, 10.* *Progr.* quo mysterium
 398-410. nati Christi in V. T. per columnam nubis & ignis adumbratum
 410-424. exponitur. *Progr.* ubi mysterium Christi a mortis revocati, quod
 in V. T. *Jonas* adumbravit, exponitur. *Progr.* ubi mysterium
 Pentecostes, quod in V. T. ignis ad consumenda sacrificia immis-
 425-434. sus adumbraverat, exponitur. *Progr.* quod mysterium Micha-
 elis, Ecclesiam suam e gravissimis vexationibus eripientis, sicut
 illud in V. T. circa Nox mirabili ratione conservata adumbra-
 verat,

- verat, exponit. *Diss.* de mysterio *παλιγγενεσιος*, quod secun- p. 434-444.
 dum *Clementem Romanum* Noachitis predicasse dicitur ad va-
 ria S. S. loca. *Progr.* de varia fortuna S. *Thomæ Aquinatis* in 445-465.
 scholis Pontificiorum, præsertim Gallorum. *Vindicia* pro per- 465-503.
 petua veteris Ecclesiæ traditione de Christo pane *επιουσιος*,
 contra *Gottlieb Wernsdorsium*, editæ sub ficto nomine R. P. *Ju-*
sti Pezron, novisque in præsens vindiciis auctæ. *Censura* Eclog- 503-605.
 garum *J. F. Meyeri* de fide *Baronii & Bellarmini* ipsis Pontifi-
 ciis ambigua selectis ex historia literaria observationibus re-
 ferta, auctaque plus quam LX Pontificiorum scriptorum sarragi-
 niæ e Museo Nicetæ Critopuli. In *Thomæ Ittigii* Dissertatio- 605-659.
 nem de hæresiarchis ævi Apostolici & Apostolico proximi ca-
 talecta Autore *F. Lothario Maria a Cruce*. *Vindicia* S. S. Pa- 659-774.
 trum per omnes fidei Christianæ articulos *Jo. Dallaio* opposi-
 tæ; accedunt selectæ observationes contra recentiores Patrum
 censores, Anglos, Belgas & Gallos. *Analecta* varia ad Tomum
 I, Opusculorum sacrorum spectantia. His denique omnibus 774-791.
 duplex subjungitur Index, quorum alter loca S. Scripturæ ex-
 plicata exhibet, alter vero rerum est & Autorum. Nos speci-
 minis loco Lectoribus ea, quæ Autor Epistola illa, Medici olim
 servi fuerint, nec ne? habet, exhibebimus, ut de reliquis inde
 & longioribus hujus Tomi Commentationibus ipsi judicare
 possint. Initio fatetur, ansam sibi ad hanc quæstionem excuti- 335.
 endam dedisse locum Apostoli *Coloss. IV, 14*, ubi *Lucam* quen-
 dam Medicum collaudat, quem quia cum *Eusebio, Hieronymo,*
 aliisque, pro *Luca* Evangelistâ habet, contra *Grotium & Caveum* 336.
 negat cum aliis, solos Romæ servos fuisse Medicos. Sed poti-
 us affirmat, quotquot Romæ medicinam olim professi fuerint,
 ingenuos, saltem libertos, fuisse, in magna apud viros princi-
 pes constitutos gratia, id quod ex *Plutarcho & Suetonio* confir-
 mat. Præter *Lucam* autem *Jacobum* quoque Apostolum Me- 337.
 dici nomine inter *Judeos* innotuisse, probat ex *Raymundo,*
 aliisque. Hinc locum Epistolæ *Jacobi V, 14*, de unctione, quæ 338.
 medentium est, & Judæis pridem usitata erat, interpretatur,
 nec infrequentes fuisse in primitiva Ecclesia unctiones ægro-
 rum, a presbyteris quandoque administratas, contendit, licet
 cum

p. 339.

cum *Casabono & Lemonio* non plane videatur facere, qui Presbyteros etiam aliptas, hoc est, medicos fuisse statuerunt.

**JO. FRID. BERTRAMI, SERENISS. FRI-
siae-Orient. Principi a Consiliis sacris & concionibus
aulicis, Meletemata literaria.**

Brunsvigæ, ex officina Rengeriana, 1731, 8.

Plag. 22.

Continentur hoc Volumine Dissertationes varii generis, doctissime luculenterque elaboratæ: quarum in *prima*, quæ *Musa Christiana* est inscripta, de Poesi sacra deque Christianis Poetis nec injucunde nec inutiliter disseritur. Suadet hic Summe Rev. Autor publi literatæ, ut sacris potissimum argumentis dicet exercitia poetica, nec omittat, quod quidem vulgo fit, lectionem veterum Christianæ Ecclesiæ Poetarum. Horum editiones, observat, adhuc multis locis esse corruptas, eamque culpam tribuit Criticis, plus temporis tribuentibus emendationi ethnicorum, quam Christianorum, Poetarum. Ostendit quoque fusius, canticorum poeticorum usum semper viguisse in Ecclesia cum veteris, tum novi, Testamenti. *Secundo* loco sistitur *p. 69 sqq. Specimen elementorum philosophicorum, puerili institutioni accommodatorum*, consistens in Meletemate de *recta philosophandi ratione, & in Elementis Ethicis* in Tabulas redactis. Hinc *p. 117 sqq.* exhibetur Oratio *de schola Christiana finibus, pietate, eruditione, & morum concinnitate, lectu dignissima*. Sequitur *p. 145 sqq. Prolusio de eloquentia non scholæ, sed vitæ, discenda*. Hic inter alia recte præcipitur, in scholis non Latine tantum, sed Germanice quoque, stylum esse exercendum. *P. 151 sqq.* disseritur *de Poesi Latinitatis conservatrice & custode*. Perstringens hic Autor historiam & ætates Romanæ pœseos, bene ac distincte demonstrat, quantum adjuvamenti pœseos cultura afferat ad conservandam & puritatem linguæ Latinæ & elegantiam. Quæ *p. 179 sqq.* occurrit Dissertatio *de vera mediæ ævi barbarie, Cl. Polycarpo Lysero, Acad. Helm. nuper Professore, opposita est, cujus contrariæ sententiæ fun-*

fundamenta hic & proferuntur & dejiciuntur. Hac occasione & subjungitur p. 231 sqq. perbrevis Dissertatio *de vero barbarici sensu ac discrimine*. P. 237 sqq. Dissertatio prodit *de nummis Philosophiæ interpretibus*, quæ docet, nummos non solum notos facere vultus præstantissimorum Philosophorum, sed etiam illustrandæ Physicæ, Historiæ naturali, Astronomiæ, & Philosophiæ practicæ, inservire. P. 251 sqq. formatur *sapiens ad placita scholæ Peripateticæ*: ubi tamen doctissimus Autor ingenue fatetur, se hic sequi vestigia *Jo. Henrici Alstedii*, cujus eodem de argumento existat Dissertatio. P. 271 sqq. exhibet *Lutheri Theses de ratione humana*, ex ipsius scriptis depromptas atque illustratas. Has excipit p. 303 sqq. Inscriptio arguta *de varia, quam Pseudophilosophi rei Christianæ intulerunt, clade, horumque majorum medicina*. Denique p. 317 sqq. historia *Wolfgangi Rusii* renovatur, qui Oettingæ in Bavaria A 1523 Papatum impugnavit, & hinc exul Ulmæ edidit ea de re narrationem. Ex hac Autor exhibet potiora, retentis plerumque ipsius *Rusii* verbis.

Jacob Bruckers kurze Fragen ic.

hoc est,

HISTORIA PHILOSOPHICA EROTE-
maticæ tradita, Autore JACOBO BRUCKERO.

Pars II.

Ulmæ, apud Dan. Bartholomæi, 1731, 12.

Alph. 2 pl. 3.

DE methodo & virtutibus hujus Operis satis diximus, cum primam ejus Partem recenseremus anni superioris mense ultimo p. 559 sq. Nunc ex altera hac Parte, in qua Cl. Autor reliquam historiam Philosophiæ ante natum Christum in Græcia florentis persequitur, nonnulla sumus excerpturi. Habes hic, Lector, historiam sectæ Italicæ sive Pythagoricæ, sectæ Eleaticæ, sectæ Heraclitæ, sectæ Epicuræ, sectæ denique Scepticæ sive Pyrrhonæ. Historiam Pythagoricæ Philosophiæ ait magnis tenebris involutam multisque fabellis corruptam

L

esse:

esse: ac *Laertium*, *Porphyrium*, & *Jamblichum*, qui soli supersunt ejus historię conditores, cum longē remoti sint ab ævo *Pythagoræ*, vix potuisse verum literis mandare: posteriores vero duos ne voluisse quidem, sed ad opprimendam religionem Christianam augusta quæque mentitos esse de suo *Pythagora*. Ceterum, quæcunque reperire Noster potuit de stirpe, patria, & ætate *Pythagoræ*, de ejus præceptoribus & itineribus literariis, de ejus schola Italica & cœnobio, de miraculis ejus, morte, ac libris, accurate recenset, ita tamen, ut ostendat, incerta, imo falsa, referri plurima. De ætate ejus commemorat disputationem illam, quæ *Bentlejo* intercessit cum *Loydio* & *Dodwello*, neminemque horum judicat rem illam perduxisse ad liquidum. Quæ de peregrinatione *Pythagoræ* philosophica traduntur, eorum vel nihil vel parvum esse verum, rationibus haud male subductis censet. Cetera quoque pleraque, quæ de illo Sôpho referuntur a *Jamblichô*, vel conficta esse existimat, vel, si vera, efficere, *Pythagoram* fuisse pessimum nebulonem, exemplo sacerdotum ethniconum illudentem pronam ad magna credenda generis humani plebem. Addit, jam a veteribus nonnullis, *Timone*, *Hermippo*, *Luciano*, habitum eum fuisse pro impostore. Hinc ejus dogmata philosophica, præfatus, & hic parum certi esse, persequitur secundum omnes disciplinas magna industria. Recenset item Symbola *Pythagorica*, sed sensum eorum investigari posse negat. Tandem, quæ de præcipuis *Pythagoræ* sectis & successoribus traduntur, copiose commemorat, de *Empedocle*, *Epicarmo*, *Ocello*, *Archyta*, *Alcmaone*, *Hippaso*, *Philolao*, & *Eudoxo*. Pari industria scholæ *Eleaticæ* Professores eorumque doctrinas philosophicas describit inde a *Xenophane* usque ad *Anaxarchum*, & imprimis, an rei sint Atheismi, diligenter inquirat. In *Heracliteæ* Philosophiæ historia etiam *Hippocratis* vitam describit una cum ejus dogmatibus philosophicis. De secta quoque *Epicurea* satis fuse agit a p. 459 usque ad p. 704. Disputans de Atheismo ejus p. 622 seqq. putat, *Epicurum* haud fuisse Atheum proprie dictum: concedens tamen, doctrinam ipsius de Deo fenestram aperire Atheismo.

no. Nobis quidem hæc videtur iusta esse ratiocinatio: *Quæ Philosophus tollit omnes causas credendi Deum, is est atheus. Atqui Epicurus. Ergo.* Postquam denique sectam Scepticam & copiose & adjecta ubique *επιμειλες* descripsit, atque ita finivit historiam Philosophiæ Ante-Christianæ, annectit p. 821 & sequentibus usque ad p. 1036 plurimas & illustrationes & correctiones Tomi primi: quas nostri instituti memores indicasse satis habemus, non dubitantes, fore, ut ipsum hunc fontem adire libeat nostris Lectoribus.

LITURGIÆ SYRIACÆ SEPTIMANÆ
Passionis Domini nostri Jesu Christi Excerptum e Codice
MSto Bibliothecæ Senatoriæ Lipsiensis, editum ac
Notis illustratum a JOANNE CHRISTIA-
NO CLODIO.

Lipsiæ, 1720, 4.

Plag. 6.

Inter plura alia, quæ anno præterito recensuimus, Autoris nostri scripta, præsens quoque iis inferere libet, ne, cum ante plures jam annos, cum Professoris munere nondum fungeretur, emissum sit, ejus memoriam tempus rerum edax penitus deleat, quia multi hodiernum se illud vidisse negant, at videre tamen cupiunt. Occasionem ei scribendo dedit MStus Syriacus Codex, qui in Bibliotheca Amplissimi Senatus Lipsiensis asservatur, & a Barone *Sinzendorfio*, Cæsaris Rudolphi II Legato, Constantinopolin misso, allatus olim fuit, ac in Præfatione fufius describitur. Agit vero de ritu Ecclesiæ Syriacæ, quo Septimanam sanctam seu Passionis nostri Servatoris celebrare solent, ex quo Autor feriam secundam & sextam transtulit. Ex notis, quibus preces illas & cantiones Syriacas hoc tempore usitatas, illustravit, summa capita hic annotare juvat. P. 14 de voce Syriaca in Ritualibus frequente, *Tchso*, ordine Græce, officio Latine dicto, de nominibus septimanæ hujus Syriacis, de metris ac tonis Hymnorum Ecclesiæ Syriacæ, de compendiis dictionum Syriacarum abbreviatarum, p. 15 de agno Paschali in Ægy-

pto typo Jesu Christi, de voce *Cathisma*, seu sessione inter precandum, de typo Isaaci, de aquæ & sanguinis ex Christi latere effluxu, ceu Baptismi & S. Cœnæ typo, p. 16 de voce Syriaca *Knumo*, in articulo de persona Christi, Eutychianis & Nestorianis controverso, de S. Jacobo & S. Ephremo, de processione Spiritus sancti a Patre & Filio, p. 40 de voce Syriaca *Erubbio*, qua Feria sexta notatur, de vocabulis Syriacis, quibus crucem appellant, de lotionem pedum in Ecclesia Syriaca & Græca, p. 41 de adoratione crucis, & duobus latronibus cum Christo suspensis, de lapsu Adami, & tempore expulsionis e paradiso, p. 42 de Christi sepultura ac descensione ad inferos, disseritur. Versionem ejus Latinam Vir quidam in literis orientalibus haud mediocriter versatus, in nonnullis alicubi censuræ subjecit, sed ea, quæ monuit, exigui momenti esse, decora eruditus modestia, ipse fatetur.

FRANC. ERN. BRUCKMANNI, MED.

Doct. Sc. *Epistola itinerariae XII.*

Wolffenbuttelæ, 1728 & 1729. 4.

pl. 13, Tabb. æn. 12.

QUæ in itinere suo per Germaniam & Hungariam A. 1723, 1724, 1725 suscepto, nobilissimus Autor observavit, singularibus quibusdam Epistolis itinerariis, ad varios viros doctos directis, tradere consultum duxit. Et adhuc quidem duodecim ejusmodi Epistolæ prodierunt, in quibus non deesse videntur, quæ diversis lectoribus placere queant. Nos summam paucis dicemus. In prima disseritur de Bibliothecis Vindobonensibus præcipuis, utraque *Cæsarea, Eugeniæ, Windbagina & Garrelliana*. In altera id agit Autor, ut præstantissimo nostro *Linkio* modum exponat, quo *Bisericis*, in Hungaria, sic dicta Chryfocolla, seu viride montanum, conficitur. Est autem Chryfocolla, judice *Bruckmanno*, nihil aliud, quam minera æris dives, vel metallum æris, quod ad summam maturitatem pervenit, putrefactum & ab aqua subterranea falsa atque acida in pulverem viridem corrosam. Qui modus generationis Chryfocolle parum differre videtur a modo, quo in Hispania ex cupro

fra-


stratificato cum vinaceis viride æris per artem paratur. His & de hoc genere paucis aliis præmissis, ita pergit Noster: *In valle Dominorum (germanice Herrengrund) oppidulo montano, unico sultim milliari Neofolio distante, est cuniculus, ein Stollen, ex quo Chryfocolla nativa, cum aquis claris & pellucidis, quæ eandem, in fodina quadam æris ditissima, ex venis ærariis, ab acido humore corruptis, eluunt secumque abripiunt, profuit. Simul ac hæc aqua loca dereliquit subterranea, per canales excavatos, ad ingentes ex ligneis asseribus constructas cistas, de cista prima in secundam, ex secunda in tertiam, positis semper de cista ad cistam in plano inclinato canalibus parvis ligneis, deducitur. In his cistis aquæ transeuntes viridem Chryfocollam sensim deponunt; in prima cista crassiorem, interdum arenulis aliisque impuritatibus commixtam; in secunda meliorem purioremque; in tertia optimam & purissimam. Hæc Chryfocolla, quæ sensim in pulveris forma subsedit, partim ad fundum, partim ad latera, instar crustæ firmæ & quasi agglutinatæ, cistis adhaeret; decantatur postea aqua; crustæ virides, ex canalibus & cistis extractæ, in sole sereno, æstivali tempore siccantur, & ad usum servantur.* Hactenus de Epistola secunda. Progredimur ad tertiam, quæ inscripta est de bellariis lapideis Liptoviensibus Hungaricis. Sunt ea nihil aliud, quam varia genera stalactitum, quæ confectionum saccharatarum aliorumque bellariorum formam præ se ferunt. Firmissime autem credit doctissimus *Bruckmannus*, lac montis, quod idem Nihilum album vocari solet, hoc est, lapidem quendam calcarium, intra terram ab accedentibus continuis aquis in pollinem levem terramque albissimam solutum & quasi præparatum, esse materiam, ex qua stalactites originem ducat. Epistola quarta est de figuratis curiosis rupibus ad fauces Hercyniæ sylvæ prope Ilfeldam: quinta de templo cathedrali Viennensi D. Stephano dicato: sexta de ovo gallinaceo figurato, & de terra Ulricana: septima de figuratis & aliis quibusdam curiosis lapidibus in Electoratu Hannoverano obviis: octava de memorabilibus Bambergensibus: nona de animalibus rarioribus viridarii Viennensis Eugenii Francisci, Serenissimi Principis Sabaudiensis: decima de terrestri cole, seu fungo, qui Botani-

cis dicitur Phalloides, penis imaginem referens : undecima de quibusdam figuratis Hungariz lapidibus. Ubi in primis notatu dignum videtur, quod de oppidulo & monasterio Servitarum, Loretto dicto, in monte non admodum alto sito, & Vienna septem miliaria distante, Nobiliss. Autor commemorat. Lapidis nempe moenium, quibus monasterium illud cingitur, hinc inde referti sunt variis cochlearum, concharum, coralliorum, aliorumque marinorum corporum petrifactorum, innumeris speciebus : imo totus mons, per quem ex dicto loco Eysenstadium mille pass. via pervenitur, ex hoc albo lapide, infinitis marinis corporibus petrifactis referto, constat. Reliqua est Epistola duodecima, in qua de gigantum dentibus agitur, quales Viennæ A. 1723 sunt effossi : quos nihil aliud esse ostendit Cl. *Bruckmannus*, quam ossa, ex corpore elephantino vel cetorum marinorum genere desumpta.


ELOGIUM GERARDI NOODTII,
Jureconsulti Batavi.

Gerardus Noodtius patriam habuit Neomagum, urbem, si non aliunde, certe optimo hoc cive, nobilissimam. Pater ei *Petrus Noodtius*, mater fuit *Gisberta Biesmannia* ; quibus parentibus in hanc lucem editus est pridie nonas Septembris filii veteris A. 1647. Antiqua est & ab aliquot seculis meritum gloria Neomagi inclaruit domus hæc *Noodtiorum*. Ejusdem nominis alios hinc atque illinc alit Belgium, quibus commune cum hac gente, præter nomen, prorsus est nihil. Ad eandem dignitatem generis illa *Biesmanniorum* accedit, deditque patriæ cives clarissimos, & munerum in republica splendore illustrissimos. Quantum potuit, *Petrus*, Nostri pater, tribunus civitatis, (quod genus honorum in his terris dici *Gemeensman* solet, nec multum discrepat ab illo veterum, quos Romani habuere, *Tribunorum munere*,) dedit operam, ut educatione liberali in animo filioli antiquæ virtutis fundamenta poneret, hancque, natura prorsus ei insitam, magis magisque institutione & disciplina confirmaret quotidiana. Agnorum sex aut septem

septem puer urbis patriæ scholam, quam regebat tum temporis *Petrus Werichius*, Latinam intravit, deditque hic ingenii tam felicitis studiique tam pertinacis specimina, ut laudatissimo condiscipulis suis exemplo præiret, ac præceptores, *Werichium* & *Isaacum Gruterum*, sui haberet amantissimos. Positis hic primis adolescentiæ tirociniis, jamque annos natus decem & sex, cum a teneris animo volveret magna omnia, recitata in confesso scholastico, cui nec lima aliena accesserat, in vituperium peregrinationis Oratione eleganti, A. 1663 scholasticis se tenebris exsolvit, & Academiam Neomagensem, recens institutam, postea Harderovicum translata, novellus civis salutavit. Suorum hic studiorum optimum moderatorem nactus *Joannem Schultingium*, Eloquentiæ & Historiarum Professore, cognatione junctum *Noodtiorum* genti, cujus filio, *Antonio*, postea Lugduni usus est Collega doctique laboris socio, historiæ cum primis artibusque iis, quibus ad humanitatem informatur juvenile ingenium, operam navavit. Adjecit huc Philosophiæ atque Mathematicæ sublimiora studia, & *Euclidis* præcepta enarrantem *Theodorum Cranium* audivit. Quin abdere se totum in has literas, quæ erat ingenii vi ac præstantia, & ætatem in iis omnem consumere statuerat, cum, interveniente consilio *Arnoldi Cærmanni*, Ducibus Geldriæ & Comitibus Zutphanæ a Consiliis, cui cum parente *Petri* arctior intercesserat familiaritas, subito mutavit sententiam, & ne sibi magis, quam societati, videretur natus, sepositis iis studiis, unde parum in rempublicam commodi redundat, ad Jurisprudentiam, futuræ laudis felicissimo præfagio, animum applicuit. Itaque a principio laboris sui id agendum sibi cum primis ratus, ut a profano vulgo Themidos segregaret se longissime, atque hanc omnium nobilissimam videretur, quam solent rabulæ, tractasse liberalius, in disciplinam se dedit viri hoc literarum genere excellentis, *Petri de Greve*; sub cujus ductu, intra trium annorum spatium, bis tam Institutionum, quam Pandectarum, libros integros diligentissime pervestigavit, studiique sui successus habuit tam auspiciatos, ut, absoluto nondum vi-



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTORUM ERUDITORUM QUAE LIPSIAE
PUBLICANTUR SUPPLEMENTA

LEIPZIG 1734
BAND 10

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT DAS
ORIGINAL DER NIEDERSÄCHSISCHEN STAATS- UND
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN ZUGRUNDE

SIGNATUR: EPH. LIT. 136/13 Ac 15

vitz Academicæ curriculo, semel atque iterum, moderante certamen eodem *Grevio*, in cathedra publica virium faceret periculum, & Dissertationes binas, de *Transactionibus* alteram, quæ autorem habuit *Grevium*, alteram de *Acquirenda, & retinenda, & smittenda possessione*, a se ipso conscriptam doctè atque eleganter, hancque solus, nec verbum certamini intermiscente *Grevio*, ab adversariorum telis animose fortiterque vindicaret. Inde, ut majores ingenio suo divitias acquireret, partamque in Academia patria doctrinam magis locupletaret, in vicinam Lugdunensem se contulit A. 1668, & virorum doctissimorum, *Colenii, van Tienen, Crusii, Marchandi*, & præ ceteris *Joannis Friderici Gronovii*, scholas frequentavit publicas. Lugduno anno subsequenti recepit se Trajectum ad Rhenum, ubi menses non nisi duos commoratus, & brevi *Cypriani Reynerii van Oosberga, Antonii Matthæi*, nepotis, *Luca van de Poll, & Jo. Georgii Gravii*, usus institutione, iter suum profectus est Franeckeram, & in illustri hæc Musarum fede supremos eodem anno in utroque Jure honores cepit, lauream distribuente *Tacone Glinfio*, solennesque literas subsignante *Ulrico Hubero*, quem, *Leovardiz* tunc absentem, ipse honoris ergo hac in urbe salutavit; unde *Gröningam, Harderovicum & Daventriam*, contendit, confectisque laudabiliter his omnibus, sospes in patriam reversus est. Eo ex tempore totus in legum civilium cognitionem incubuit, & privata, nec diuturna nimis, exercitatione id affecutus est, ut causis in foro perorandis, si quisquam alius, ipse judicaretur aptissimus. Brevis postea illustre ei, in quo virtus ejus excurreret, fortuna theatrum aperuit. In custodia tenebantur A. 1671 nebulones duo, atrocissimorum criminum condemnati, jamque morti addicti; quibus ut, more judiciorum usitato, vitz defensor daretur, hoc quicquid erat negotii *Senatus Neomagensis Nodatio* demandavit juveni. Is, peropportunam acquirendæ laudis occasionem nactus, rem prorsus desperatam magno animo aggressus est, nec in quemquam conferri eam spartam potuisse digniorem, re ipsa ostendit. Confecit enim hanc causam, præter expectatio-

stationem omnium, tam dextre, tamque ex reorum voto, ut, qui antea mortis supplicio putabantur proximi, eorum alter, noxa omni liberatus, custodia dimitteretur, alter, mitigata valde poena, biennium exulare urbe juberetur. Quæ res tantam Nostro existimationem peperit, ut jam omnium in se oculos convertere, & in luce versari publica inciperet. Nec, quod ab eo tempore communis patriæ civiumque suorum amor esset, id fructu suo caruit. Eodem anno Jura Romana docendi in Academia patria datum ei munus publicum, quemque in discipulorum olim viderat subilellis, hunc perammanter Collegam excepit *Grevius*. Rarum profecto & illustre Jurium Professoris, ætatis aënaum vix quartum & vigesimum egressi, exemplum dixeris, si, quam late pateant civilis doctrinæ fines, diligenter cogites. Jamque ad insigne nominis decus Nostro unum id deesse videbatur, ut, quam inter cives suos esse noverat præclaram, ad exterorum ora exire famam doctrinæ pateretur scriptis publicis. Quæ cum nemini non intelligeret expectari cupidissime, explere hanc sitim cœpit A. 1674, quo scriptibus *Felicitis Lopez* Lugduni in forma octupla prodiit *Liber primus Probabilium Juris*, modeste ita inscriptus, elegantesque multas nec e trivio petitas observationes Juris continens. A. 1677, cum de pace imperiorum publica Neomagi tractaretur, in tantam *Weneri Guilielmi Blaspiel*, magni in toga herois, quem legatum in hanc urbem miserat Fridericus Wilhelmus, Elector Brandenburgicus, gratiam venit *Noordius*, ut in Academiam Duisburgensem eum invitaret Jurium docendorum causa, & cum lauto stipendio, illustres Consilarii Regiminis Clivensis honores ei offerret liberaliter. Sed, pro incredibili erga patriam amore, etsi in dies magis inclinari hujus Academiæ fortunam intelligeret, noluit ex ea urbe emigrare, quam inde a teneris admodum munificam fuerat suique amantissimam expertus. Anno 1678 ex hac vita migraverat Collega Nostri, *Grevius*, cujus memoriam, ut, quam coleret religiose, faceret testatum, publicum ejus funus profecutus est Oratione maxime solenni, recitata coram universo Senatu Neomageni & illustrissimorum viro-

rum confellu, in quibus præcipuum tenebat locum *Beverningius*, Batavorum in Congressu Neomagensi legatus primarius. Is, magni ingenii & in rebus agendis prudentiæ vir plane summa, a Nostro, quem de doctrina & moribus jam aliunde sibi habebat quam commendatissimum, facile impetravit auctoritate sua, ut inchoatam nuper omnium cum plausu telam pertexeret, & *Probabilium Juris Librum alterum ac tertium* in eadem, qua *Librum primum*, officina juris faceret publici. Eodem tempore, ferente ita fortuus, Noster innotuit *Gualielmo de Haren*, magnæ dignitatis in Frisia Judici, Ordinum Frisicorum tum Neomagi legato; cui tantopere se probavit eruditio ingeniumque *Noodtii*, ut felicem existimaret Academiam, quæ hunc doctorem haberet, deferretque ei A. 1679, Frisicorum Principum suffragio, nobilem lautamque explicandorum Jurium in Academia Franekerana provinciam, quam gesserat olim *Ulricus Huberus*, tum in aula Frisica gerendis rebus publicis adnotus. Secutus est nutum fatorum *Noodtii*, & relicta tandem patria, de qua satis jam videbatur præclare meritis, inter votivas civium acclamationes urbem salutavit Franckeranam. Paulo post celebrati sunt inaugurandi ritus, audientium spectantiumque splendore illustrissimi. Quippe de *Civili prudentia & Naturalis Juris cum Civili cognatione* verba facentem publice, non universus tantum Senatus Academicus, & vir quisque in re publica primarius, sed ipse etiam Henricus Casimirus Nassovius, Princeps maximus, Academiae supremus Rector, audivit, & Academiae novum ex tanto viro decus gratulatus est. Nec digniorem *Hubero*, Jureconsulto excellenti, inveniri successorem potuisse *Noodtio*, hand ita multo post apparuit. Eam enim interpretandi Juris viam ingressus est, quam & ratione & exemplo suo esse optimam cognoverat, plumbæque Juris civilis interpretem arbitratus, a quo longius abesset naturalis Juris cognitio, hujus cum primis doctrinæ præceptis suorum animos auditorum innutrivit, & ut ejus in legibus Romanis usum intelligerent, aureos *Hugonis Grotii de Jure belli & pacis* libros diligenter ex cathedra prelegit. Jamque, latius in dies longiusque diffusa laude *Noodtii*, factum est,

est, ut Academia per universum Belgium vix ulla esset, quæ non fovere eum in sinu optaret, huncque præ ceteris præceptorem expeteret. Trajectina A. 1683 bis ab eo repulsam accepit, hanc a Franeckeranis ejus rei gratiam ferentibus, ut auctiore longe ipsi prospicerent stipendio; at subsequenti anno tertium roganti, & cum splendidissimis conditionibus in Jurconsultorum subselliis locum offerenti, ne fortis ipse suæ videretur negligentior, magis facilem se tandem præbuit, & cathedram Franeckeranam eum Trajectina commutavit. Novum hoc munus ritu solenni auspicaturus, *de causis corruptæ Jurisprudentiæ* elegantem dignamque doctissimorum virorum auribus orationem recitavit. Biennium hic commoratus, jamque in ea ætate constitutus, quam satis maturam nuptiis putabat, jucundam tori vitæque sociam Hagæ Comitum invenit *Saram Mariam van der Marck van Leur*, genere ortam haud ignobili, & virtutibus sexus sui condecoratissimam. Faustum ea res omen habuit, nuptiisque vehut largissima dos accessit Jurium doctoris in Academia Belgii principe, Lugdunensi, munus publicum, eodem anno Hagæ oblatum ipsi literis Comitum perquam honorificis, quas attulerant *Beverningius* Consulesque civitatis gravissimi. Haud satis constat, quo die inauguratus sit Lugduni, nec, de quo verba fecit, compertum nobis est argumentum; propterea quod, incertum qua de causa, nunquam in lucem exiit hæc Oratio. Fixit hunc sibi terminum fortuna *Noodtii*, jamque eo in loco collocatus, quo vix optare in Academiis sublimiorem poterat, reliquam vitæ suæ partem ita transegit hac in urbe, ut viros decet bonos & ad rerum bene gestarum laudem adspirantes. Ad eam doctrina ingeniumque *Noodtii* maturitatem pervenerat, ut, quicquid foriberet, scriptum excellenter esset, & magna Jurisprudentiæ Romanæ afferre incrementa videretur. A. 1691 & iterum A. 1715 Lugduni in novam formam reducta, & *Libro quarto* pulchrisque multis accessionibus locupletata, *Probabilia Juris* in 4 edidit; ad quorum calcem adjecit *de Jurisdictione & Imperio*, nec non *ad Legem Aquiliam*, libros singulares, compositissimum utrumque, & ex legum

Romanarum ipsis haustum fontibus, nec non breves *Kindicias* adversus doctissimum in Germanis Virum, *Christfriedum Wachlerum*, nuper deum ex hac vita egressum, cujus, quæ haud ita multo ante in lucem exierant, *Nota ad Librum primum Probabilium Juris Gerardi Noodtii*, *JCti Batavi*, non momenti esse nullius putabantur earum rerum intelligentibus. Septem annis ab eo tempore exactis, in conspectum eruditorum venire *Noodtii de Fanore & Usuris libri tres*; quibus *multa Juris civilis, aliorumque veterum Scriptorum, loca aut illustrantur, aut emendantur*, Opus eorum, quæ debentur *Noodtio*, omnium præstantissimum. Laborem hunc A. 1698 excepit *de Jure summi Imperii, & lege Regia*, Oratio, publice, cum magistratu Academico abiret, habita, quam, Gallice conversam, proxime expectare nos jubet *Barbeyracius*, Jurisperitus in Batavis egregius. Eodem anno rem *Noodtii* domesticam gravis quidam casus percussit. Quam enim amplexus fuerat tenerrime, & quæ filiam ipsi tulerat *Saram Adrianam*, nuptam, *Joanni Ham van den Ende*, causarum patrono in urbe Anselodamensi non incelebri, mors ei repentina uxorem abstulit. A quo dolore acerbissimo ut avocaret paulisper animum, junctius vivere cum Musis cœpit, & fortunæ ludibrium magno animo despiciens, omnes curas & cogitationes suas in restituendum antiquæ Jurisprudentiæ decus convertit. Cujus otii multos in orbem literatum redire fructus jussit. Dedit enim eodem tempore in manus eruditorum *Julium Paulum, sive de Partus expositione & necesse apud veteres librum singularem*; in cujus fronte literas legas ad *Nicolaum Thomam van der Marck van Leur*, affinem *Noodtii*, ejus luctus, quo persecutus est funus uxoris suæ, testes certissimas. Hunc A. 1704 subsequutus est *Diocletianus & Maximianus, sive de Transactione & pactione criminum liber singularis*, & A. 1705 *de Religione ab Imperio Jure Gentium libera*, cum regendæ Academiæ munus iterum poneret recitata, & a *Barbeyracio* sermone Gallico donata, Oratio, nec non doctissimi *Observationum Libri duo*; in quibus complura *Juris Civilis aliorumque veterum scriptorum loca aut illustrantur,*
aut

aut emendantur. Post A. 1709 ejus *de Forma emendandi do-
li mali*, in contrahendis negotiis admissi, apud veteres, liber,
& subsequenti anno novo indutus habitu *Julius Paulus* pro-
diit. Quæ cum nemini non legi percipide & æstimari ma-
ximi intelligeret singula, laudabile A. 1713 cepit consilium, quic-
quid ab ipso scriptum unquam editumve esset, in unum cor-
pus redigendi, & cum his Opuscula inagendi nova duo, *de Usu-
fructu* alterum, alterum *de pactis & Transactionibus, ad Edi-
ctum Prætoris*. Præstitum id ab eo gaudentibus eruditis o-
mnibus, & Lugduni in officina *van der Linden* uno Vo-
lumine in 4. prodire universa *Noodtii Opera*. His feli-
citer confectis, & ætati & muneri suo jam fecisse satis vi-
debatur, quippe annorum vir sex & sexaginta, & laudem
consecutus eam, quæ vix unquam ipsi expectari major
poterat. Sed, quo fuit ille ingenio, noluit honestum de civi-
bus & patria præclare merendi studium nisi cum vita ipsa de-
ponere, nec sibi seni a laboribus quotidianis remissionem in-
dulsit. Itaque novum, idque magnum & multorum antehac
expetitur votis, aggressus est Opus, cui ultimam non acces-
sisse manum, ad hunc usque diem multi sunt, qui doleant.
Etenim in *D. Justiniani, sacratissimi Principis, Digesta, sive
Pandectas*, integrum meditatus est *Commentarium*, ejusque
Partem primam A. 1716 Lugduni in 4. edidit, in quarto *Pan-
dectarum* libro subsistentem. In eum laborem postea viri-
bus nervisque omnibus incubuit; sed spatiosum nimis in hac
ætate campum ingressus, cum ad librum *Digestorum XXVII*
pervenisset, & in dies magis deficere robur corporis sentiret,
tandem sibi ab hoc negotio, utpote finiendo nunquam, ani-
mum duxit abstrahendum. Neque tamen ab eo tempore o-
mnibus se penitus curis abdicavit; nec inter medias senectutis
molestias prodesse eruditis desit. Quæ in eleganti *de Ex-
positione infantum* libello olim scripserat, male habuerant Ju-
risperitorum nonnullos, & in his maxime *Bynkersboechium*,
magni nominis virum, qui opiniones *Noodtiani* contrarias
defendit in Dissertatione singulari, A. 1719 edita. Cujus viri
etsi magna esset nec cuiquam incognita eruditio, argumenta
etiam,

etiam, quibus in hac causa uteretur, speciosa fatis, nihil tamen dimovere ex sede sua potuere mentem *Noodtii*, qui, ne famæ suæ rationem habere nullam videretur, continuo libelli sui *Vindicias* paravit, quas, diu in scriniis servatas, consultissimum duxerat, proditura aliquando suorum *Operum* editioni novæ adjicere, sed postea, mutata sententia, A. 1722 sigillatim edidit, inscripfitque: *Amica Responso ad difficultates Julio Paulo, sive Libro de partus expositione & neco apud Veteres, nuper motas a Vi- ro Amplissimo, Cornelio van Bynkershoek, Juriconsulto, & in suprema Hollandiæ, Zelandiæ, & West-Frisiæ Curia Senatore, in Opusculo, de Jure occidendi, vendendi, & exponendi liberis, apud Romanos. Sed, inclinante nondum ad pacem Bynkershoekii ingenio, hujus ad Responsoem Noodtii anno post prodire Nota, aculeorum multum habentes, & vehementissimam diuturnamque pugnam minitantes, nisi jam satis dictum pro causa sua, & receptui canere consultum duxisset Noodtius. Illud auspicato accidit, quod eleganti illi, duobus in folio, ut vocant, Voluminibus constanti, quæ A. 1724 prelo exiit Lugduni, *Operum* suorum editioni novæ superesse ipsi licuit; quo factum, ut, quas in superiori editione magno numero deprehendas, Typographorum mændæ multæ emendatæ sint feliciter, & ad majorem omnia nitorem melioremque revocata sint ordinem. Fatalis *Noodtio* fuit annus 1725, quo rusticantem forte in prædio generi sui, *van den Ende*, subita invasit apoplexis, familiaris senectuti morbus, cujus violentiores impetus jam inde ab aliquo tempore portenderat ipsi hærens in ossibus nervisque torpor viriumque inusitata prostratio. Intellexit statim, supremum vitæ diem imminere, & ne statione sua egressum mors offenderet, æger Lugdunum reversus est, ubi altero die post, posita rerum humanarum cura omni, erecto ad Deum animo, die 15 Augusti, annum agens octavum & septuagesimum, pie placideque exspiravit. Defuncti ossa Neomagum translata, & in tumulo paterno, quod ipse moriens jusserat, ritu solenni sunt condita. Is vitæ finis fuit Viri magni, &, dum artibus stabit honos suus, versaturi in ore hominum. Corpus ei natura firmum ac robustum dederat, nec ullo, dum vixit, morborum impetu vexa-*

veratum. Forma elegans, proceræ, & qualis virum decet; animi
 index vultus fuit, hominem urbanum & amantem societatis
 spondens. In congressibus hominum nihil eo tractabilius, nihil
 jucundius fuit, nihil apertius & a dissimulandi arte alienum ma-
 gis. Deum per omnem vitam reverenter coluit, nec jejunis eo-
 rum, qui Theologos se venditabant, immiscuit se litibus, pacis
 cum primis studiosus, & a superstitione abhorrens longissime. Fi-
 dei vir & integritatis summe; officiosus erga quemlibet; in alio-
 rum magis, quam suis, intentus commoda. Nulli in eo invidiæ
 iræve stimuli; nulla honorum appetitio; nulla nocendi aliis aut
 rem familiarem injustis modis augendi libido. Quæ causa est, cur
 ad tuenda amicitie jura nemo eo inventus sit aptior, nec quis-
 quam ei hostem se præbere aut apertis armis in dignitatem ejus
 ausus sit invadere. Et a controversiis literariis, quantum potuit,
 abstinuit, nec nisi invitus in arenam descendit, ipsi forte *Bynkers-
 hockio* cessurus, nisi ab ejus inter eruditos autoritate famæ suæ
 multum imminere periculi intellexisset. Omne illud perire tem-
 pus judicavit, quod pugnis inutilibus digladiationibusque consu-
 matur. Alios etiam, rixæ cupidos, ad pacem potius, quam certa-
 men, hortatus est; deditque operam, ut partitam victricis, quam vi-
 ctæ, carus esset. Sui non nimius amator fuit, & æquo tulit ani-
 mo, si quis diversas a suis sententias circumferret. Haud raro
 factum est, ut ipsi offerrentur Dissertationes Academicæ, non tales
 certe, quales scripsisset *Noodtius*; quas, tantum abest, ut cum
 contemptu legerit, ut sæpius, unde plura haurirent in rem suam,
 fontes indicaverit Autoribus. Nulla in ejus scriptis animadver-
 tas dictatorii illius fastus, quo inflatos nostratum permultos vi-
 deas, vestigia. Non is fuit *Noodtius*, qui turpe putaret, in re
 perplexa & explicatu difficili suam fateri ignorantiam. In *Com-
 mentario ad Digesta* integrum de *Conditione Triticiaria* Caput
 intactum reliquit, quod de ejus ratione ex antiquitatum monu-
 menti certi nihil constaret. In explicandis legibus interpre-
 tem, non servum, Justiniani egit. Si quas adversantes æquitati
 cognosceret, aut pugnantes cum aliis, earum conditores in jus
 vocavit, haud suarum id arbitratus partium, vitia *Triboniani* de-
 fen-

fendere. Temporis sui rationem per omnem vitam prudenter habuit; nec nimia librorum lectione perturbare ingenium, sed meditatione diligenti comprehendere res difficillimas solebat. Græcorum veterum Romanorumque scriptorum amantissimus semper fuit, hisque fontibus suos velut hortulos irrigavit, & sine fructu esse, quod Jurisprudentiæ Romanæ impendatur, studium, recte sapienterque judicavit. Atque his in tempore uti præceptoribus didicerit. Quo factum est, ut, quæ scriberet, barbarie seculi essent purgatissima, & trivialis doctrinæ lectoribus, quibus cum prisco Latine parum commercii, haud raro facerent negotium, hocque nomine obscura & jejuna involuta tris dicerentur. Cumque bona dicere, quam multa, mallet, & in vitio poneret loquacitatem; ad *Taciti* potius aut *Seneca*, quam *Ciceronis*, aut quorumcunque aliorum, ingenium orationem & scribendi genus accommodavit. Si quas forte suarum in Jure Civili emendationum aut conjecturarum novas vendidit, quæ novæ re vera non fuerunt, noli eam culpam putare *Noodtii*, quippe qui recentiorum Juris interpretum curiosus parum, rem eandem facile, quæ dudum aliis in mentem venerat, ingenio assequi & cogitatione potuit. Posthumorum *Noodtii*, spes nulla est, quidquam proditurum unquam esse; cumque pauca sint & momenti admodum exigui, quæ consignata literis reliquit, ea ipsa moriens severa lege publicari vetuit. Scriptis *Noodtii*, quæ vivente eo prodierunt, & quorum mentionem supra fecimus, leve quoddam addimus, nunquam, quod miramur, ipsius *Operibus* adjunctum. Quærentibus nonnullis, ntrum liceat Principi dispensare nuptiis cum avunculi vidua contractis, licere omnino, respondet hic, nec legibus ullis, sive divinis, sive humanis, Principi hoc jure esse interdictum. Scriptum hoc, solennioris *Responsi* formam præ se ferens, & sermone compositum vernaculo, primum *Consultationum Trajectinarum* Volumini tertio accessit, postea ab *Alexandro Arnoldo Pagenstechero*, Jureconsulto Grævingensi, Latine conversum, in hujus *Irnerio injuria vapulante* haud immerito sibi locum vindicavit.



✻(97)✻

ACTORUM
ERUDITORUM,

Quæ Lipsiæ publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. III.

VIRI QUONDAM ILLUSTRIS, HERMAN-
NI CONRINGII, Polyhistoris celeberrimi, Medici-
næ ac Politices in Academia Julia, quæ Helmstadii est,
Professoris meritissimi, multorum Regum ac Princi-
pum Consilarii, Opera; curante, Commentariisque suis
hæc Opera passim augente & illustrante, JOANNE
WILHELMO GOEBELIO, in Acad. Jul.

*Acto, Regiæ Scientiarum Societatis Bero-
linensis Membro.*

Tomis III, IV, V, VI.

Brunsvigæ, sumtibus Frider. Wilhelmi Meyeri, 1730. fol.

T. III 12 Alph. T. IV 11 Alph. T. V 12 Alph. T. VI Alph. 9 pl. 12.

REPERTORIUM CONRINGIANUM;

h. e.

INDEX UNIVERSALIS, RES ET VERBA,
quæ VI Tomis Operum continentur, in Nucleo
quasi ad ordinem Alphabeticum
exhibens.

Brunsvigæ, sumtibus Frider. Wilhelmi Meyeri, 1730. fol.

Alph. 4 pl. 12.

N

Ln

- Pag. 1. **I**N Tomum III Operum *Conringianorum* relata sunt; 1) *Dif-*
 17. *putatio ejus de Natura ac optimis Autoribus Civilis Pruden-*
 33. *tia.* 2) *Diffrt. de Autoribus Politicis*, quam, haecenus, ob
 47. *nominis Conringiani famam desideratam, primus edidit Confl*
 68. *Gachius, & S. Rev. Reimanno secum communicatum.*
 87. 3) *Diffrt. de Civili Philosophia, ejusque optimis ac praci-*
 89. *puiis scriptoribus.* 4) *Casp. Scioppii Padiæ Politicæ. Gabr.*
 97. *Naudæi Bibliographia Politica. Hugonis Grotii ad Benjam.*
Auberium Maurerum Epistola, & Christoph. Coleri de Studio
Politico ordinando Epistola, curante Conringio. Dignum ju-
 277. *dicavit Conringius noster hunc Scioppii Tractatum apologe-*
 280. *ticum pro Machiavello, quem, una cum reliquis, quorum*
 422. *omnium & virtutes & vitia Præfatione exposuit, denuo ede-*
 457. *ret, suisque notis & animadversionibus auget.* 5) *Scipio-*
 491. *nij Claramontii Casenatis de Conjectandis cujusque moribus*
& latitantibus animi affectibus Libri decem, cura Herm.
Conringii; cujus libelli usum, Jctis, maxime tum, cum crimi-
na eruunt, commendat Strykius in sua de Physognomia Dil-
sertatione. Conringius vero de suo, præter Præfationem, in
qua vitam Autoris & indolem Tractatus descripsit, præter-
que Dedicacionem ejusdem argumenti ad Matth. Björnklov,
 723. *S. Reg. Majest. Sveciæ Senatorem, nihil adjecit.* 6) *Theses*
 739. *Miscellaneæ de Civili Prudentia H. Conringii, brevissimæ &*
 748. 763. *indigestæ.* 7) *De Civili Prudentia Liber unus, cumque*
 774. *Propolitica Conringii ideim in compendio tradere videantur,*
 778. 788. *quod hoc libro fusius explanatum fuit, eadem plane hic*
 797. 816. *omissa sunt.* 8) *Aristotelis Politicorum Paratitla.* 9) *In-*
troductio in Politica Aristotelis. 10) *Ἀριστοτέλης πολιτικῶν*
τὰ σωζόμενα, Aristotelis Politicorum Libri superstites, editio
nova cura Hermannii Conringii cum ejusdem emendationi-
bùs. Sequuntur Dissertationes Academicæ Conringii; 11) *de Ci-*
ve & Civitate in genere considerata; 12) *de Civitate nova;*
 13) *de Necessariis Civitatis partibus;* 14) *de Republica in*
communi; 15) *de Politia, sive Republica in specie sic dicta;*
 16) *de Oligarchia;* 17) *de Democratia;* 18) *de Senatu libe-*
 19) *rarum Rerumpublicarum;* 19) *de Rebuspublicis in genere;*
 20) *de*

- 20) de optima Republica; 21) de Republica Ebraeorum; 22) de Regno & Tyrannide; 23) de Regno; 24) de Differentiis Regnorum; 25) de Majestate Imperantium; 26) Naaman. Bensanii Exerc. Polit. de Summa potestatis subjecto, vindicata a Jo. Figlovii aliorumque ineptiis & calumniis, quas pertulit liber de Imperio absolute & relate considerato, oppositus Viro Cl. H. Conringio; premissa est ejusdem Conringii Epistola de hoc ipso negotio; quam excipit ipsa Commentatio, contra quam has Vindicias conscripsit Bensenius, cui titulus est 27) Jo. Fichlau, Boruffi, Consideratio Juridico-Politica de Imperio absolute & relate considerato, ejusque jure. Dissertationi de Summa potestatis subjecto ab H. Conringio in lucem prodita opposita. Omnis hæc controversia, de jure principis & populi circa Imperium, parum aut certe nihil ad Conringium attinet, nisi quod is Præsidium suum Bensenio, de summa potestatis subjecto Helmstadii publice pro principe disputanti, commodavit, Fichlavius vero eundem sibi adversarium evocavit, ac passim injuriose dictis laceravit. Contendit enim serio in Epistola, quæ in fronte Vindiciarum exhibetur, omnia ibi ex penu Bensensii profluxisse. Ceterum in hæc Epistola Hülfemannum, Carpozoviumque, Jctum, Lipsienses, consilii Fichlaviani participes fuisse suspicatur, eo quod ab illo, literis ad eundem mense Maji A. 1650 datis, quibus Programma publicum, quo Fichlavium ex Academia Julia per duodecim annos relegaverant, cum eodem communicavit, frustra petierit, ut se eidem opponeret; sine hujus vero auctoritate Lipsiæ, ubi editus iste Tractatus, nihil typis describi posse constaret. Ipsæ literæ ad Hülfemannum, nec non Programma proscriptionis, inserta sunt Epistolæ ejus ad Bensensium.
- 28) Literæ Herm. Conringii ad senatum Brunsvicensem, quibus se falsa suspitione, ac si quadam Juribus Brunsvicensium noxia, Dissertationi de summa potestatis subjecto immiscuisset, liberare annititur, vernacula lingua conscriptæ. Redimus ad Dissertationes; 29) de Dominio eminente summa potestatis civilis; 30) de Subjectione & imperio; 31) de Mutationibus Rerumpublicarum; 32) de Morbis ac mutationibus

p. 825. 839.
.862.

873. 884.
898. 909.

955.

911.

998.

1000.

1027. 1034.

1046.

- P. 1057. *bus Rerumpublicarum*; 33) *de Morbis ac mutationibus Oligarchiarum earumque remediis*; 34) *de Ortu & mutationibus Regnorum*; 35) *de Recta in optima Republica educatione*; 1066. 1082. 1099. 36) *de Prudentia peregrinandi*; 37) *de Boni Consilarii in Republica munere*.
 1111.
 I. Tomus IV exhibet ex Operibus *Conringianis* 1) *Exercitationem Historico-Politicam de Notitia singularis alicujus Respublicae*, quantum scimus, hactenus ineditam. 2) *Examen Rerumpublicarum potiorum totius orbis*. Edidit illud primus, incio & invito *Conringio*, *Pbil. Andr. Oldenburgerus*, passimque corrumpit, unde, ut nunc eo curatius ederetur, quinque Codices MStos consuluit *Conf. Gabelius*. Propositum eidem fuerat, ob mutatas plerarumque *Rerumpublicarum* post *Conringii* tempora facies, eas mutationes indicare, quæque in hoc Opere desiderari possunt, supplere, sed tempore se exclusam conqueritur in Præfatione hujus Voluminis. Reliquam partem hujus Tomi *Dissertationes Academicæ Conringianæ* constituunt; 3) *de Ratione status*; 4) *de Majestate civilis*; 5) *de Majestate, ejusque Juribus circa sacra & profana potissimis*; 6) *de Majestatis civilis autoritate & officio circa sacra*; 7) *de Consiliis & circa ea summa potestatis autoritate*; 8) *de Majestatis civilis autoritate & officio circa leges*; 9) & 10) *de Legibus*; 11) *de Privilegiis recte conferendis & revocandis*; 12) *de Judiciis in Republica recte instituendis*; 13) *de Forma Judiciorum in Republica recte instituenda*; 14) *de Re nummaria in Republica quavis recte constituenda*; 15) *de Contributionibus*; 16) *de Erario boni Principis recte constituendo, augendo & conservando*; 17) *Joan. Bodini Responsio ad Paradoxa Malefretti de caritate rerum ejusque remediis*; ejusdem *Dissertationes de arario & re nummaria, ex Opere de Rep. excerptæ, ut & qua Joach. Hopperus libro de vera Jurisprudencia VII & VIII docuit de Bonorum Cesarcorum secundum leges Justinianæ curatione*; *H. Conringius omnia recensuit; atque usui reddidit commodatiora*; 18) *Diss. de Commercialibus & mercatura*; 19) *de Maritimis commerciis*; 20) *de Vestigialibus*.

libus; 21) de Dominio maris; 22) de Importandis & exportandis; 23) de Federibus; 24) de Bello & pace; 25) de Jure Belli; 26) de Legatione; 27) de Legatis. Hactenus Dissertationes Academicas retulimus, ubi in animum revocanda, quæ Conringius in Epistola ad Bensenium Tom. III pag. 91 scribit: Inique profecto mecum comparatum esset, si omnia, quæ in istâ arena (disputatoriam putat) aliquando sum tutatus Præsidio meo, præsertim si me Autorem non sine proposita, ut sunt pleraque, inter meas sententias velis numerare, egoque teneat illa serio adversus omnes omni tempore defendere.

p. 946. 959.
966. 973.
980. 990.
1000.

Tomo V sequuntur: 1) Hugo Grotius de Veritate Religionis Christianæ, cum Annotationibus H. Conringii. De Historia fatisque hujus libri Grotiani varia collegit Conf. Gabelius in Præfatione ad hunc Tomum. Notas vero Conringii, eundem non utique, sed uno tantum alterove libro illustrantes, ex duobus MStris a Christ. & Godofr. Thomasis nec non Jo. Laur. a Fergumer Closter impetratis, primum publici juris fecisse Virum Cl. Jo. Christoph. Kæcherum, ex eisdem ipsius verbis, a Conf. Gabelio ibidem descriptis, liquet.

1.

2) H. Conringii de Asia & Egypti antiquissimis Dynastiis Adversaria Chronologica, ex iis, quæ adolescens adhuc in adversaria retulerat, A. 1648 erudito orbi exhibita, Meibomique dicata. 3) & 4) In Justini, Historici, Præfationem & Libri I Cap. 1 Exercitationes II, & in ejusdem Lib. I Cap. 2 & sequentia usque ad finem Exercitationes IX. sub Præsidio H. Conringii, Resp. Casp. Sagittario, ventilata. 5) Agricola Dux, seu illustre exemplum pace belloque imitandum duci. Illustrat hæc Dissertatio Tacitum Vit. Agric. Cap. 41 §. 3. 6) de Habitu corporum Germanorum antiqui ac novi causis Liber singularis. Ter hunc librum, semperque auctum, ipse Conringius, nuper vero A. 1727 Experient. Vir, Jo. Philipp Burggravius, Medicus Francof. suis notis illustratum edi curavit. 7) C. Corn. Tacitus de Moribus Germanorum, cum notis Criticis. Collectio Monumentorum veterum de antiquo statu Germaniæ, de notitia Germaniæ antiquæ ejusque usu,

106.

139. 153.

199.

222.

253.

- Epistole quatuor; omnia H. Conringii cura.* Duplex *Conringii* Commentarius in *Tacitum* exhibetur, alter Criticus, quem ipse publicavit, alter Historico-Politicus, quem a Cl. *Tromero* communicatum, nunc primum ex MS^{to} una cum suis meditationibus textui junxit Cl. *Gabelius*. Inter Epistolas vero una est, qua se adversus *Jo. Oct. Taborem* in questione: an Jus publicum Germaniae ex Romanorum legibus petendum sit, quod negaverat, defendit, & negativam suam ulterius tuetur. 8) *De Antiquissimo statu Helmsladis & vicinis Conjectura*; quibus tamen Cl. *Eccardum*, olim Consil. intimum Episc. Herbipol. singulari Programme multa opposuisse, Cl. *Gabelius* monet, aliosque, qui antiquitates Helmsladenses investigarunt, allegat. 9) *De Antiquitatibus Academicis Dissertationes; accessit Supplementorum ejusdem argumenti Liber unus.* Sunt nempe sex Quaestiones, quas *Conringius* ab A. 1637 ad 1640 recitavit, & passim illustravit in Supplementis, quibus subjuncta *Josch. Jo. Maderi* Epistola ad eundem ejusdem thematis. 10) *De Bibliotheca Augusta, quae est in arce Wolfenbüttelensi, Epistola.* 11) *Leonis III Papae Epistole ad Carolum M. Imperatorem; Capitularia Caroli M. de villis suis. Edidit & illustravit Conringius.* 12) *Historia electionis Alexandri VII Papae; adjuncta sunt Opuscula varia ejusdem Argumenti, opera H. Conringii.* nempe *Enumeratio Cardinalium, quibus jus suffragii in Comitibus illis fuit: H. Conringii Epistola de Electione Alex. VII Papae, opposita Appendici Examinis Erbermanniani; Examinis Conringiani Appendix ipsa Erbermanni: H. Conringii Castigatio Appendicis alterius Examinis Erbermanni de Elect. Alex. VII, cui illa ipsa Appendix est inserta; Cursor volans, qui ex Conclavi Ecclesiastico ad P. P. Christianos ob creationem novi Pontificis Romani abiit 20 Febr. A. 1655; de vera causa prerogati Conclavis & prae-textu factionis volantis.* 13) *De Electione Urbani VIII & Innocentii X Pontif. Commentarii Historici duo; adjecta sunt nonnulla alia ejusdem argumenti cum H. Conringii Proemio.* Latent nempe sub appellatione adjectorum: *Bulla Gregorii XV de Conclavi, de sacris*
- p. 373.
- 356.
- 398.
- 545.
- 549.
- 587.
- 614.
- 664.

- facris Cardinalium Comitibus, sive de Conclavi, Dissertatio Jo. Fr. Lotini; Dissertatio Anonymi de Creatione Pontificum, excerpta ex Onuphr. Panvini notis ad Platina, Gregor. X. Pii IV. & Gregor. XV Bulla de Conclavi ejusque Ceremoniis.*
- 14) *Aristotelis laudatio, Orationes. duae, 15) de Scriptoribus p. 726.*
XVI post Christum natum seculorum Commentarius, cum 762.
Prolegomenis, antiquiorem eruditionis Historiam sistentibus,
notis perpetuis, & additionibus Gottl. Krantzi. 16) De Fa-
milia Losbaringia Ducum, quae Commentatio haecenus ma-
nu tantum scripta in Bibliotheca Cassellana fuit recondita,
sed jam a Cl. Schminckio, ut in hoc Opus referri posset, ex-
hibita. 17) De Bello contra Turcas prudenter gerendo libri
varii selecti & uno Volumine editi cura H. Conringii. 18)
Discursus politicus de militia lecta, mercenaria & socia.
19) De Controversiis Sveco-Polonicis, sive de Jure, quod in
Sveciam Regi, ad Livoniam Regno Poloniae, nullum competit,
Heckeris Jo. Mitthobii Dissertatio. Recudi eandem curavit, lite-
rasque nominis initiales, priori editioni tantum subscriptas, in
haec altera toto nomine auxit Conringius; putant tamen eru-
diti viri, a Gabelio citati, eundem ipsum sub nomine Mittho-
bii latere voluisse. 20) Cyriaci Thrasymachi de Justitia
armorum Suevicorum in Polonos perque ea liberata a magnis
periculis Germania, ad Andr. Nicanorem Epistola, quod iti-
dem Cl. Gabelius doctorum virorum suffragio asserit Conringio.
- Tomò denique VI multa praestantissima recondita sunt Opuscula; 1) *Dissertatio ad L. i. C. Theod. de Studiis liberalibus urbis Romae & Constantinopolis, recensita, aucta & correctae, cui, cum altera vice prodiret, junxit 2) Dissert. de*
iis quae in studioso quovis requiruntur, habitam in publica Pa-
negyri A. 1654, cum Prorektoratum Academicum quarta vice
suscepisset. 3) Excerpta ex Joach. Hopperi de vera Juris-
prudencia Libris. 4) Diss. Philos. de Jure. 5) Diss. Epi-
stolica de Varia & maxime vera Jurisprudencia, praemissa
Joach. Hopperi de vera Jurisprudencia Operi, Brunsvigae recu-
so, posteaque Volumini Epistolarum ab ipso Conringio inser-
ta, a Doctiss. Gabelio vero ob affinitatem thematici huc trans-
posita.

p. 726.

762.

871.

913.

1053.

1060.

1084.

27.

37.

54.

64.

- p. 77. posita. 6) *De Origine Juris Germanici Liber unus; adjecta sunt opuscula ejus argumenti varia, scilicet: Excerpta ex Contr. Responsione ad Bartholdi Nibufii novas objectiones; Prefatio Apologetica contra Jo. Ott. Taborum, præmissa Dissertationi de Juris Publici Justiniani in Germania auctoritate, ex Prolegomenis ad Germaniam Taciti excerpta; Epistola ad Lectorem, Operi de Finibus Imperii Germ. annexa, contra Jo. Ott. Taboris nequissimas calumnias; Georg. Calixti Senarii ad Luningium; Quaestiones de Irnerio historica, a Juris Pontificii & Caesarei Collegiis Bononiensibus excussa; Caroli M. Capitularia duo de Rebus Saxonia; Indiculus superstitionum & paganiarum, quem Conf. Gabelius præter spem Conringii feliciter explicavit.* 7) *De Nummis Ebraeorum paradoxa.* 8) *De Initio anni Sabbatici & tempore messis Ebraeorum Commentariolus.* 9) *Epistola gratulatoria Natalis 88 ad D. Augustum Ducem Brunsv. qua probat ejusdem de curanda nova Codicis sacri versione, & dissentientibus respondet, Matth. Wasmuthum vero ad-versarium sibi conciliat. Hinc sequitur 10) Vindicatio suorum in Epistola Gratulatoria de S. Ebreo Codice dictorum ab iniquissimis calumniis Matth. Wasmuth. 11) Actio injuriarum instituta coram illustri tribunali Gottorfensi in Matth. Wasmuth, D. 12) Oratio diva memoriae Georgii Ducis Brunsvic. & Luneb. 13) Theses variae de morali prudentia, quas respondendo defendit, 1629. 14) Disp. de Unitate & distinctione scientiarum. 15) Consilium in casu conjugii cum sororis filia. 16) Epistolae sparsim olim editae, A. 1666 vero uno Volumine comprehensae, numero 55, quibus & Praefationes accensentur. 17) Ad Ferdinandum, Episcopum Monaster. & Paderborn. & hujus ad Conringium Epistola, a Casp. Cerbero junctim editae A. 1694. 18) Ad Steph. Balazium & hujus ad illum Epistola, ab eodem editae A. 1694. 19) Epistola ad nobilem Bamburgium, tres tantum, quarum una, a S. Rev. Tapfio, Past. Hildesh. Prim. Gabelio exhibita, ad tres sibi de una & vera Ecclesia Christiana propositas quaestiones respondet, reliquis vero duabus de edendo a Pufendorfio Jure Nat.*
213.
265.
271.
298.
323.
330.
335.
337.
344.
346.
430.
459.
493.

- Nat. & Gent. judicat Conringius.* 20) *Epistola ad Jo. Schilzerum*, ex Bibliotheca Cl. *Simonis*, Reip. Campidunensis Syndici. p. 503.
 21) *Epistola aliquot ad J. H. Bæclerum*, ex Bibliotheca 508.
Uffenbachiana. 22) *Ad Jo. Andr. Bosium Epistola*, ex penu B. 514.
Polycarpi Leyseri. 23) *Simonis Starovolski Polonia recognita & aucta, cum Præfat. H. Conringii.* 24) *Conringiana Epistola, s. Animadversiones variae eruditionis, ex B. H. Conringii, Polyhist. Celeb. Epistolis nondum editis libata, cura Christoph. Henr. Ritmeieri, D. & P. P.* 25) *Musa errantes; dispersas collegit ediditque Just. Christoph. Bæhmer, Polit. & Eloqu. Prof. olim liberi & immediati Imperialis Cœnobii Loccumensis Reverendiss. Abbas, nuper beate defunctus; quibus Epigrammata Carminaque gratulatoria & funebria sistuntur. Agmen claudit* 26) *Opus Conringii: de Statu Europæ ac imprimis Germanici Imperii tempore conclusæ ac confectæ Pacificationis Osnabrugensis & Monasteriensis, quod hætenus ineditum in Cassellana Bibliotheca delituit, nunc vero Cel. Schminckio, qui illud Gabelio exhibuit, o. his literatus debet. Nominandum denique Spicilegium Epistolarum Conringii, a Conf. Gabelio collectarum, quod post Præfationem hujus Tomi venit. Additus est universæ Operum Collectioni Index copiosissimus diligentissimeque confectus, integri Tomi molem habens, & ad usum Lectorum eleganter accommodatus.* 639.
 658.

ECCLESIE PRIMITIVÆ NOTITIA: OR A
 Summary of Christian Antiquities &c.

^{h. e.}
ANTIQUITATUM CHRISTIANARUM
Compendium. Præfixus est Index Hereticus, exhibens brevem recensum præcipuarum hæresium omnium ab origine inde Christianismi. Additur in fine octo primorum Conciliorum generalium notitia.

Tomi II.

Londini, apud E. Bell, J. Darby, &c. 1722, 8.
 Vol. I Alph. 1 pl. 7. Vol. II Alph. 1 pl. 12.

EPitome hæc est celebratissimi merito suo tum apud Anglos, tum exteros, & nostris etiam *Actis*, Operis *Josephi Binghami de Antiquitatibus Ecclesiasticis*. Quod in plura illius moles Volumina excurreret ob argumentorum amplitudinem atque copiam, adeoque non nisi ingenti, hoc est, quinquaginta Schillingorum Anglicorum, impendio redimi ab amatoribus posset, visum est Cl. *Blackmore*, qui juventutis se scholasticæ moderatoris prodit, adscito in laboris societatem *M. Ley*, concinnum quoddam inde Compendium adornare, leviori pretio parabile futurum tum Lectori studio cuiilibet, tum præcipue tenuioris fortunæ inferiorisque ex Clero loci hominibus, quos præter alios de *primitiva Ecclesia facie ac statu* rite erudiri, ex re atque usu sacræ civitatis existit omnino. Propositum hoc ita executi sunt *Epitomatores*, ut præcipuum quod ibet argumentum perspicua ac jucunda brevitate describerent, nullo temere, quod ponderis alicujus esse videbatur, omisso; prolixas autem atque infinitas fere Autorum allegationes, in *Binghamiano* Opere singulis fere paginis occurrentes, duobus saltim verbis ad marginem annotarent. Præmissus Volumini primo *Index Hæreticus* pariter atque secundo in fine addita *Conciliorum octo priorum generalium notitia*, quæ noviter accesserunt, quamvis procul admodum a perfectione absint, veniam tamen magis, si Autoris juvenis & in scribendo tironis institutum spectetur ac finis, quam censuram, promerentur.

**HENRICI THEODORI, A. A. F. PAGEN-
STECHERI, J. U. D. & in Ill. Hammonensi Athe-
næo P. P. Commentariorum ad Pandectas Juris Civilis
Pars Altera, continens Librum secundum Pomponii ad
Sabinum, e Pandectarum fragmentis collectum, secun-
dum argumenti ordinem dispositum, & Notis
perpetuis illustratum.**

Leingoviz, ex officina Meyeriana, 1725. 4.

Plag. 10.

EJUSD.

EJUSDEM COMMENTARIORUM AD PAN-
*deas Juris Civilis Pars tertia, continens Librum
 tertium Pomponii ad Sabinum.*

Lemgovizæ, ex officina Meyeriana, 1725. 4-
 Pl. 12.

Non infeliciter spem, quam de se excitavit, amplissimam
 explevit Cl. *Pagenstecherus*, & novo elegantique hoc
 Opere, quam curæ cordique ipsi sit solidior Jurisprudencia,
 ex ipsis fontibus hausta, satis egregie demonstravit. Et jam
 olim in his *Actis A. 1724 M. Sept. p. 399* priorem hujus libri
 Partem, quam postea A. 1725 Lemgovizæ recydendam cura-
 vit, honorifica mentione profecuti fuimus, & ad pertexen-
 dam, quam cœperat Vir Conf. telam, illum haud obscure
 monuimus. Nec deseruit *Pomponium* suum; sed non mi-
 nori doctrinæ, qua in priore Tomo usus fuerat, apparatu ad
 hanc spartam ulterius exornandam accessit. En specimina
 quædam. *L. 80 de Judiciis* pertinet ad veterum illud institut-
 tum, quo magistratus ipsi non solebant judicare, sed potius
 iudices a litigantibus petebantur, & petiti, ubi de jure agen-
 di constabat, cum formula a Præatore dabantur, modo, ut
 talis postulatus esset, qui secundum leges iudex dari posset,
 tum & utraque pars in eum consensisset, ex qua litigantium
 conventionem & ipse iudex inter partes convenire dicebatur.
 Postea magistratus ipsi judicare jussi sunt, exceptis, tum pro-
 pter occupationes publicas, tum propter causarum multitu-
 dinem, causis humilioribus, *l. 2. C. de Pedan. Jud.* usque
 dum in hisce promiscue iudicis dandi facultas permissa est,
l. ult. C. god. Acute reprehendit Noster forensium Jctorum,
Gailii, Brunnemanni, Rbetii, aliorumque, crassum & infice-
 tum errorem, qui *all. l. 80 de Judiciis* ad hodiernas citationes,
 & ad errorem quidem in nomine citantis iudicis commis-
 sum, nimis jejune referunt. Non continetur in *l. 9. de U. O.*
 stipulatio perplexa, etsi omnes fere Jcti in ea versati opinio-
 ne sunt. Ad *l. 162 de U. S.* observat Cl. Autor, illam
 vulgarem substituendi formulam: *Si quid filio, si*
 quid

p. 11.

12.

11.

13.

18.

quid heredi instituto acciderit, Damas servus meus heres & liber esto, omissam esse a diligentissimo alioquin harum collectore, Briffonio, L. VII de form. Falloque ab ipso relatum esse ad simplicem libertatis dationem sine conditione, si quid filio acciderit. Supplendum præterea monet in eadem lege, heres & liber esto, cum in plerisque editionibus legeretur saltem liber esto. In l. 8 §. 1 de Leg. I manum Triboniani invenies, cum demum ex Justiniani Constitutione, non electione & conventionem, ut olim, l. 2. de duob. reis l. 116 de U. O. l. ult. de reb. creditis, sed solutione, alter liberetur l. pen. C. de Fidejuss. Solutio vero hic intelligitur, non tantum, quæ naturali præstatione rei fit, sed & quæ acceptilatione, novatione, jurejurando, & nonnunquam paciscendo, fieri solet. In §. 2 all. l. 8. de Leg. I Haloandri lectionem, qua lecticarios pro lecticiariis substituit, præfert Noster. Erant autem illi lecticarii servi, qui lecticam, suppositis cervicibus, gestabant, qua Romani divites, etiam honestiores matronæ, valetudinis vel voluptatis ergo, vehebantur. Sed, ne offendant quemquam verba hujus §. lecticarios octo, ex antiquitatibus Romanis repetendum, quod modestiores & frugi homines quatuor servis, beatiores & delicatiores sex & octo, ad lecticas gestandas usi fuerint. Unde lectica hexaphoros & octophoros apud Mart. IV Epigr. 51 & VI Epigr. 84 & lux Juvenali Sat. I v. 64 sexta cervico feratur. Finem huic Parti imponit Dissertatio de Falcidia in legatis ad pias causas cessante, in qua communem paternamque sententiam fortiter ac strenue defendit.

Transinus ad tertiam hujus libri Partem. Similitudo, quam in l. 98 de Leg. I habet Julianus, ut, quemadmodum heredem instituere possumus servum, qui in hostium potestate est, ita legare quoque eum possemus, valde claudicare videtur, quæ hac ratione melius procederet, ut, quemadmodum &c. ita legare quoque Et possemus, pro eum possemus. Nam, quemadmodum per institutionem servi ipse dominus videtur institutus, sic quoque legatum, servo datum, ipsi domino datum videtur. Sui hæredes aliquando quidem populari loquendi usu & ipsi adire,

pro-

proprie tamen *immiscere se* bonis hæreditatis, §. 5. *I. de Hæred. qual. & diff.* immo *retinere* hæreditatem, dicuntur, in *l. 12 §. 7 de bon. libert.* Rationem assignat *Paulus* in *l. 11 de Lib. & Post.* quod *jam vivis parentibus quodam modo rerum paternarum domini sunt; ita, ut in his non tam hæreditas sit, quam domini continuatio.* De hoc dominio *Ausonius*:

*Iusta quidem series, patri succedere; verum
Esse simul dominos, gratior ordo piis,*

Plerique, qui ad *Pandectas Juris civilis* explicandas illustrandasque accesserunt, in *l. 6. pr. de Cond. & Dem. legatum pæna nomine* relictum occurrere crediderunt. Sed, si legatum pænae nomine est, non solum, quod coercendi hæredis causa relinquitur, uti *Justinianus* definit §. *ult. I. de Leg.* sed quod ita, ut nec testatoris, nec cujuscumque alterius, intersit, non esse hanc illi legati speciem, apparet. Non placet *Pagenstechero Fabri, Godofredi*, aliorumque, sententia, *non naturaliter* in *l. 7 de R. J.* ex regula *Logicorum, contrariorum non posse dari concursum*, contraria autem esse *agentia & negantia*, explicandum esse. Ipse ita censet: *Naturaliter*, id est, secundum naturam, sive *regulam Juris Civilis.* Ea Regula duplex est. Prima: *Hæres semel hæres semper.* Altera: *Hæreditas est successio in universum jus, quod defunctus habuit.* Utraque in eo juris fundamento innotuit, quo hæres una cum defuncto persona esse intelligitur. Prima ergo efficit, ne quis pro parte *temporis*, secunda, ne pro parte *rei*, testatus & intestatus moriatur testator. Hoc sensu *Quintilianus Decl. 308: Si confitemini, esse testamentum, non potest videri intestatus decessisse.*

Adjecit *Cl. Autor* Orationem, quam *de Pegaso*, *Jcto Romano*, solemniter recitavit. Is, si veteri Scholiasti *Juvenalis* credimus, *Trierarchum*, sive *Navarchum* aliquem, patrem habuit, in cujus *liburna* sculptus aut pictus fuerat *Pegasus*, a quo insigni *tota liburna* non tantum, sed ipse *Trierarchi filius* nomen accepit. Non adeo illustres *Pegasi natales* fuisse, ex *Juvenalis* verbis conjece-
runt viri docti, qui *Pegasum rapta ab olla* profutuisse *Sat. IV v. 76 seq.* scribit. Quasi scilicet rem ollarem vel singularem, & nobilita-

p. 33.

38.

billitate indignam, tractaverit vel ipse, vel parens ejus. Sed veremur, ne magnopere fallantur ii, qui ex *Juvenalis* verbis humiles Nostri natales eruere conantur. Non Poeta de *olla*, sed de *Abolla*, loquitur. Erat hæc pallii genus, quo non quidem Præfides aut Præfecti Urbis, cum muneribus publicis fungerentur, quem errorem in *Salmasio* notat *Pitiscus*, sed quo Philosophi aut milites extra urbem utebantur. Sic *Juvenalis* *Pegaso* abollam tribuit, sed non jura reddenti, sed iter in Albanum facturo, sed Jcto, & propterea fortasse philosophico habitu incedenti. Certe in Juris arte amplissimos ipsum fecisse progressus, vel id argumento esse potest, quod integræ Jctorum Sectæ *Pegastanorum*, quæ & alias *Proculejanorum* audit, inditum nomen fuerit. An libros in vulgus emisit, definire non audemus; interim de controversiis, tum publicis, tum privatis, consultum fuisse, fragmenta illa, quæ, tanquam e naufragio tabulas, nobis conservarunt *Valens*, *Cajus*, *Paulus*, *Pomponius*, *Papinianus*, *Ulpianus*, abunde confirmant. Consul cum *Pusione* suffectus fuit, *Vespasiani* Imp. temporibus, & *Senatusconsulti Pegastani* autor extitit. Ejusdem Imperatoris & *Domitiani* temporibus urbi præfuit. Vitam sancte, integre, illibateque tranlegit; quam in rem audiamus *Juvenalem*:

*Pegasus, attonita positus modo, villicus urbi,
Anne aliud tunc Præfecti? quorum optumus atque
Interpres legum sanctissimus, omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Justitia.*

Excipit *Pegasum* perdocta ac elegans de *Pactis tacitis* Dissertationis. Et lætabimur ex animo, si & in posterum tam præclaris fructuosisque lucubrationibus artis tam illustris pomœria] proferre perrexerit Conf. *Pagenstecherus*, cui & otium, & vitam, & valetudinem commodam, precamur.

*D. MARTINI SCHURIGII, PHY-
sici Dresdensis, Syllepsilogia; hoc est, Conceptio-
nis*

*nis Muliebris Consideratio Physico - Medico-
Forensis.*

Dresdæ & Lipsiæ, sumptibus B. Christoph. Hekeii, Fil. 1731, 4.
Alph. 4 pl. 16 $\frac{1}{2}$.

Continuat strenue Gynæcologiam suam, quam A. 1730, a nobis in his *Actis Mense Aprili ejusdem Anni pag. 171* commendatam, Clar. *Schurigius* inchoavit, & quemadmodum in illa Parte de Coitu locutus fuerat, ita nunc naturæ ductum secutus, in communicandis ad Muliebria pertinentibus ad abstrusissimum Conceptionis negotium progreditur. In quinque autem Sectiones dilpescit Opus, singulas suis Capitibus circumscriptas. In Sectione igitur I de Conceptione in genere agit, & Cap. 1 in Conceptionis modum, 2 in seminis virilis ad ovarium vias, 3 in conceptionis locum, 4 in ovuli ex ovario secessum, 5 in ovuli per tubas Fallopianas descensum inquirens, & quoniam quandoque contingit, ut ovula in abdominis cavitate prolabantur, Cap. 6 fœtum in abdominis cavitate hærentem delineat; unde Cap. 7 ad ovula integra & subventanea, 8 ad conceptionis ætatem & voluptatem, 9 ad conceptionem marium & seminarum, & 10 ad conceptionis impedimentum & sterilitatem pergit. Sectio II didymotociæ, seu gemellationi, dicata est, & Cap. 1 de gemellorum ortu, 2 signis, 3 de tunicis atque placentis, & 4 de accidentibus, differit. Hanc excipit Sectio III de Superfœtatione, ubi Cap. 1 non solum ejus possibilitas adstruitur, sed & exempla allegantur, & signa tam diagnostica, quam prognostica, eruuntur. Sed datur adhuc rarior conceptionis species, quando nimirum in recens natæ puellæ utero statim vel paulo post partum alius fœtus latitans vel motu deprehenditur, vel novo partu excluditur, de qua Sectio IV loquitur, & Cap. 1 embryotocia, seu fœtus prægnans & pariens, describitur; sed reperiuntur in brutis etiam & in regno vegetabili tales fœtus & fructus prægnantes; hinc Cap. 2 fœtus in brutis, 3 in vegetabilibus fructus prægnantes sistuntur; immo nec in minerali deficere, lapidum prænantium exemplo. Cap. 4 docetur.

Sectio

Sectio ultima de feminarum graviditate tractat, & Cap. 1, 2, 3, in signa tam in genere, quam in specie sexus inquiritur, ac 4 de gravidate falsa, 5 occulta & dissimulata, 6 de diuturna ob fœtum mortuum sermone continet. Hinc Cap. 7 gravidarum privilegia designat Autor Clariss. 8 Symptomata enumerat, & 9 animi pathemata & imaginationem exaggerat. Quas Observationes ex propria penu communicet Cl. *Schurigius*, paucis nunc videbimus. Abortus quandoque involucri suis adhuc inclusos rejici, p. 105 sequenti exemplo confirmat. Femina scilicet aliquot septimanas grvida post magnos satis dolores ovulum seu vesiculam ad digiti magnitudinem & ultra pollicis crassitiam, tenuissimis atque pellucidis membranulis, limpidissima aqua, cui subtilis digitique articulum magnitudine æquans embryo innatabat, penitus repletis inclusum, exclusit. P. 176 feminam allegat, quæ nunquam menstruata neque unquam a marito, qui in priori matrimonio novem liberos progeneraverat, imprægnata fuit. P. 237, dum de fœtuum similitudine differit, duas se vidisse dicit sorores geminas, annum tum agentes decimum quartum, tantæ faciei & loquelæ similitudinis, ut difficillime vel plane non distingui a se invicem potuerint; siquidem unus aderat oculorum color, idem nasus, idemque os, idem in gena sinistra nævus fuscus, idem vocis sonus, & accentus, idem dentium nitor, eadem statura, tam ratione longitudinis, quam crassitiei. P. 412 narrat, caniculam Italicam, adhuc virginem, selem parvam lactasse, unde pili felis, antea tenues & molles, post aliquot septimanas spissi & crassi instarque pilorum caninorum evasissent. P. 417 bina allegat exempla feminarum, quibus neque lactis præsentia, neque defectus, certum in gravidationis signum constituit. Ad gravidarum symptomata sequens referenda est historia, quam refert p. 517. Femina appropinquante partu, ex casu in pede sinistro utrumque os tibiz & fibulæ distregit, ita, ut circa talum os tibiz ultra digiti longitudinem prominere. Bene curato licet vulnere, relictum tamen est circa malleolum foramen immedicabile apertum, ex quo tanta lactis copia diu effluxit, ut infantem amplius

plus lactare non sufficeret mater. De pinguedinis urinae efficacia sequens addimus: p. 564 mulier, quae tinea capitis mundificatione victum quaeritabat, manus pinguedine urinae madidas capillis capitis sui componendis admovebat; unde non solum sibi, sed & filio in utero adhuc latitanti canitiem contrahit. Imo duo quoque filii postero tempore ex ipsa nati primis statim annis canos pariter alere incipiebant pilos. P. 595 grunnitum suillum in infante sex mensium, cuius mater gravida saginandis porcis operam dederat, observavit. Mitimus alias Observationes naevorum ac deformitatum, a gravidarum imaginatione ortarum.

TRAITE' DU JAUGEAGE &c.

h. c.

TRACTATUS DE PITHOMETRIA, IN
quo ejusdem principia generalia & Geometrica exhibentur, cum praxi ejus brevi atque
facili.

Parisii, apud Claudium Jombet, 1728, 12 maj.
Plag. 10 $\frac{1}{2}$, cum Tabb. æn. 2.

QUæ Autor in titulo promittit de principiis Pithometriæ generalibus & Geometricis explicandis, ab aliis fusius jam & accuratius tradita extant. Considerat enim solummodo dolium, tanquam ex rotatione *parabola*, circa axem primarium, sed superius truncatæ, genitum, & duplicis quidem, sed in medio circulo ventris dolii utrinque cohærentis: generatum porro ex revolutione *ellipso* circa axem primarium, sed utrinque truncatæ: itemque ut compositum ex *duobus conis truncatis*. Horum doliolum soliditates formulis Algebraicis exhibet. Quæ vero ipsi peculiaris existunt, hæc fere sunt. Cum aliis, non sine ratione forsitan, videatur principale & palmarium Pithometriæ problema esse: datis dimensionibus linearum in dolio, v. g. diametrorum fundi, & ventris, ac altitudine, invenire ejus dimensionem corpoream;

P

ream;

ream; ipse ex *dimensione dolii corpora aliunde*. (nempe per depletionem vel impletionem actualem) *cognita* determinare satagit *formam vel speciem dolii*, sive quantitatem diametri circuli alicujus intermediæ inter fundi & ventris circulos, quæ pro basi haberi possit cylindri, cui dolium æquiparatur. Et constituit duo genera serierum inter soliditatem dolii elliptici & parabolici (scil. talis parabolici, quale ipsum considerare diximus.) itemque inter soliditatem dolii parabolici & ex conis duobus truncatis constantis, quarum serierum numeri soliditates intermediæ formarum doliiorum inter illas species interjectarum exprimant.

Hæc in Theoretica Parte. In Practica commendat *primo* virgulam Pithometricam, quadraticam aliis dictam, & vulgatam. In qua primi lateris divisiones non, ut apud alios, bases vasculorum cylindricorum mensuræ notæ exhibent, sed circulus, aream 12 pollicum quadratorum habentes. Jubeatque adeo hoc latere circulum fundi & ventris metiri, eorumque medium Arithmeticum pro basi cylindri, cui dolium æquiparatur, habere, & per altitudinem, altero virgæ lateris mensuratam, multiplicare. Quæ praxis cum supponat figuram dolii parabolicam, de qua mox; ostendere conatur, quomodo eadem etiam ad dolia elliptica aliaque accommodari possit. Credit autem, per experientiam constare, dolia pleraque esse tertie speciei, quæ ipsi vocatur, estque talis, in qua, differentia areæ ventris & fundi inventa, ejusdem duodecime pars semisumma illarum arearum additur, hæcque nova resultans area pro basi media, per altitudinem deinceps multiplicanda, habetur.

Quia capacitates doliiorum hac virga & methodo Autoris inveniantur in mensuris universalibus pollicum cubicorum &c. ut reductio earum fieri possit ad mensuras Pithometricas Pintarum &c. commendat *secundo* compassum vel instrumentum proportionum. In quo aureæ regulæ praxis perficitur ope trium crurum; cum eadem vulgo administratur facilius instrumento duorum saltem crurum.

Porro *tertio* exhibet *Tariffam vel Canonem* capacitatis

tis doliſorum ad quasvis baſes *medias* & longitudines. Baſis media infima & omnium minima eſt ipſi ſa pollicum quadratoſum. Baſes ipſæ inveniuntur ope virgæ, primo loco memoratæ: quibus cognitis, pro qualibet longitudine doliſ adſcriptæ reperitur ejuſ capacitas.

Tandem & *quarto* proponit binas virgas; utramque ſeptem hedrarum vel facierum aut laterum. In quarum una exhibentur ſeptem diverſæ longitudines vel altitudines doliſorum: in altera reſpondet cuilibet lateri prioris peculiare ſuum latus, in quo extant diviſiones, quibus exprimuntur diametri circularum, determinatum numerum Pintarum vel menſurarum Pithometricarum daates; ita, ut, ſi virgæ prioris ope ſpecies altitudinis doliſ inventa ſit, alterius virgæ latus, eideſ altitudinis ſpeciei reſpondens, applicari ſaltem debeat diametro ventris & fundi, ac numeri menſurarum, qui hac applicatione invenitur, dimidium Arithmeticum ſumi oporteat, ut ſtatim atque abſque ulteriori calculo ipſa capacitas habeatur. Ceterum de altera Pithometriæ parte, quæ de doliſ ſemiplenis præcipit, nulla in hoc Opusculo extat mentio.

NICOLAI GÜRTLERI, S. S. THEOLOG.
D. & in Franequerana Academia T. P. O. Inſtitutiones Theologicæ, ordine naturali diſpoſitæ, ac variis Accessionibus auctæ. Adjecta eſt in fine MATTHIÆ MARTINII, S. Liter. quondam apud Bremenses P. P. Epitome S. Theologiæ methodice diſpoſitæ.

Marburgi Cattorum, ſumtibus Philippi Caſimiri Mülleri, 1732, 4.
Alph. 5 plag. 14.

CUM A. 1694 Inſtitutiones celeberrimi Görtleri Theologiæ primum in publicum prodirent, eas jure ſuo commendavimus in *Actis* illius *Anni p. 346 & ſeqq.* Eminent hodie- num in hoc ſcriptorum genere, ut adeo bibliopola bene de
P 2 orbe

orbe erudito meritis sit, quod, institutum approbante Magnifico pro tempore Academiae Marburgensis Pro-Rectore, *Christ. Wolfio*, & commendante Viro Summe Reverendo, *Bernhardo Dwyfingio*, Theologo Marburgensi eximio, eadenus prelo subjecerit. Nullis peperit is sumibus, ut quam limatissimam libri præstantissimi daret editionem. Dicta omnia, quæ magno numero allegantur, evolvi & cum textu conferri curavit, atque Indicem locupletissimum omnium Scripturæ sacræ dictorum, quæ in hoc libro citantur, adjecit, quod verbi divini præconibus ac Scripturæ sacræ interpretibus plurimum utilitatis afferre possit. Præmittitur *Joannis van der Waeyen* Oratio funebris in obitum Autoris, in templo Academico post deductum funus publice dicta: Prolixam libri recensionem cum jam olim adornaverimus; actum agere hic nolumus. Pauca addimus de vita Theologi consummatissimi. Patrem habuit *Nicolaum Gürtlerum*, mercatorem Basileensem, matrem vero *Annam Mariam Coccium*, filiam *Martini Coccii*, verbi divini Ministri Denningensis. Natus est A. 1654 d. 8 Dec. st. v. & in Academia patria in numerum studiosorum relatus A. 1669. Annos tres integros linguis, Philosophiæ, Mathesi ac imprimis Historiæ, impendit, & altero post impetratos Magisterii honores die totum Theologiæ sese dedit, usus institutione Theologorum insignium, *Jo. Rudolphi Wetstenii*, *Joannis Zwingeri*, & *Petri Werenfelsii*. In Elencticis usus opera *Luca Gernleri*, Theologiæ Professoris & Antistitis eloquentissimi. Integrum quadriennium in studio Theologico summa assiduitate ac diligentia consumpsit. A. 1676, cum sub Præsidio *Werenfelsii* de ordine actuum decretorum Dei disputasset, ad Ministerium verbi divini admissus est. Dum vero opportunum expectabat tempus, quo spartam nancisceretur, A. 1678 Genevam profectus, *Franciscum Turretinum* audivit, ac post semestrem innotam iter in Galliam promovit, ubi in Academia Salmurienli docentem audivit *Henricum Philipponæum de Haute-cour*. Peragratis aliis Galliæ regionibus, post sesqui anni spatium Basileam rediit, & privatis institutionibus tam Theologicis,

cis, quam Philologicis & Historicis, suam juventuti operam
 addixit. A. 1685 Herborenenses eum ad Professionem Philo-
 sophiæ & Eloquentiæ Ordinariam atque Pædagogiar-
 chiam invitarunt: quod munus Oratione de fato philofophi-
 co in Ecclesia Christiana auspiciatus est. A. 1686, cum Aca-
 demia Haidebergenfis tertium Jubilæum celebraret, defenfa
 Difputatione de Munere Christi regio, promotore *Joanne
 Friderico Miegio*, Theologiæ Doctor creatus est. Biennio
 Herbornæ exacto, Hanoviam ad Professionem Theologiæ
 extraordinariam, & Philofophiæ, nec non Historiarum &
 Eloquentiæ, Ordinariam, vocatus, munus suum auspiciatus est
 Oratione de migratione Doctorum & Scientiarum & Reli-
 gionis. Uxorem duxit *Annam Magdalenam Baron*, vidu-
 am *Joannis Davidis Philippi*, Medici Hanoviensis, A. 1693,
 & ex ea libros genuit quindecim, quorum non nisi pars
 tertia patri superstes fuit. A. 1696 ad Professionem Theo-
 logiæ Ordinariam & Rectoratum scholarum tam trivialium,
 quam illuftrioris, Bremam vocatus, muneris initium fecit Ora-
 tione de adventu & habitatione Jefu Christi in plaga Bre-
 menfi. In hac dignitate per feptem femestria verfatus, ca-
 thedram Bremenfem cum Daventrieni commutavit, dicta
 Oratione de filio Dei doctore & difcipulo ab æterno & in
 tempore. Cum annos fere octo Daventriæ exegiffet, & A.
 1705 *Samuel Werenfelsius*, Theologus Bafileenfis, ad Profes-
 fionem Theologicam a Frifiorum Ordinibus vocatus, fele
 humaniter excufaret, atque *Güntlerum* mirifice commendaret;
 in hunc tandem munus Professoris Theologiæ in Academia
 Franequerana collatum fuit, quod Oratione de vili con-
 temtoque ftatu Jefu Christi post ipfius introitum in gloriam
 auspiciatus est. Atque in hac ftatione vitam tandem finiit A.
 1711 d. 28 Septembr. impletis annis 57, menfibus 9, diebus
 10. Edidit, cum adhuc Bafileæ effet, Lexicon quatuor lin-
 guarum, Latinæ, Germanicæ, Græcæ & Gallicæ. In histori-
 cis quantus effet, abunde comprobavit Historia Templario-
 rum, de qua diximus in *Actis A. 1691 p. 376*, & quæ A. 1702
 auctior prodiit, & Opere multiplicis diffusæque lectionis, quod

sub titulo Originum mundi lucem publicam adspexit, & de quo mentionem fecimus in *Actis A. 1709 p. 257*. Dolendum vero, quod ab morti præmaturam ultimam manum imponere eidem non potuerit. Insignem præsertim & exquisitissimam rerum divinarum notitiam testantur, præter Institutiones Theologicas, Opus 42 mensium, brevis vocum typico-prophetiarum explicatio, in *Actis A. 1699 p. 106* laudata, Systema Theologiæ prophetiæ, de quo diximus in *Actis A. 1709 p. 97*, Dialogi Eucharistici, A. 1699 compositi, Dissertationes varæ, in *Actis A. 1711 p. 445* commemoratæ, atque sacri sermones, quos in usum scholarum privatarum in ordinem concinnum digessit, soliditate cum brevitate de palma certante. Cum tot egregia Viri monumenta in his *Actis* extent, dignus quoque judicari debuit, cujus memoria in iisdem conservetur.

Matthie Martini Epitome Theologiæ, paucissimis nota, digna omnino fuit, quæ ab interitu vindicaretur non uno nomine. Etenim Theologus & Philologus summus in libello utilissimo ostendit methodum tractandi Theologiam maxime naturalem. Incipit a Deo, progreditur ad decreta ipsius, providentiam & prædestinationem, ac deinde agit de executione providentiæ in creatione & gubernatione rerum omnium, atque tandem de executione prædestinationis in salute & damnatione angelorum ac hominum. Specialem dispositionem uno conspectu exhibet in Tabulis quatuor, quibus universam Theologiam uno conspectu exhibet, antequam ad ipsam tractationem descendit. Convenientissima est hæc methodus, ubi Theologiam theticam in Systema veri nominis redigere volueris, ut alia ex aliis deducantur, ac omnia inter se connectantur. Deinde, quicquid hic affirmatur, verbi divini testimoniis plene exscriptis luculenter demonstratur, ut adeo loca probantia ex universa Scriptura sacra accurata industria hic conquisita reperias: id quod denuo usui erit illis, qui Theologiam theticam ad notiones distinctas reducere voluerint, ut earum a se invicem dependentia pateat. Utilis quoque est libellus sacrarum literarum studiosis, ut omnia dicta probantia sibi quam facillime familiaria

ria reddere possint. Quantus vero sit istorum numerus, & quomodo omnes omnino sacri Codicis libri ad probanda dogmata fidei Christianæ concurrant, docet Index locorum Scripturæ sacræ allegatorum locupletissimus, sedem dogmatum indicans. Denique lectu quoque dignissima est Præfatio, quam Autor ad methodi & Theologicæ veritatis studiosos præmisit. Initio ejusdem fatetur, se in componenda methodo Theologicæ annos bene multos consumpsisse, remque multo operosiorē vocat, quam multi intelligant. Mentem suam de methodo Theologicæ tradendæ exponit, & quibus quis subsidiis instructus esse debeat ad Theologicæ studium accedens, exponit. Commendat hic quoque Philosophiæ studium, Metaphysicæ præsertim, ad quam etiam Theologiam naturalem refert, Physicæ atque Ethicæ. Varias commemorat notiones, quæ ex Philosophia petendæ, ac inde concludit, qui de istis eruditius differere voluerit, eum ad Theologiam oportere accedere, si non e potis, at mediocriter libatis Philosophiæ fontibus. Neque id indignum esse ait Deo redemptore, cum Philosophia vera sit Dei ut Creatoris schola, e qua in Liberatoris Academiam ascenditur.

CHRISTOPHORI AUGUSTI FABRETI

Avóvqv̄is ad locum Plinii Hist. Nat. L. VIII

*Cap. 42 p. 166. Tom. I edit. Har-
duin. fol.*

Incomparabile illud *Plinii* Opus, quo rerum naturalium historiam persequi, ac ipsius naturæ, alias satis impervix, adyta percurrere tentavit, tantis olim mendis atque flagitiis laborabat, ut illud senticeto & lemuribus infami domicilio simile judicaret *Hermolaus Barbarus*. Multi varie illius susceperunt emendationes, inter quos unus jam nominatus *Barbarus* quinque millia locorum castigasse dicitur; quamvis nonnullorum judicio plurima pro arbitrio mutaverit,

rit, & nimium secando multa citatrica reddiderit & exanguia. Nostris præcipue temporibus doctissimus omnique scientiarum genere perpolitus *Harduinus* id quidem præstitit, quod ante eum nemo, ut vastissimum hunc campum literarium totum percucurrerit, & in tantis errorum nebulis lumen ubivis fere nobis prætulerit. Cuivis certe ejus *Plinium* inspicienti facile est intellectu, quantos labores sustinuerit, dum accuratissime singula & infinitos simul Autores recognovit, annotationibus, solertia & cura collectis, illustravit, ac innumeris emendatis locis bis mille amplius sustulit flagitia. At mihi tamen, quod Vir Celeberrimus in edendo *Plinio* præfatur, vix omnino persuasum est: se monstra errorum omnia profligasse, cunctaque esse explanata, quæ tetrus adhuc obducta tenebris credebantur. Nolo equidem nunc curiose inquirere, quid forte vitiosum, quid tenebris circumvolutum restet in *Plinio*. Liceat vero summum quendam nævum, qui in loco *Plinii* L. VIII Cap. 42 hæret, quemque plerique interpretes silentio prætermiserunt, *Harduinus* autem nec dum debito modo calligavit, in medium proferre, ac meam qualemcunque emendationem proponere. In omnibus præcis editionibus, optimis alias exemplaribus, nec non Codicibus manu scriptis, *Harduino* teste, relatum legimus: *Equum adamatum a Semiramide usque ad coitum*. Ego tamen, cum integra cuilibet sit judicandi potestas, hunc locum mirum in modum esse corruptum, affirmare non dubito. Nec ejusmodi Criticorum judicia reformido, qui nil nisi Codices manu exaratos premunt, & ad illos tanquam ad saxum adhærescunt, ut, iisdem tacentibus, fileant, quorum scilicet auctoritatem, etiam maxime dubiam, pugnacissime defendunt, & interea de ingenio suo pessime merentur. Veterum sane Codicum usum minime improbo, qui accuratius sæpe & exquisitius explicandi genus afferunt. Cum vero non semper sint genuini, sed describentium in quæstum librariorum negligentia aut inscitia misere depravati, ut vel in mendis conspirant, vel mirifice dissentiant, atque adeo errores erroribus cumulent; satis est argumenti, nec unicum nec præcipuum

puum a Codicibus illis præsidium esse petendum. Ingenio potius aliquid dandum videtur, vocatis in subsidium regulis veræ interpretationis genioque linguarum, quorum beneficio viri eruditi perplures difficillima Autorum loca feliciter integritati restituerunt, quam qui scripturæ nimia religione incumbentes, obscuram ostentant diligentiam, dumque de literis tantum & verbis in consilium veniunt, mentem Autoris veram attenuant, deperdunt.

Hoc constituto, cum in verbis *Plinii* manifesta se offerat rerum repugnantia, cum sensus reclamet, & coitus mulieris cum equo conditionis pariter & cognitionis humanæ modum excedat; quid enim est hoc ipso evidentius? non *coitum*, sed *cultum*, legendum esse, censeo. Utrumque verbum facile potuisse depravari, aut aliud pro alio scribi, æque certum est, ac neminem fugit, ejusmodi literarum commutationes adulterinas Autorum sententias perversaque multorum sæpius excitasse judicia. Mendum in Gelasii Pontificis verbis: (a) *Sedulii Paschale Opus, quod heroicis versibus descripsit, insigni laude præferimus*, Poetas olim hæreticos reos fecit. Nimirum in vulgatis exemplaribus *hæreticis* pro *heroicis* legebatur. Suspiciantur ergo perplures Juris Canonici Professores, Poemata omnia esse hæretica, Poetasque, etsi sacra tractent, in piorum ordinæ neququam esse numerandos. (b) Quam acerbè olim *Erasmus* propter non soluta Typographo xenia pœnas dederit, ex Epistolis ejus (c) patet. Cum enim in libro *Vidua Christiana*, quem A. 1529 Reginæ Hungariæ, Mariæ, Belgii Gubernatrici, quæ Latinos in deliciis habebat Codices, dedicaverat, sanctissimæ cujusdam feminæ laudes referret, his additis verbis: *atque mente illa usam semper fuisse, quæ talem feminam deceret*; nequissimus ille pro *mente illa* perversè, sed consulto & improbe, *mentu-*

Q
la

a) *Prim. Part. Decret. Dist. XV Cap. 3.*

b) *Phil. Carolus Diss. de Criticis*, editioni *A. Gell. Norimb. 1663* præmissa.

c) *Epist. 68 L. XXX.*

la reposuit, quam ignominiam *Erasmus* aureis nummis trecentis redimere maluisset.

Quæ cum ita sint, hic saltem venit in disceptationem, sitne probabilius, *Plinium cultum* maluisse scribere, quam *coitum*. Prius probabiliter assero, posterius pernego. Aut enim nescivit *Plinius*, natura fieri non potuisse Semiramidis cum equo coitum, aut frustra hac significatione usus est. At neutrum horum in *Plinium* cadit. Nam dubium non est, intellexisse eum, coitum minime fieri potuisse. Temere vero quidquam, cui nulla assentiendi nota inest, approbare, & tanquam non cognitum, cum tamen prima specie cognosci potuerit, sine reprehensione enarrare, non futile tantum, sed & viro alias sat sagaci, qui, ut consiliorum naturæ particeps fieret, in rerum naturalium contemplatione studia posuit, indignum utique est. Ne quis autem objiciat, *Plinium* multa incredibilia tradidisse, ipsumque fateri: d) *Sibi conuoluenti se persuasisse rerum naturam, nihil incredibile existimare de ea*; non ægre largior, credulitatis *Plinium* infimulari posse. Illud tamen nemo non quoque fateatur, necesse est, credulum eum præcipue reperiri in rebus physicis, quarum rationes non semper perspicere vel indagare licuit, quippe quæ a natura involutæ intelligentiæ vim & notionem fugiunt plerumque; aut in iis rebus, quas fide aliorum memoriæ prodidit, nec affirmatas sua opinione esse voluit, nec pro vanis prætermittas. Recepit præterea fabulas, fictas nunquam incondite, more illius ævi frequentissimo; sed, eum, arbitror, quia multa inueniebat subtilia, dubitantem, quid eorum verissimum, & desperantem veritatem, plurima scripsisse, ut prodigia quasi & portenta tradat, de reliquo autem idem sensisse, ac *Q. Curtium*, qui e), incredibilium narratione finita, *equidem*, inquit, *plura transcribo, quam credo; nam nec affirmare sustineo, de quibus dubito, nec subducere, quæ accepi*. At res, de qua hoc loco ambigitur, ita comparata est, ut tanquam incondita statim sensus, feriat, cum mens nostra

d) L. XI Cap. 3 Hist. N. 4.

e) L. IX.

nostra ejus similitudinem vix videatur cogitatione posse depingere. Itaque tantum abest, ut *Plinius* eam rationi ac veritati consentaneam habere potuerit, ut ne referre quidem illam sine omni reprehensione voluisse existimandus sit. Nec obstat, quod autore Juba rem commeinoret. Quamvis enim hujus autoritate sæpenumero nitatur; tamen tanti eum non fecit, ut quidvis temere accipiat, quin potius eundem subinde corripiat, refellat. Mea ergo manet inconcussa sententia, *Plinium*, animo acutum, ingenio & scientia potentem, de Semiramidis cum equo coitu nec cogitare potuisse, nec facere mentionem voluisse.

Objiciat adhuc aliquis, non adeo absurdum neque inauditum esse, feminas cum jumentis aut hisce similibus monstribus rem habuisse; Carolum & Ludovicum Imperatores mulieres jumentis succumbentes capitis damnasse f); Jovem specie tauri Cererem subegisse g); Saturnum equi figura cum Philyra concubuisse h); Jovem Proserpinam filiam draconis forma violasse i); Olympiam, Alexandri matrem, ex serpente ingentis magnitudinis, quem *Plutarchus* draconem compellat, concepisse. k) At enim vero lex Imperatoria non proprie de jumentis, sed de bestiis generatim, intelligenda, quod & verba: *cuilibet jumento*, indicant, quæ legi divinæ l) accuratissime respondent, quæ tamen similiter de bestiis generatim loquitur. Reliqua vero sunt superstitioni deditorum somnia, & velandæ ignominie sæpius repetita commenta. Deorum enim libidines & connubia promiscua, nec non cum humano genere concubitus, mortalesque ex imortalibus procreatos, admittebant. Proinde mulieres, quo facilius adulteria tegerent, & Imperatorum persuasioni de stirpe filiorum divina fidem facerent, anguis immanis, aut nescio

Q 2

quibus

- f) *Capitular. Car. & Lud. L. VI Cap. 208: Mulier, quæ succubuerit cuilibet jumento, interficiatur cum eo.*
 g) *Arnobius L. V p. 170.* h) *Pherecydes apud Scho-liast. Apollon. L. II v. 1237.* i) *Arnob. l. c. p. 171.*
 k) *Justinus L. IX Cap. 5.* l) *Lev. XX, 16.*

quibus simulationis integumentis involuti Dei concubitu se concepisse, superstitiose & aniliter rebantur. Hæc autem erudita ætas, præsertim eludens omnia, quæ fieri non possunt, dudum respuit; ac hodie nulla anus tam excors invenitur, quæ illa credat portenta. Præsertim cum & sagaciores antiquæ superstitionis sectatores ejus generis fabulis jam olim illuserint. *Justinus* m) Olympiæ cavillationem *nocturnam speciem*; *Lucianus* n) τὸν περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος μῦθον, vocarunt; ab ipsa vero Olympia hujus vulgatæ opinionis fides festive & lepide elusa est in responsione ad literas Alexandri, quibus se Jovis Hammonis filium dixerat. o)

Nunc ordinis ratio requirit, ut paucis doceam, maxime probabile fieri, *coltum* vel *cultum* pro *coitu* legendum esse. 1) Ipsa vocabulorum comparatio nostræ conjecturæ ansam præbet; quam facillime enim scribentis negligentia & ignorantia cominutari potuerunt. 2) Cultus equi nil quidquam absurdi, multo minus αἰδύνατον, quid, inducit. Maximum quondam equis honorem fuisse habitum, extra omnem dubitationis aleam positum est. Flamini sacrorum equum tangere non licuisse, cum Romæ publicis sacris immolaretur, ipse docet *Plinius*. p) C. Caligulæ insania tanta erat, ut, autore *Suetonio Tranquillo* q), præter equile marmoreum, præsepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac monile e gemmis, familiam & supellectilem, Consulatum ei destinaret. Addit *Dio* r), quod Sacerdotii honores equo contulerit. Denique 3) Persarum olim & totius fere Orientis mos fuit, non immolare tantum Mithræ h. e. Soli equos, sed summam quoque illis reverentiam & cultum præstare. Alebantur in sacrum usum pulcherrimi totius Asiæ albentes equi, quorum unum eximæ magnitudinis Soli dicabant, Vestæque h. e. igni sacro similem habebant. s) Non ergo mirum est,

Semi-

m) *L. XII Cap. 16.* n) in *Alexandro f. Pseudomanti.*
 o) *Gell. L. XIII Cap. 4.* p) *L. XXVIII Cap. 9.* q) *Cap. 55.*
 r) *Lib. LIX.* s) *Curtius L. III, Strabo, & inprimis*
Dio Chrysostomus in Oratiōe Berysibēnica 36.

Semiramidi cultum equi potuisse adscribi. At, inquis, cultus vocabulum ambiguae est significationis. Fateor; ipse *Plinius* t) non uno modo hoc utitur verbo. Pro vestimento, pro ornamento, pro cultura vitium & agrorum, pro veneratione demum religiosa, illud usurpat. Sed facile est ad existimandum, posteriorem significationem in locum nostrum quam maxime convenire, tamen non necesse sit veram adorationem sub hac voce comprehendere.

Potsem quidem hunc locum in alium mitiorem sensum interpretari, & verba: *equum adamatum usque ad coitum*, ita explanare: Semiramidis in equum suum amores adeo dissolutos fuisse, ut vel ejus coitu gaudere desideraverit. Verum, quamvis hæc explicatio ad minuendam verborum rerumque pugnam haud incondite composita videatur, cum Semiramis impudica & libidine insaturabiliter furens femina, ab equina lascivia parum aliena fuerit;

Illi enim *flagrans amor & libido,*
Quæ solet matres furigare equorum,
Sævit circa jecur ulcerosum; u)

cum porro, quod utique miserum est, negari non posse, dum turpissimum esse confiteri, aut reticere illud jubet pudor, inhumanas brutasque libidines admiserit luxuriosa humanitas, & ipsæ statuz lascivientes quosdam habuerint amatores w); quemadmodum equus æneus Jovi Olympio consecratus, ob adfusum æris mixturæ Hippomanen adductos equos in tantam rabiem coitus rapiebat, ut eum nil minus furenter invaderent, quam si cum vivente pulcherrima equa congregari adorirentur x); tamen hoc quidquid est explanationis

Q 3

-
- t) Diversas hæc significationes in Indice *Harduini* longa serie reperies.
- u) *Horat. Od. 25 L. I, Aristot. Hist. Anim. L. VI, 18*, ex feminis equas libidine incendi potissimum, asseverat.
- w) *Balth. Bonif. Hist. Judicr. L. XIV, 13.*
- x) *Plin. L. VIII Cap. 42*, sed plenius & accuratius *Pausanias L. V* sub finem.

tionis regulis veræ interpretationis & linguæ Romanæ rationibus non plane respondet. Nam vocula *usque ad* inclusionem, non exceptionem, verborum rerumque sequentium, ni fallor, hic indicat, præsertim quia Codices MSti *usque in coitum* præ se ferre dicuntur. Præterea Autores, qui Semiramidis vitia longa alias commemorant ferie, nullam monstrosæ ejusmodi cupiditatis aut veneris mentionem inferunt, sed hoc tantum confirmant, quod humanitatis amantissima ad toleranda viduitatis incommoda, ex exercitiis suis viros forma pulcherrimos corporisque habitu præstantes elegerit, quos pro meritorum gratia crudeliter, sed tacite, interficiendos curavit, quo magis a proditoribus secura, intemperantiæ caliginem offunderet, ac furtivum dedecus perpetua oblivione sepeiret. Quæ rationes quoque me de hac sententia deducunt.

Non multo clarior & certior esse videtur Cl. *Harduini* emendatio. *Quid*, inquit, *y) si legas : usque in rogam?* Nam *Hyginus Fab. 243, Semiramis, inquit, in Babylonia, equo amisso, in pyram se conjecit.* Nolo quidem opponere, integrum novum vocabulum in alterius locum præter necessitatem substitui, cui Codex nullus probatæ fidei favet; tamen duplici hæc semper correctio laborat ambiguitate. Aut enim loquendi formula *usque in rogam* idem significat ac *usque in mortem*; aut eo extendenda, Semiramidem amasse equum usque eo, ut, amisso illo, in rogam vivens se immiserit. Si prius alterutra promiscue poni potest; rogam æquiparatur morti: tum autem illa dictio nec mirum nec memorandum quid continet, quod tamen *Plinium* collineare, ex filo orationis nexuque haud difficulter perspicimus. Si posteriùs, *Plinio* tribuuntur cogitationes, in quas fortassis tum temporis ne per somnium quidem incidit, &, repugnante interpretationis ordine, fingitur, vagam illam locutionem de caritate equi singularem *Hygini* narrationem de voluntaria Semiramidis morte ob interitum equi comprehendere.

Nam

y), T, I p. 494 n. 124 Emendationum.

Nam neque verbum *adamare*, neque vocabulum *rogus*, hanc extensam significationem recipiunt, multo minus quidquam præcedit aut consequitur, quod huic explicationi faveat. Hactenus ergo mea qualiscunque emendatio ad veritatem quam proxime accedit. In explicandis certe Autorum corruptis & obscuris sententiis omnia aperte judicari non possunt, eamque ob causam, si quidquam accidit probabile, & nihil verisimilius probabilitatem evertit, eo utendum est utique.

Denique, si quærimus, cur hujus corruptissimi loci emendationem tot tantique interpretes intentatam hactenus reliquerint, cum & ipse *Harduinus* quasi in transcurso tantum illum tetigerit, nilque minus, quod pace Viri Celeberrimi dictum sit, fecerit, quam ut clariore locus luce resurgeret, causam hanc præ ceteris reperio. Tres inprimis Assyriorum inveniuntur Semiramides; *prima* uxor Nini, vitiorum faulrix, quam luxurix atque impudicitix dedecus reddidit detestabilem, *secunda* Belochi, XVIII Assyriorum Principis, filia, quamplurimis Semiramis, aliis *Aroffa* dicta, a patre ob ingenii excellentiam singularemque prudentiam in imperii societatem adscita, multis victoriis bellicisque laudibus clarissima; *tertia* uxor Nabuchodonosaris, quam ob summos labores hortosque maxima admirabilitate insignes, ejus hortatu confectos, veneratur antiquitas. Quamvis autem harum Reginarum historia crassissimis olim circumvoluta obductaque jacuerit obscuritatibus, adeo, ut errore *Ctesia*, Autoris minus accurati, tres in unam converterentur; & primæ Semiramidi, mulieri luxuriosæ & dissolutæ, gloria etiam secundæ, & magnificentia tertix, præpostere & imprudenter tribuerentur; tamen nemo facile quidem Semiramidis cujusdam effusas in omni intemperantia libidines ignorabat, cum non pauci scriptores summa illius, operienda omnino tenebris, flagitia in lucem proferrent, convitiis, probis maledictisque, nec injuria, onerarent. Quo factum est, ut, quicquid ad confirmandum scelus augendamque Semiramidis infamiam pertinet, apud omnes facile fidem invenerit, & una cum seculis ætatibusque hominum inveterare potuerit. Absit autem, ut
crimina

crimina hominum nos a veritate aut ejus inquisitione defle-
ctant. Quod reliquum est, miror, liberali atque elegantiori
doctrina politissimum *Langlois du Fresnoy* perverſam *Pli-
nii* lectionem comprobasse. In excellenti enim Opere, quo
Historiam tractandi rationem mirifice docet, diligentiam no-
bis fidemque & libertatem suam plane probat, ac veritati in-
primis servit, Semiramidum quoque res gestas subtiliter &
particulatim persequitur, & ab omni alias ambiguitate libe-
rat. Sed, posteaquam primæ Semiramidis perpetuam stupri
consuetudinem, incestum, ceteraque nefanda flagitia, fufius
enumeravit, hæc addit: 2) *Elle n'en resta point dans les bor-
nes de l'humanité, & l'Histoire a soin de nous avertir, qu'
elle se précipita dans le feu, par l'extrême chagrin que lui
causa la mort d'un cheval qu'elle chérissait tendrement.* Se-
miramis in Babylonia, equo amisso, in pyram se conjecit. *Pli-
ne* a soin d'en apporter la raison: equum adamatum a Se-
miramide usque ad coitum. Quibus in verbis hoc inprimis
obſervo, quod, diverso ab *Harduino* ordine, *Hyginum* ex
Plinio, non *Plinium* ex *Hygino*, illustraverit, quod sane non
improbandum, si modo *Plinii* verba eo sensu, quo afferun-
tur, cum ratione consentirent; quod quidem rectissime ne-
gamus. Quamobrem nostra hæctenus proposita emendatio
Hygino hoc magis videtur infervire, quo minus contradic-
tionis involvit. a) Si enim mirum est, quod se ipsa Semiramis,
amisso

2) *Méthode pour étudier l'Histoire T. I p. 296, 297, edit.
noviss. Paris. 1729, 4.*

a) Ceterum *Hygini* narratio duplici modo in dubium
vocari potest. 1) Orientis accolis *πυροδελεία* seu civilis
ignis cultus erat, & quidem adeo religiosus, ut non lice-
ret ore aut foliis illum inflare, & Sacerdotes, ad pro-
hibendos impuros halitus, ora tegerent. Inprimis mu-
lieribus puerperis sub pœna prohibitum erat, ignes sacros
saltem inspicere. Quis ergo credat, Semiramidi permis-
sum fuisse, in ignem se conjicere, cum hoc modo ignis
maxime

amisso equo, sua sponte in flammam dederit præcipitem; idcirco tamen non opus est coitus fictione, quoniam ob acerbissimum, quem ex equi carissimi religioseque habiti iactura hausit, dolorem ad eundem furiosum vitæ exitum impelli potuit. Cupidis certe & sitientibus voluptatum, præcipue parum expertis, odiosum & molestum esse, illis privari, quippe qui avidius ex insolentia in eas se immergunt, at satiatis & expletis jucundum sæpius videtur carere, usque adeo, ut propter levissimas rerum mutationes immaturum haud raro querant funus. Semiramis igitur, tanquam emoritis libidinum cupiditatumque omnium stipendiis, cum nil amplius potuerit desiderare, cumque satietas sit plena poenitentiae, repentino incitata dolore, voluntaria occumbere potuit morte. Objicis, vix esse probabile, hominem mentis competentem ob interitum quadrupedis, acquisitionis facillimæ, mortem sibi voluisse consciscere, nisi omnino singularis quædam subfuerit causa. At primum, mulierem libidine furentem ratione uti, nego; deinde contraria opinio omnes verifinitudinis limites excedit, majoresque ac inenodabiles completitur difficultates. Aut enim potuit cum equo suo confuescere, aut non; si potuit cum hoc, etiam licuit cum alio, ideoque hoc casu non magis debuit illum desiderare, quam in priore; sin minus potuit, alia certe doloris fuit causa, quam coitus.

maxime pollueretur. *Herodotus* certe *Cambysem* ob combustum *Amasis*, *Ægyptiorum Regis*, cadaver reprehendit. *Tb. Hyde Hist. relig. vet. Pers.* passim, præcipue *Cap. 27 p. 344.* & in *Zoroastris præceptis* *ibid. p. 474.* 2) *Justinus L. I Cap. 3* *Semiramidis* mortem multo aliter describit: cum, inquit, *concupitum filii petiisset, ab eodem interfecta.* Nolo hæc disquirere aut urgere, cum ab instituto aliena sint.

A NEW GRAMMAR &c.

h. e.

GRAMMATICA NOVA, COMPOSITA EX
Scriptoribus Classicis, instituendis in Latina lingua pueris per præcepta plana Anglica, methodo facili & aperta.

R

1771,

ta, cum Notis & Observationibus Criticis, in usum Scholarum Magnæ Britannie & Hiberniæ, Autore S. SHAW, M. D.

Londini, apud Wilh. Innys, 1739, 8.

Pl. 13 diimid. ch. maj.

DEbet juvenus jam plures in hoc genere libros diligentissimo Autori, qui scholæ Tamworthensi Comitatum Staffordiæ & Warwicensis præest. Anno seculi præsentis 30 iterum prodiit *Syntaxis* illius *Anglicæ* scripta, in cujus ipso titulo indicat, se putare, fieri non posse, ut ex Latina Grammatica Latine discat pueritia. Primam ejus editionem placuisse popularibus, vel inde apparet, quod recudenda fuit, & quod in titulo *Lexici Grammatici*, Anglica itidem lingua Londini A. 1726, 8, editi, nomini suo adscripsit, se Autorem esse *Syntaxeos* in usum scholæ Tamworthensis scriptæ. Non ultima dos libellorum ipsius est, quod breves sunt. Sed, cum ex ipsis Classicis Autoribus compositam ait hanc Grammaticam, in eo, nescimus, an fidem ei usquequaque habituri sint homines. Nostrum non est, in talibus præsertim libellis catalogos errorum texere, quæ illiberalis admodum & ingloria opera est: sed neque velimus promiscuis laudibus vel adultores publici, vel imperiti nimium ejus rei, quam agendam suscepimus, videri. Ut igitur perspicuitatis, distinctionis, ordinis, laudem, quæ in hoc genus libellis primaria est, non invidemus huic Grammaticæ, ut facile ferimus *Syntaxin* omissam, quam scilicet peculiari Opusculo tractavit Autor, ut plura, quæ deesse hic videri possunt, ex ipsius *Lexico Grammatico* hauriri posse concedimus, Profodiam autem ex *Alvaro* peti; ut idoneas causas habuisse putamus Autorem, de nominum genere & declinationibus copiose agendi, de verbis autem præter paradigmata proponendi prope nihil; hæc igitur ut transeamus, apparet his, qui attendere & judicare possunt, non ex ipsis scriptoribus Latinis compositam esse hanc Grammaticam, (quod de Cl. *Schwartzii* nostri Opere nupero jure prædicatur,) non eo tantum indicio, quia parce admodum laudantur nominibus suis, & rarissime cum ipsorum locorum indicatione, sed aliis etiam nonnullis, quorum unum alterumque bo-
na

na cum Viri optimi veniā proponemus. Distributiva pro cardinalibus posita, ait, singulari numero posse poni, e. g. *sexta cervice feratur*. Putabamus, forte errorem intercessisse, *sexta* positum pro *sexta*. Sed deprehendimus paullo post, verba esse *Juvenalis* 1, 64, neque quidquam ibi variare libros. Inter pluralia tantum cum referantur *Manes*; Noster observat, *Mani* esse apud *Catonem R. R.* 141. Sed illum quidem vocandi casum esse nominis proprii; per *ἀνθρωπικῶν* positi, nemo temere negaverit. De Diis certe *Manibus* ibi cogitare quomodo potuerit quisquam, ambigimus. Mira distinctio est, cum *Apronta* separam ab iis, quæ vocat *Invariabilia*, quorum illa omnes una terminatione casus comprehendant, hæc paucioribus casibus contineantur: quæ quidem *defectiva casibus* dicuntur reliqui. Ita Sectio VIII de *heteroclitis* adjectivis agere dicitur, neque tamen ibi videas exponi nisi de iis, quorum neutra terminatio in plurali numero desideratur, v. g. *celer*, *artifex*, *compos* &c. Vocis *Rosmarinum* obliquos apud *Plinium* reperiri, negat. Sed poterat illi Index *Harduini* ter ostendere genitivum *roris marini*, & semel ablativum *rove marino*.

p. 7.

8.

11.

14.

15.

EMANUELIS ALVARI REGULÆ DE SYLLABARUM quantitate, cultiores multo & auctiores, quam antea, editæ. His accedit ars metrica, ita concinnata, ut, quæ de præcipuis Carminum generibus documenta traduntur, exemplorum loco esse possint. Quibus adjungere visum est lusus aliquot poeticos, Carminaque, ex variis Poetis selecta, & secundum literarum seriem disposita, cum Indice Poetarum &c.

Opera & studio L. V.

Londini, ex Typographia Regia, prostat apud Guil. Inyys & Nic. Prevost, 1730, 8.

Pl. 13.

Autor in Dedicacione ad *Guil. Cavendish*, Marchionem Hartingtonium, *Guilielmi Ducis Devonix* filium natu maximum, *Ludovicus Vaslet* vocatur, & Scholæ Fulhamensi, regendisque Illustrissimi, cui inscriptus libellus est, pueri studiis præfectus est. *Alvari* versibus subjecta sunt exempla

R 2

& Ob-

P. 112.

& Observationes aliz. Genera deinde Carminum non suis tantum versibus declaravit Vir Cl. sed *Terentii* etiam nonnunquam, *Martialis*, ac *Terentiani Mauri*. In lusibus poeticis aliquot etiam ænigmata Symposiana, an Symposiaca? refert, & in his quartum nonagesimum, quod ante aliquot annos multorum exercuit ingenia, *octo tenes manibus &c.* illique solutionem adjecit plane similem *Hæscane* in edit. *Cel. Heumanni* nostri p. 200; nempe hanc, *de argenteis semisolidis octo, septem tolle, remanebit unus, qui sex valet asses Anglicanos.*

ELOGIUM POLYCARPI LEYSERI, 11

Polyhistoris Helmstadiensis.

Habet omnino, cur inflictum sibi morte Viri excellentis ac vere Polyhistoris non Academia tantum Julia, sed omnis etiam Germania ac universus orbis eruditus, vulnus doleat. Decessit enim de vita d. 7 mensis Aprilis A. 1728 *Polycarpus Leyserus*, in Academia Helmstadiensi Poeseos & Historiarum Professor, Philosophus insignis, excellens Medicus, gravis Jureconsultus, Vir omni politiorum literarum genere mirifice excultus. Occidit in optimo ætatis flore, quippe vix septem & quod excurrit annos trigenario major, cui tam ob ingenium præstantissimum, quam paternorum avitorumque præclare factorum memoriam, auspiciatissimum felicissimumque ad altiora summo cum ardore enitendi jam inde ab incunabulis paratum iter videbatur. Ortum duxit ex gente præclara & antiquissima, utpote jam ante hos quingentos annos in terris Austriacis nobilitatis laude florente, ubi nec hodie desunt, qui, Pontificiorum sacris addicti, illustrem Baronum de *Leyser* dignitatem tuentur. Sed, cum parentes Nostri adeo ab omni mentis elatione alieni fuerint, ut, ejurata Romanensium superstitione, ultro se hoc fortunæ splendore abdicaverint, non in natalium, sed virtutis, nitore veram nobilitatem collocantes; ad literarum studia animum applicare, quam externo fastu atque luxu alios plus justo antecedere, maluerunt. Præ ceteris vero studiis nobilioribus Theologiam amplexi sunt toto animo, & satis constat, non patrem

patrem solum *Polycarpi* nostri, sed & avum paternum, maximi sui temporibus nominis, & de Ecclesia Evangelica meritis-
simos Theologos fuisse. Patrem quidem habuit *Polycarpum
Leyserum*, S. S. Theol. Doctorem, & id temporis Wunstor-
pionis Ecclesie supremum Antistitem, postea vero Augustissi-
mo Magnae Britanniae Regi a Consiliis sacris, & Ecclesiarum
Ducatus Cellensis Superintendentem Generalem; avum vero
Fridericum Wilhelmm, Cathedralis Ecclesie, quae Magde-
burgi est, primarium quondam Antistitem. Mater ei fuit *Mar-
garetha Magdalena*, *Hermannii Barckhusii*, Viri magnorum
idem in Theologiam meritorum, filia. His ornatissimis mayo-
ribus & fortunatis parentibus Wunstorpii editus d. 4 Sept. A.
1690, tenera admodum aetate, cum fratre suo nato minore *Fri-
derico Wilhelmo*, relicta urbe patria, quae tum temporis
ingenia formandae juventuti apta non ferebat, in
varia literarum Gymnasia, Ilfeldense praecipue, Goettingense
& Magdeburgense, se contulit, in quibus una cum fratre
sibi conjunctissimo tam diligenter doctrinarum studiis opera-
tus est, ut non in primis tantum literarum elementis, sed
in ipsis etiam disciplinis nobilioribus, brevi tempore insignes
faceret progressus. Cujus rei testis praeter alios cum primis esse
poterat *Justus a Dransfeld*, id temporis Praedagogii Goetting-
ensis Director, qui, quoties Noster sub ipsius ductu aut di-
cendo, aut disputando, aut alio exercitationis genere, vires in-
genii sui periclitaretur, nunquam praecelara haece industriae
specimina publico & typis exscripto Elogio condecorare in-
termisit. Positis ita studiorum tirociniis, laudabiliterque ja-
ctis maguae doctrinae fundamentis, A. 1709 Gymnasia cum
Academiis commutavit. Hassio-Schauenburgicam, quae Rin-
telii floret, primam salutavit, cumque, non minus optimi
suasui parentis, quam glorioso nonnullorum ex majoribus
exemplo, concitatus, sanctioris doctrinae ac Scri-
pturae sacrae, cognitioni totum se dederet, praeeun-
tes hic celeberrimos Viros, *Kablerum* & *Bierlingium*,
Theologos tam pios, quam eruditos, impigre secutus
est. Anno vix confecto, Rintelio Rostochium disces-
sit, coeptam feliciter studiorum telam hic pertecturus.

Audivit hic celeberrimos Theologos, & *Fechii*, *Grunen-bergii*, *Grapii*, *Krakewitzii* & *Kepkenii*, scholis, studio sacro dicatis, examinatoriis præsertim & disputatoriis, diligenter interfuit. Præsides *Grapio* partem Theologiæ Polemicæ *Raviana* respondendo ventilavit. Moderatoribus certaminis *Krakewitzio* & *Kepkenio*, Theologiam cum aliis commilitonibus disputando absolvit, id quod bina typis exscripta Programinata testantur. Biennio exacto, Helmstadium delatus, ducente inprimis summe venerabili Abbate *Jo. Andr. Schmidio*, iter theologicum profecutus est, privatim & publice cum socio *Jo. Andr. Duvio* Theologiam disputando percurrens, teste *Prohufonum Marianarum*, quas edidit *Schmidius, tertia*. Solennem his adjecit eodem conflictus moderatore *de Conciliis Moguntinensibus, præsertim de eo, quod A. 1310 a Petro habitum est, Dissertationem*. Neque intermisit alios almæ Juliæ doctores adire, ex quorum omnium fideli institutione tantum profecit, ut insignem omnino largissimæ messis faceret expectationem. Desiderium vero parentis sui prompto obsequio impleturus, A. 1713 patrios ad tempus repetiit lares, & otium u.æctus, ea, quæ Rintelii, Rostochii & Helmstadii, audiverat, perindustrie feliciterque in usus suos convertit, jamque lectioni librorum se totum dedit, atque ex his optima quæque ad locupletandam doctrinam hausit. At vero, in hoc secessu solitario cum a frequentiori eruditorum consuetudine, qualis in Academiis patet, nimis se remotum cerneret, *Wunstorpti* diutius hærere noluit, tenebrisque domesticis lucem prætulit Academicam. Rationibus omnibus probe subductis, in almam *Leucorin*, celebratissimam ad Albim bonarum artium mercaturam, commigrandum sibi duxit. Ingressus hanc A. 1714, pari ardore, quo antea, ad cœlestis doctrinæ culturam animum appulit, ediditque nobilioris studii documenta publica, *Discordiam rationis & fidei in controversiis cum Antitrinitariis, insertis Wiffowarci, Leibnitii, & aliorum, scriptis hujus argumenti ineditis*, & Dissertationes binas, tecto nomine publicatas, quarum altera: *Num bona opera in actu Justificationis sint præsentia?* Præsides *Wernsdorfio*, altera *de Pro-*

movendis commodis Ecclesie Evangelica, Præfide Cbladenio ventilata est. Conscripsit præterea Epistolam de *Præsumptione contra Clerum*, & Dissertationem de *noviter adornanda N. Test. Græci editione*. Hactenus *Leyserum* nostrum strenuum Theologiæ cultorem vidimus; jam, mutata forma, spectandum se nobis præbeat Philosophum. Quantum sapientiæ studiis pretium statuerit, non solum exinde apparet, quod, cum scholastica adhuc subsellia premeret, Philosophiam cupidissime consecutus est, posteaque, cum Academiam salutasset, adeo in amoribus habuit, ut A. 1714 Wittebergæ in solenni Magistrorum renunciatione, Cæsar. Philologo, *Wichmanshuso*, tum temporis hujus præmiû distributori, Philosophiæ Doctoris titulo, quem vulgo Magistrum vocant, dignissimus judicaretur. Neque vero postmodum tanto se honore indignum præbuit, sed omnes potius eo intendit nervos, ut cuique se tam excellenti doctrina, quam probis moribus, maxime commendaret. Scholam aperuit Philosophicam, magno semper audientium numero frequentes. Præfates plus simplici vice cathedram Philosophicam conscendit, *Societatem Colligentium* instituit, operamque dedit, ut Observationum de variis ex omni eruditionis genere selectis argumentis aliquot in lucem prodirent fasciculi. Quo spectant potissimum nonnulla ejusdem Opuscula, temporibus diversis edita, eruditeque conscripta: *Cautiones circa Bibliothecas*; *Vindiciæ generales Scriptorum, qui vulgo supposititii habentur*; *Meditationes de genuina Historia literaria*; *de Vita & scriptis Jo. Bodini*; *Animadversiones criticae in Ephemeridum literatarum, imprimis bodianarum, methodum*; *Observationes de præteritis terminis technicis a Mose adhibitis, contra Andr. Rudigerum*; *Apparatus literarius, ex variis quibusdam & selectis observationibus constans*; *Disquisitio convictorum, quibus Andr. Rudigerus Physicam suam tueri molitus est*; *Examen Philosophiæ Wolfianæ Philosophicum*; *Erinnerung gegen Idirpii Consur, so er von dem Examine Philosophiæ Wolfianæ gefallen*; aliaque. Non immerito igitur Noster in numerum Assessorum Ordinis Philosophici receptus, locum in eodem occupa-

vit A. 1716, habita prius poreleganti, *de Origine eruditionis non ad Judæos, sed ad Indos, referenda*, Dissertatione. Neque vero, rebus ita constitutis, intermisit similiter tam Themidi, quam Æsculapio, sacra facere. Rostochii non tantum *Schæpfers* scholas diligenter frequentare, sed & in ejusdem consuetudine versari, pulchrum sibi ac honorificum existimabat. Adiit ibidem *Schaperum*, cui, omnes Medicinæ partes docendo percurrenti, ita adhæsit, ut eo duce nullam earum reliquerit intactam. Wittebergæ vero Celeb. Medici & Archiatri Regii *Bergeri* lectionibus privatissimis, frequentique alloquio & interiore admittance, magno suo cum fructu usus est. Præparatus igitur Noster ad quæcunque munera rite obeunda, diutius in obscuro latere non potuit; quin Wittebergæ adhuc hærens, ad munus Philosophiæ extra ordinem docendæ solenni vocatione Helmstadium fuit excitus. Quam sibi mandatam provinciam A. 1718 eleganti Oratione, *de Ficta mediæ ævi barbarie, imprimis circa Poesin Latinam*, publicatoque *de Reformationis disciplinarum necessitate* Programmate, auspiciatus est. Quam tamen Philosophiæ Extraordinariam cum Ordinaria Poesis Professione, anno vix exacto, superiorum jussu permutavit. Habuit & sub hujus muneris initium perelegantem *de Poesi disciplinarum principe* Orationem. Neque vero, quod maxime quidem sui esse putabat muneris, artem poeticam ore tantum docuit, sed & variis pulcherrimisque scriptis illustravit. Habemus *Historiam Poetarum & Poematum mediæ ævi*; *Programmata de Vera Poesis indole*; *de Artis Poeticæ Horatiæ virtutibus & vitiis*; *Gualteri Maper Rhythmos binos de Concordia rationis & fidei ex Codice MSto erutos*; *Augustini Calmet Diss. de Poesi veterum Ebræorum in Latinam linguam translata*; *de Frustra quesita Poesi in Codice sacro Hebræo*; *Galfridi de Vinofalvo Artem Poeticam ex MStis editam*; denique *de Acuminibus spuris in arte poetica vitandis*. Quæ cum maxime ageret Noster, missus fuit ab Academia Helmstadiensi A. 1721 Rintelium, qui sacris ejusdem secularibus publico nomine interef-

set,

set, quippe non magna solum eruditione sua, sed elegantissimis etiam & ad genium ætatis compositis moribus, eximiaque corporis forma, ad officium legati obeundum præ ceteris quam maxime commendatus. Qua favente adeo occasione, in mentem veniebat Nostro, a Serenissimo suo Principe, ut sibi per menses aliquot ab Academia Julia abesse liceret, exorare veniam. Qua facile impetrata, eam superioris Germaniæ partem, quæ Rheno alluitur, hoc potissimum consilio brevi peregrinatione perlustrare instituit, ut exteris quoque innotesceret eruditis, atque ab iis literarias quasdam merces colligeret, non tam in peculiarem rei suæ familiaris, quam in communem orbis, quaqua patet, eruditi usum, convertendas. Primum autem omnium Rintelio discedens, perrexit Cassellas, itineris comite perillustri Barone de *Danckelmann*, Serenissimo Hassiæ Principi a Consiliis regiminis. Quicquid Cassellæ in aula, palatiis, museis, magnificentum splendidumque habeat, aut artis usquam ac elegantix ostentant, totum hoc, quantumcunque est, vidit, perspexit, cognovit, intenteque observavit, ut ipse fusius refert in *Cogitatis de Flore Academiarum promovendo*, A. 1723 publicatis. Marpurgum transeunti *Borellum*, magni nominis Medicum, ac *Schminckium*, hodie Hassio-Cassellani Principis Consiliarium, Historiographum & Bibliothecarium, salutare licuit. In Academia Giessena per haud longum temporis spatium commemoratus, *Schupartum*, Theologum, *Liebknichtium*, Mathematicum & Theologum, *Weberum*, Consiliarium & Jctum, qui Historicos MStos & nummos antiquos inspiciendos ei obtulit, *Kortholtum*, Eloquentiæ & Poeseos Professore, *Massonium*, Moraliæ, & *Ayrmannum*, Historiarum Professore, adiit. Francofurti ad Mœnum cathedrale templum, in quo electionis & coronationis Invictissimorum Imperatorum sacra celebrari solent, ossaque Guntheri Schwartzburgici sunt condita, conclavia Electorum, conventibus in Curia destinata, & Caroli IV de eligendo Imperatore decretum, aureo sigillo Bullave munitum, vidit; at Moguntiam delatus spe videndi alius aureæ Bullæ exemplaris excidit. In-

terfuit tamen Disputationibus Theologicis Patrum e Societate Jesu, & horum non minus, quam aliorum, Monachorum Bibliothecas, scriptis præcipue Codicibus illustres, nec non musea *Geduliana* & *Schleaberianna*, diligenti oculo perlustravit. Heidelbergæ auditoria publica splendidissima, *Olympia Fulvia Morata* sepulchrum, *Miegii*, Theologi, & *Nobelsii*, Medici, exquisitiores conspexit Bibliothecas. Agentorum postquam pervenit, singularis hujus urbis & Academix celebritas permovit eum, ut non solum in urbe aliquantisper commorari, sed & ab Academia honores Doctorales animum induxerit expetere. Neque facti adeo ipsum pœnituit. Taata enim ubique gratia & humanitate exceptus fuit, ut, simul atque Academix Patribus innotuit, non solum solennioribus singulis actibus eum interesse, sed etiam proximum semper a Rectore Magnifico locum occupare, voluerint. Itaque Academicorum numero adscriptus, id ipsum, cujus rei gratia Argentorati per annum integrum subsistit, ordine aggressurus, d. 8 Jan. A. 1722 a Decano *Scheidio*, Medico seniore, in Medicinæ Candidatorum numerum receptus est. Insequebantur d. 28 ejusdem mensis prius examen Medicum, & d. 29 posterius, in quibus Problemata, *de usu lienis* theoreticum, & *de scorbuto* practicum, solvenda erant. Quibus tentaminibus exantlatis, dum conscribendæ Dissertationi, quam vocant, Inaugurali operam impendit, a scopo haud alienum duxit, Candidatorum Jurisprudentiæ numero inseri. Quod proinde desiderium cum locum invenisset, dedit nomen ordini Jctorum, Decano *Scherzio*. Sponte concedente Academia, ut Theses Inaugurales in superiori cathedra ventilarentur, & Respondens cooptaretur, pro Licentia, ut ajunt, Doctoris Medici honores & privilegia consequendi, d. 3 mensis Martii *Primas novi Systematis medici lineas* publice proposuit & defendit, respondente *Jo. Georg. Wegelino*. Præsentia sua illustriorem fecerunt Panegyrii Serenissimus hæreditarius Saxo-Meinungenensis Princeps, & plurimi Proceres, alique dignitate & genere illustrissimi: Opponentium vero vices susceperant nonnulli ex Professorum ordine, *Scheidius*,
Aca-

Academix Rector, & ordinis sui Decanus, *Sachsius*, Physices Professor, & ordinis Philosophici Decanus, *Saltzmanus*, Medicinæ, inprimis artis Anatomicæ, doctor, *Baclerus*, Botanicæ Professor, denique *Hertensteinus*, non incelebris Mathematicus. Incessurus porro, quæ ceperat, via, d. 9 Mart. de profectibus in Jurisprudencia requisitus est prima vice, mox d. 11 altera, ubi postremo examine pro recepto more utriusque Juris, Civilis & Canonici, leges erant resolvendæ: Postquam Dissertatio Inauguralis, *de eo, quod justum est circa Jurisprudenciam emendandam*, Antecessorum in Academia censuræ fuerat subjecta, iidemque Præsidium priori simile humanissime indulserant, respondente *Jo. Henr. Greubnio*, Quindecimviri filio, d. 9 April. inspectantibus eodem Celsissimo Duce aliisque honoratioribus, ventilatio Disputationis est peracta, impugnantium partes sustinentibus *Bullingero*, Equite Colonienfi, *Friderico* S. R. I. Lib. Barone de *Goyder*, dicto *Rabensteiner*, *Linckia*, Academix Rectore, *Scherzio*, Decano, *Felzio*, ordinis sui Seniore, & *Baclero*, Antecessore. Licentia impetrata, supererant solennia Doctoralia, quæ, quoniam quinque Candidatis illustriora reddebantur, in Augusti mensis sextum diem sunt protracta. Quo demum illucescente, consuetis cerimoniis, Decano & Promotore *Saltzmanno*, privilegia Medicinæ Doctoris impetravit, Problemate publice ante enodato: *Utrum Medicina reliquis disciplinis quoad cœtitudinem cedat?* Denique colophonem scopo in Academia Argentoratensi præfixo imposuit, d. 5 Novembr. A. 1722 Doctoris in utroque Jure laurea, *Felzio* promotore, ornatus. Quæstionem ea occasione explicandam accepit: *An & qua ratione Jurisprudencia quoad fictions cum Poesi conveniat?* Reliquo tempore, quod a laboribus & solennitatibus vacuum erat, non tantum publicis Disputationibus, partim audiendo, partim argumentando, sæpius interfuit, sed Bibliothecas etiam illustres, & præcipua nummophylacia, aliaque id generis ornamenta publica, diligenter pervestigavit. Itaque illi, animum re literaria maxime refecturo, nihil omnino deliciarum hujus-

modi defuisset, nisi malevoli quidam homunciones interea ejus famam & existimationem omni nisu fuissent infectati. Rumor enim in vulgus emanaverat, incertum, quo autore, *Leyserum* ad alia sacra transundi cupidine tentari. Quam ob causam, cum sentius adeo infausus Argentoratium perferretur, etiam si nullius sibi culpæ conscius esset, necessitate tamen coactus, ne prorsus commodorum suorum negligens haberetur, non tantum publico ab Academia Argentoratensi Testimonio calumnias istas retundere, sed etiam reditum suum in patriam absque mora coactus est maturare. Redux inde, jamque ad pristinos suos labores Academicos rediturus, omnem in eo posuit operam atque laborem, ut paulo longiorem suam absentiam tam publicis & privatis scholis, quam variis, iisque haud inconcinnis, circa hoc tempus in lucem emissis, scriptis compensaret. Pertinent huc, præter Dissertationes Juridicas, quas statim post reditum suum in publico eruditorum examine ventilavit, utpote *de Brustrana cadaveris inspectione in homicidio*, binasque *de Limitibus, qui JCs a Theologis ponuntur*, & duo Programmata, alterum *de Primis Juris Germanici scripti incunabulis*, alterum *de Veterum JCsorum divisionibus non juridicis*, Opuscula nonnulla Historica, quibus historiæ Imperii Romano - Germanici qua media tempora egregiam affudit lucem; *Historia nempe Comitum Wunstorpiensium; Historia Comitum Ebersteinensium; Vertheidigung seiner Ebersteinischen Historie gegen Herrn D. Behrens Remonstrazion; Genealogie Comitum Blanckenburgensium, Reinssteinensium, Ebersteinensium, & Hojensium; Commentatio de Contrahgillis mediæ ævi; Programmata de Lachis Louba; de Existentiâ Joanna Papissa; de Profecione Principum & adventu felici in nummis veterum Romanorum, & aliud: Salus Augusti ex nummis; Panegyricus in Magnæ Britanniæ Regem, Georgium I; Specimen Tabularum Progonologicarum, Augustissimi Regis Georgii I majores aliquos, Imperatores maxime & Reges, sistentium; Consilium & monita de Diplomatico Historiæ Germanicæ Corpore concinnando; Observata*
Di-

Diplomatico-Historica: 1) de Jure Justiniano a Lothario Imperatore in Germaniam minime introducto; 2) de Lantinc, Jure Germanorum honorario; 3) de Servis servorum; 4) de Frilingis; 5) de Differentia Nobilium medii & hodierni avi; 6) de Litonum absolutione; 7) de Iniquitate testamentorum; 8) de Servis nobilibus; 9) de Patria potestate in Germania ignorata; 10) de Jure legitima; 11) de Adoptione per Andelungam; 12) de Origine Patriciorum Germania; 13) de Advocatis Principum; 14) de Mundiburdio. Nec prætermittenda est Commentatio ejusdem de Vera Geographica methodo. Atque his & similibus in studium Historicum meritis non tantum id consecutus est, ut fama ejus quotidie cresceret, sed etiam, qui Viro illustri, Habnio, Hannoveram evocato, in Historiarum Professione succederet, præter eum dignior nemo inventus sit. Injunctæ igitur ei primum sunt Lectiones vicariæ, additis tamen promissis, fore, ut, si, qua cœpisset, via pergeret de studiis Historicis præclare mereri, propediem ipsum Historici munus obtineret. Lectionibus hæc vicariis Programmatibus loco brevi quidem, sed multa eruditione referta, de Sigillo Principum Brunsvicensium Majestatico, prælusit Commentatione. In ipsa vero Historiæ tractatione ea semper usus est methodo, ut, posthabitis & valere jussis recentiorum scriptorum Systematibus vel Compendiis historicis, asserta sua scriptorum cœvorum autoritate, & antiquorum Diplomatum, aliorumque fide dignorum documentorum, testimoniis adstruere semper laboraret, unde etiam evenit, ut, cum circa idem tempus audiret, latere in Septentrione, & quidem in privatorum scriniis, multa egregia documenta historica, tempore bellorum, in Saxonia inferiori gestorum, ex tabulariis & monasteriis eo translata, A. 1726 mense Martio, impetrata Superiorum concessione, iter novum per duos menses in Daniam susciperet, nullis parcens sumptibus, quantumvis magnis, ad ea undique conquirenda, quæ sibi aliquando videbantur profutura. Quo in itinere constituto non tantum exoptatissima affulsit

occafio, per multos viros eruditos, & inter eos maxime Reverendissimum literatissimumque Hafnienfium Epifcopum, *Wormium*, qui ipfum rariffimo MSto donavit, compellandi, fed & varia hinc inde in publicis Bibliothecis, tabulariis, ftatuis, marmoribus, antiquis infcriptionibus, Diplomatum, figillis & monetis, annotandi, unde obfcuriffimæ Cimbricarum gentium antiquitates, & ipforum Germanorum res gefte, non parum lucis fœnerantur. Cujus itineris fructum deinceps Nofter in ufum redundare orbis eruditi juffit, cum Helmftadium reverfus, infignem illam doctoris Historici fpartam circa finem A. 1726 obtineret; cujus graviffimi muneris aufpicatiffimum terfa fane & eleganter elaborata Oratione, *quod nihil fcitur, nifi quod hiftorice fcitur*, initium fecit. Atque hunc ardorem animi, in rebus fuis strenue fideliterque peragendis adhiberi folitum, non nifi cum vita deposuit. Clarus ita fuit *Leyserus* natalium splendore, a majoribus accepto, clarus magnitudine eruditionis, clarus etiam ampliffimis dignitatibus. Id unum tantum ejus felicitatem aliquantisper videbatur remorari; quod, moleftiffimis tæpe domesticarum rerum curis diftrictus, impediretur, quo minus literarum ftudia tanto ardore, quanto in eadem ferebatur, tractare poffet, & quanto lubentius alias vitam cœlibem conjugali multis de caufis præferebat, tanto magis inde haberet, cur ferio tandem vitæ fociam, cum qua curas partiretur, expeteret. Fuit hæc maximarum dotium ac laudum matrona, *Louifa*, Excell. & Consult. Viri, *Schreteri*, J. U. in Acad. Salana Doctoris quondam celeberrimi, vidua, & S. Ven. Abbatis *Schmidii* filia, in ordine nascendi tertia, fponfo fuo tam generis, quam dignitatis, claritate non impar; cum qua *Polycarpus* nofter A. 1726 d. 31 Octobr. fauftum aufpicatus eft connubium, nec prorsus infœcundum, cum ex eo optime fpei filia, *Philippina Sibylla*, fupertes adhuc, felici prodierit partu. Ceterum, fi reliquam Noftri vitam fpectes, fuit hæc ita comparata, ut bonus atque pius magis effe, quam videri, voluerit.

Publi-

Publicorum quidem sacrorum contemtor haud fuit, neque tamen, his unis omnem absolvi Numinis divini cultum, unquam sibi persuaderi passus est. In obsequio superioribus præstando fuit promptus diligentissimusque. Collegas amore prosecutus est fideque integerrima. Nunquam cum eorum quopiam vel similitates aluit, vel ulli alii mortaliū gravis fuit atque molestus. Apud illos, quorum curæ potissimum res tam publica, quam scholastica & literaria, commissa est, neminem Collegarum, nec quemquam alium, calumniis impetiit, aut crescenti alterius honori obicem posuit, malas quippe artes, viro bono indignas, vehementer detestatus. In senatu Academico singularem ostendit prudentiam; rogatus sententiam libere dixit, optimarum semper partium. Pro conservandis Academicæ juribus, & Ordinis Professorii honore, vel vitam ponere paratus erat, jurisjurandi, a se sanctissime quondam præstiti, haud immemor. Cum aliis de rebus ad eruditionem spectantibus conferens, aut more Academico disceptans, nunquam se præbuit morosum, aut cedere nolentem. Sententiam suam professus, aliis sentiendi libertatem non denegavit, sed facillimus in ferendis dissentientibus semper extitit. Ut rebus secundis elatum nunquam, ita in adversis nunquam se fractum & oppressum ostendit, & adversus quoscunque casus obfirmatum atque immotum animum servavit. In amicis deligendis adeo cautus & circumspectus fuit, ut neminem amicitia sua dignaretur, nisi quem penitus inspexisset. In communi vita & vulgari consuetudine singularem semper præ se tulit morum suavitatem, gravitate conjunctam. Ad se venientium nemini aditu interdixit, sed quemcunque summa cum humanitate excepit, omnibus quippe obvis addictissimusque. Horas subsecivas, veterum more Romanorum, honestissimis amicorum colloquiis concessit, ut animum studiis defatigatum aliquantum reficeret, & ad altiora rursus excitaret. Eo tamen se imprudentiæ haud passus est perducere, ut vel

inte.

integros dies, vel tempus diurnum, quippe quod ad studia colenda aptissimum semper non tam judicavit, quam ipse expertus est, intempestivis conviviis, aut aliis voluptatibus, more quidem non ita paucis hodie consueto, perderet. Brevibus *Leyserus* noster talis fuit, qualem esse oportebat, qui multos alios tam nominis sui fama atque celebritate, quam maximis eruditionis thesauris, morum gravitate, vitæ integritate, & reliquis viri boni atque honesti virtutibus, anteeret. Uterius ergo nihil restat, quam ut de ultima ejus valetudine & beato ex hac miseriarum valle discessu pauca adhuc adjiciamus. Viribus videbatur integris & corpore robusto, cum nocte ista, quæ primum & secundum mensis Aprilis diem intercedit, ex improvise ferventissimus quidam eum invaderet æstus, cum anxietatibus præcordialibus & præternaturali sudore conjunctus. Quæ symptomata, quia signa videbantur esse latentis adhuc mali gravioris, eum permoverunt, ut, adhibito statim in consilium celeberrimo quodam Medico, variis atque optimis remediis morbo obviam iret. Quorum etiam usu primis tribus diebus se non leviter corroboratum sensit, adeo, ut spe propediem convalescendi profus non destitueretur. Indiciis vero purpuræ rubræ, quæ ab initio hinc inde apparuerant, subito evanescentibus, & morbo ipso in purpuram, quam vocant, albam degenerante, tristi suo exemplo satis superque docuit, non semper esse Medici, depellere morbos, sed horum vim atque renitentiam sæpius ejus dexteritatem juvandique superare conatum. Vix enim sex integri præterierant dies, cum omnibus viribus destitutus, ingravescenti malo Noster succumberet, & infecuta 7 Aprilis die circa horam vespertinam nonam præmatura nimis morte, inter preces & lachrymas suorum, præsentibus Viro S. Rev. *Weisio*, suo in Christo patre, & aliis quibusdam amicis, integra ratione, plenisque sensibus, atque in ipso ætatis suæ flore, non sine summo Academix & eorum, qui cognitam habebant eruditionem ejus incomparabilem, omnium dolore, placide ac leniter obdormiret, non nisi annos natus 37, menses

7, & dies 7.



精(145)精

ACTORUM ERUDITORUM,

Quæ Lipsiæ publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. IV.

STORIE DI GIOVANNI, MATTEO E FILIPPO
Villani &c.

h. e.

*HISTORIÆ JOANNIS, MATTHÆI ET
PHILIPPI, VILLANORUM, in hac nova Edi-
tione comparatæ ad celebrem Codicem MStum Rever.
Abbatis, JOANNIS BAPTISTÆ RECANA-
TI, Patricii Veneti, & alios adhuc duos Florentinos,
quorum beneficio plurimis locis adauctæ & insigniter
emendatæ sunt. Edidit PHILIPPUS
ARGELATUS.*

Tomii II.

Mediolani, 1729, fol.

T. I Alph. 2 pl. 18, T. II Alph. 3

INter Italos, qui patriam Historiam per integrum Seculi
XIV. decursum scriptis tradere instituerunt, vix ullum ce-
lebrius exstitit *Joannis, Matthæi & Philippi, Villanorum*, ci-
vium Florentinorum, nomine; qui res Florentinas vernacu-
lo sermone consignare aggressi sunt. Summa primarum
editionum raritas, quas quidem de *Joannis* Opere princeps,
T licet

licet imperfecte, fecit *Jacobus Fasolus* Venetiis A. 1537 in fol. & post hunc bis repetierunt *Fratres Junta* Venet. A. 1559 & Florentiæ A. 1587 in quarto, quibus & *Matthæi* ac *Philippi* labores, Florentiæ annis 1562, 1577 & 1581 impressi, debentur, abunde demonstrant pretium, quod de illis communi applausu constituerunt Viri eruditi, tam exteri, quam indigenæ. Reliquit post se eximio intervallo scriptores duos alteros *Joannes*, tum amplitudine argumenti, siquidem cœptum ab ipsis conditiæ urbis Florentinæ initiis narrationis filum persequitur, & ad annum usque 1348, quo peste consumptus vivere desiit, continuat, tum & stili elegantia linguæque Tuscæ puritate; unde meruit subinde in *Vocabulario della Crusca* tanquam emendatissimum scribendi bene exemplum allegari. Non equidem caret omnino fabulis; sed commune hoc Historicorum istius ævi vitium tolerandum tantisper etiam in Nostro fuerit. Successit in hanc provinciam defuncti frater *Matthæus*, & *Historiam Florentinam* ad annum usque 1363 dēduxit, quo ipso, simili cum germano mortalitatis pestilentis fato usus, obiit. Addidit tandem brevem unius anni mantissam *Matthæi* filius, *Philippus*.

Quid existiment de hoc Opere universim rerum periti, apud *Gesnerum* & *Possevinum* in Bibliothecis, *Bellarminum* de Scriptoribus Ecclesiasticis, pluresque alios, larga manu excitatos a *Julio Negri* in Historia Scriptorum Florentinorum, legi potest. Mirum interim fuit, cum tot alii rerum gestarum conditores hac tempestate Itolorum prela exerceant, levioris sæpe pretii atque momenti, de *Villanis* recudendis neminem tamen unum cogitasse; quorum exempla non frequenter nimis obvia multo ære redimere subinde oportuit. Compensavit igitur hunc defectum Vir Cl. *Ludovicus Antonius Muratorius*, & *Villanorum Historiam* insigni isti Operi, quod *Sylogem præstantissimorum Italica Historia Autorum* continet, inseruit, ubi Tomo XIII & sequenti collocata, & hinc inde auctior & correctior exscripta, apparet. Hoc de *Joannis* imprimis Commentariis factum est beneficio eximii cujusdam Codicis MSti, ad nobilissimum Virum *Joannem Baptistam*

ptisam Recanatum, Patritium Venetum, spectantis; quocum alius membranaceus *Bibliotheca Ambrosiana* Mediolanensis, Autori fere σύγχρονος, amicissime conspirat. *Matthai & Philippi* vero textus emendare licuit Cl. *Muratorio* ex duobus aliis MStis probæ notæ, quorum unum Abbas *Corso Ricci*, alterum *Marcus Covonius*, Patritius uterque Florentinus, possidet. Ceterum dux potissimum causæ induxerunt præstantissimum *Argelatum*, ut in animum induceret curare novam hanc *Vellanorum* editionem vitidissimam. Una est, quod commodare sic se posse existimaret elegantissimis hujus ævi *Italarum* ingenii, qui certatim in colendo vernaculo sermone elaborant, dum separatim ita ipsis exhiberet scriptorem, uti supra jam dictum est, ex stili venustate commendatissimum, frequentique lectione dignissimum, quem magis difficulter compararent atque evolverent in voluminosa *Collezione Muratoriana*, quæcum jam tum XVII Tomis constaret, fortassis XXII numerum est excessura. Secunda causa fuit desiderium videndi celebrium horum *Triumvirorum Opera* instructa *Indicibus*, veluti ad faciliorem usum summo opere necessariis, ita, quam copiosissime fieri posset, adornandis. Suscepit in se hanc provinciam Clariss. *Argelatus*, & improbo octo mensium labore feliciter tandem perfecit *Indices* locupletissimos, præter res maxime notatu dignas, omnium etiam urbium & locorum Italiae, familiarumque nomina inibi commemorata exactissima industria recensita exhibentes. Nos doctissimo Viro novum hoc ex novo Opere decus læti gratulamur.

Hailsbronnischer Antiquitäten-Schatz ꝛc.

h. e.

THESAURUS ANTIQUITATUM HAILS-
bronnensium, reſeratus a M. JOANNE LU-
DOVICO HOCKERO.

Norimbergæ, apud Petrum Conradum Monath, 1731, fol.
Alph. 3, cum Fig. 17.

T 2

Quod

Quod Autor *Germaniæ Principis* p. 660 de Hailsbronna, olim monachorum Cisterciensis Ordinis, hodie juvenum bonis literis operantium, sede, judicavit: oppidum illud ob antiquissima Principum & procerum monumenta, quæ in templo, ab usibus monasterii ad sacra puriora translato, ibidem conservantur, erudito iter eo suscepturo largam delectationis materiam posse præbere; id ut & sine molestiis itinerum cuiusvis obtingere possit, & delectationi utilitatem adjunctam habeat, latissime pateat atque ad omnes pertinentem, effecit industria perquam Reverendi Autoris. Duabus Partibus hic Thesaurus absolvitur, quarum primam nunc in medium producimus, antiquissimorum Burggrafiorum Norimbergensium, atque ex illis oriundorum Marchionum atque Electorum Brandenburgicorum, quorundam etiam Comitum, & nobilium familiarum nonnullarum, monumenta, insignia & inscriptiones sepulchrales, complexam: cui tanquam Appendix subnectitur Historia Abbatum Monasterii, Presbyterorum, quibus post puriorem religionem receptam cura sacrorum commissa fuit; & Rectorum scholæ, quæ sub auspiciis utriusque Serenissimorum Marchionum Brandenburgicorum, Onoldini ac Baruthini, hodieque ibidem floret. Integra hæc prima libri Pars sex constat Sectionibus, quarum prima recenset monumenta & sepulchrales inscriptiones Principum, ibidem sepulcorum, quæ quidem temporum injurias superarunt, & ætatem tulerunt. Enumerantur hic sepulchrorum inscriptiones Principibus de stirpe Zollerana satis dicatæ, & ab Autore de monumentis ipsis descriptæ, numero XXIV, quarum X Burggrafis Norimbergensibus, VII Marggrafis, III Electoribus Brandenburgicis, positæ; reliquæ Principum filiorum & filiarum atque conjugum memoriæ conservandæ destinatæ sunt. Quamquam in singulis horum Epitaphiorum præter nomen sepulchri, numerus anni, quo is obiit, atque dies etiam emortualis, traditus fuerit; antiquioribus præter memorata momenta temporum illorum simplicitate vix quidquam aliud continentibus; recentioribus contra, quo ab ætate nostra propius ab-

sunt,

sunt, eo deinceps prolixioribus: tamen marmoris & metallorum durities impedire non potuit, quo minus in quibusdam deleti sint annorum numeri; nominibus Principum solis superstitibus, quos ex variis aliis historiarum monumentis atque Autorum testimoniis restitutos hic deprehendere licet; in aliis contra, anno ætatis obitusque solo conservato, nomen sepulti plane exesum fuerit, quod per calculum Chronologicum, in subsidium vocatum, quasi postliminio restituit Autor. Nec minus solícite annotatum est, quæ illorum monumentorum, ne squalore obsita oblitterarentur penitus atque interirent, recentiore cura renovata sint, quæve sine instaurationis auxilio resisterint ævo edaci; id quod rerum harum amatoribus non potest non esse acceptum. Antiquissimum omnium sepulchrorum, quorum memoria hoc Opere conservatur, est Friderici inter Burggrafios Norimbergenses hoc nomine insignitos primi, qui anno Christi 1218 diem supremum obiit: recentissimum contra Marchionis *Joachimi Ernesti*, qui Joannis Georgii, septimi in ordine Electorum Brandenburgicorum, filius, A. 1628 vita excessit: unde patet, quam temporis periodum liber hic potissimum illustret. Inscriptiones IX primæ sermone Latino, reliquæ vernaculo, exaratae sunt, illarumque postrema Friderico V, Conquestoris cognomine inter Burggrafios Nericos claro, A. 1399 defuncto, harum vero prima Joanni III Burggrafio, A. 1420 mortuo, consecratae cernuntur, ex quo æra linguae vernaculae monumentis publicis istis in terris primum adhibitæ perspicitur. Huic primæ Sectioni velut coronidis loco subjungitur monumentum chartaceum, quod appellat Autor, Oratio Latina funebris, ab ipso in obitum beati Principis Wilhelmi, Marggravi Onoldini, in Gymnasio Hailsbronnensi recitata, qua & vita hujus Herois describitur, & præterea pii illi ac Christiano Principe dignissimi sermones memoriae posterorum traduntur, quos is cum Autore nostro aliquot dies ante beatum e vita discessum miscuit. Ceterum ne reliquorum quidem monumentorum, hac prima Sectione comprehensorum, omnium eadem materia est, nonnullis ligno insculptis, aliis in ligni, vitrique etiam,

ACTORUM ERUDITORUM

superficiem pictis, plurimis vero saxo ac marmore constantibus. Secunda Sectione recensentur insignia, quibus monumenta ante enarrata conspicua sunt, atque annotationibus quibusdam, ex arte Heraldica petitis, illustrantur. Inter decem Burggrafios, quorum monumenta supersunt, octo priores solis insignibus, genti Zolleranz propriis, in monumentis suis usi sunt. Qui Burggrafialibus insignibus in sepulchrali pictura sua primus condecoratur, Bertholdus est, filius Frederici, ut hodie nuncrantur, quarti, ut in monumento suo appellatur, junioris Burggraffii Norimbergensis, qui Episcopatu Eichstadiensi auctus, A. 1365 diem ultimum obiit. Pleraque insignia una cum integris monumentis, in quibus deprehensa sunt, inter figuras æri nitide incisas hic comparent. Tertia Sectio monumenta, quæ supersunt, Comitum & Nobilium persequitur. Ut intelligatur illorum varietas, lubet nomina familiarum illustrium apponere. Habent igitur monumenta sua hic conservata comites Oettingenses, Nassovici, Abenbergenses, Hirschbergenses, Hohenlohenses, Dornbergenses, Truhendingenses, Heideccenses, Barones Grundlaecenses & Braunecenses, Nobiles de Abenberg, Absperg, Aurach, Bernheim, Bruckberg, Büchelberg, Buttendorf, Ehenheim, Eyb, Ellrichshausen, Eschenbach, Geiling, Grumbach, Helmstædt, Hollbach, Hall, Kemmaten, Kolenberger, Knœrringen, Lentersheim, Leonrod, Liechtenstein, Liederach, Mährer, Meimberg, Mur, Muffel, Onolzbach, Pfæfferbalcken, Rechberg, Richau, Rindsmaul, Rothhan, Seckendorf, Schencken, Sommersdorf, Thann, Vendebach, Vestenberg, Usickheim, Wirsberg, Wannbach, Wærnizer, Wollnershaussen, Zetwiz. Quarta Sectio Abbatum hujus monasterii historiam pertexit, cujus fundatio incidit in annum 1100, ab Ottone, Bambergensi Episcopo, ex genere Comitum Andeccensium oriundo, cœpta magis, quam peracta, dein liberalitate Kapathonis & Conradi, fratrum Comitum de Abenberg, adjuncta atque suffulta. Testantur id versus, picturæ cuidam pervetustæ, quæ æri insculpta sistitur, subscripti. Diploma, quo fundatio hæc firmatur, paullo recentius

centius est; quippe sub regimine Lotharii A. 1132 datum. Ortum traxit hæc Abbatia a Monasterio Eboracensi, cujus secunda filia in monumentis vocatur, & ab alio monasterio, *de Morimundo* dicto, in Gallia sito, & a Cisterziensis Ordinis monachis frequentato, cujus neptis ibidem appellatur; quæ denominationes omnes quo modo locum habere possint, cum cura disquirat Autor. In libris membranaceis, quibus privilegia, huic monasterio concessa, inscripta sunt, ultra quinquaginta a duodecim diversis Imperatoribus impetrata, & major numerus a viginti itidem diversis Pontificibus concessorum, reperiuntur: inter quæ ultima illud imprimis singulare est, Romæ A. 1300 datum, quo cuivis, qui monacho cuiuspiam Hailsbronnensi peccata sua confessus fuerit, bis millium & octoginta dierum indulgentiæ conceduntur. Ab Imperatore Ludovico IV Bavaro monasterium hoc Burggraviis Norimbergensibus custodibus ac defensoribus traditum fuit. Varia denique memoria digna alia hic proferuntur de jurisdictione civili ac criminali, quam monasterium exercuit, de frugalitate, quæ legibus monachis præfixa erat, de reliquiis Sanctorum, huic monasterio creditis, quarum quædam ad hanc usque diem præter superstitionem servantur, denique de studiorum generibus, quæ hic floruerunt. Quæ vero ad religionis cultum in hoc monasterio Deo oblatum propius spectant, ea tribus, quas vocat Autor, periodis distincta traduntur: quarum prima tenebras papatus ab A. 1132 ad A. 1518, secunda orientis Evangelii auroram seculo fere dimidio illucescentem, ad annum 1555, tertia plenam orti in rebus ad religionem pertinentibus, solis lucem ad A. 1611 persequitur, quo monasterium ab exercitu, Tyllii præfecti iussibus parente, exustum atque adeo desolatum est, ut Abbate post ea tempora plane caruerit. Tribus hisce Periodis XL Abbatum vitæ enarrantur, e quibus hæc pauca delibasse suffecerit, ut pateat, quibus modis veritas & hic invaluerit. *Joanni Wenckio*, Abbati hujus monasterii Casimirus Marchio XXIII, Articulos, capita mutandæ religionis complexos, A. 1524 obtulit, & ad eos ipsum respondere iussit; quod is ita sane præstitit, ut in-

de pateret, ipsum a sanioribus consiliis veræ religionis recipiendæ parum profecto abfuisse. Ipsi Articuli cum Abbatis responsionibus Appendici documentorum, huic Operi subjunctæ, inferti leguntur. *Joannes Schopper*, *Wenckii* successor, primus ordinarios concionatores in monasterium recepit, monachalem cucullum aliquandiu deposuit, & monachorum numero minuto, in eorum locum duodecim pueros in schola, hac occasione aperta, erudiendos assumpsit: quod institutum Gymnasio hodie florenti prima dedit stamina. Hunc secuti *Sebastiani Wagneri* permissu quidam monachi, relicto monasterio, matrimonia contraxerunt, quæ exempla & ipse Abbas tandem A. 1543 secutus, ideo moliminibus Prioris & Conventus adversus ipsum concitatorum, munere suo excidit. Tandem A. 1555 publica rituum papalium abolitio intersecuta, atque forma cultus publici, Abbate *Friderico Schornoro* atque Conventu monachorum consentientibus, immutata est: a quo tempore VII Abbates curam monasterii puriori religioni addicti gesserunt. Ad Sectionem quintam progressi, præmonemus, non omnium vitas hic enarrari, qui in oppido hocce veritates revelatas populo pro concione explicarunt, sed solum Antistitum vel Pastorum primariorum, inter quos cum perquam Reverendus Autor sit vigesimus secundus atque ultimus, paucis ea, quæ ipsum spectant, repetemus. Natus *Lentersheimii* A. 1670, patre *Joanne Wilhelmo*, pagi illius ad monasterium spectantis Pastore, Rottenburgi primum, dein & Onoldi, literis operam dedit. Quam Academiam adierit, asserere non possumus, neque enim ipse vel verbo memorat. Primum munus ipsi injunctum fuit erudiendi nobiles juvenes in aula Onoldina versantes, simulque milites pro concione veritates divinas docendi. Postea A. 1696 cum exercitu in regiones Rhenum superiorem adjacentes delatus, dein, qui Principem Juvenem, *Wilhelmum Fridericum* supra memoratum in itinere in Italiam suscipiendo comitaretur, concinator designatus, denique, itinere isto belli metu interrupto, cum copiis in Belgium abiit, quæ *Seckendorffio*, *Jano* & *Schmettavio* ducibus suberant. Redux inde, *Craillsheimii*

benii Diaconi munere per viginti annos functus, ab utroque Marchione, scholæ Hailsbronnenfis nutritoribus, ad obeunda officia Antistitis sacri, Professoris S. Theologiæ in Gymnasio, atque in oppido Pastoris, evocatus est, quibus numeribus adhuc hodie cum laude præest. Sectio ultima ludi, ab Abbatibus, ut diximus, constituti, magistros & Gymnasii, postea fundati, Rectores solos recenset, quanquam plures omnino sint doctores, qui juvenibus in Gymnasio erudiendis operam impendunt suam. Subjungitur, quod supra præmonuimus, Appendix viginti documentorum, quibus partim Historia Ecclesiastica, partim civilis, ars quoque Heraldica, juvatur. Subdubiamus, an descriptio Bibliothecæ Hailsbronnenfis, quam perquam Reverendus Autor edidit, nosque in *Novis Actis Anni 1732 Mense Februario p. 52 seq.* commendavimus, altera sit Pars hujus Operis habenda, quam titulus innuit. Præter inscriptionem hanc firmare istam suspensionem poterat utriusque eadem forma, atque bibliopolarum utrunque conjunctim vendentium usus. Obstat tamen eidem idioma diversum, quippe prima Pars hæc vernaculo, illa descriptio vero Latino sermone contineatur. Latet igitur nos, an altera Pars hujus Operis, in fronte libri promissa, prodierit jam, an vero expectanda sit. Ceterum præfens libri Pars & chartæ, utpote scriptoriæ, elegantia, & formis monumentorum æri nitidissime incisis magnopere sese commendat.

Caspar Abels Deutsche und Sächsische Alterthümer ꝛc.

h. e.

CASPARIS ABELII ANTIQUITATES Germanicæ & Saxonicæ, quibus Germanorum & Saxonum res gestæ, majores, nomina, origines, patria, migrationes, bella, populi, regna, Reges, Principes, familiæ illustres, pagi, circuli, regiones, religio, mores & consuetudines, una cum reliquiis, quotquot supersunt, veterum monumentorum, ex optimis quibusque scripto-
 U ribus

ribus & genuinis fontibus, multorum annorum vigiliis, quam accuratissime exponuntur, plurimisque novis Annotationibus illustrantur, imprimis vero celsissima stirps Regia, Electoralis & Ducalis domus Brunsviga-Luneburgica usque ad nostra tempora deducitur, una cum Chronico veteri Saxoniae inferioris nondum edito.

Brunsvigæ, impensis Ludolphi Schræderi, 1729, 8.

Alph. 1 pl. 10.

Qui Historia sua Geographiaque Borussico-Brandenburgica, itemque libro, quo de Monarchiis ortus antiqui egit, tantam pridem ab eruditis gratiam inivit Plur. Rever. Autor, ut plura ingenii industriæque monumenta proferret in lucem, expectari jure potuit. Tametsi enim post missionem e schola impetratam sacro munere præesse jussus, tanto majori jure his literis nuntium mittere posse videbatur, quod nihil illæ ad lautiores ei spartam impetrandam profuissent, tantum nihilominus amor earum a teneris, quod ajunt, unguiculis conceptus potuit, ut, cum *Genselius*, bibliopola Halberstadiensis, ab eo peteret, uti Halberstadiensem Historiam Topographiamque contexeret, originibus Germanicis ac Saxonis præmissis, eum laborem non invitum demandari sibi pateretur. Ab eo tempore promitti subiinde liber is in Catalogo novorum librorum, qui sub nundinas Lipsienses prodire solet, cœpit, sed nihilominus diutius paulo latuit, *Genschenio* bibliopola e vivis erepto, alioque, qui impensas imprimendi eas se facturum receperat, post impressas aliquot plagulas operi suscepto subducente se, cui cum *Ludolph. Schræderus*, cujus tandem auspiciis prodit, succederet, denuo aliquot anni elapsi sunt, antequam lucem aspiceret. De eo suum cuique judicium relinquit Autor; existimat tamen, tempus chartamque a se perditam haud esse, sed præstitisse se, quantum id libraria supellex permiserit, quæ in fronte libri promittat: in historicis rebus critico se acumine uti, & novæ opinio-

opinionones proferre, sed nemini obtrudendas: moram, antequam imprimeretur hic liber, & profuisse sibi, sæpius repetito ejus examine, & additionibus hic illic insertis, & obfuisse pariter, serie contextus novis additamentis subinde disturbata: commoda tamen moræ illius tanto esse majora, quod occasio se interea obtulerit magnum Chronicum Saxoniz inferioris, anno circiter 1486 scriptum, quod in Halberstadiensi Bibliotheca quadam asservatur, & de quo *Reimannus* pridem plura tradidit, excerpti, & huc spectantia libro huic subjungendi: is labor in hoc Chronico describendo si lectorum suffragia tulerit, Magdeburgense & Halberstadiense Chronicon, *Tomo II* rerum Brunsvic. *Meibomii*, sed cum vitiiis descriptoris longe plurimis, insertum, emendatius editurum se, animoque tranquillo expectaturum, dum obtulerit se, qui Halberstadiensem itemque Monarchiz Persicæ Historiam, luci publicæ paratam, suo sumtu edat. Ceterum constat liber hic duobus Capitibus. Altero agitur de nomine & origine Germanorum, antiquis sedibus rebusque gestis in Oriente, Asia, Græcia, & Romano Imperio, altero de populis Germanorum, qui partim cum Romanis bella gesserunt, partim Romanum Imperium vastavere, ac plura inde alia condiderunt. Posteriori subjunctum est excerptum Chronici laudati, sed quod vix unam paginam implet.

Caspar Abels Sächsische Alterthümer ꝛc.

h. e.

CASPARIS ABELII SAXONICÆ ANTI-
 quitates, quibus Saxonum res antiquitus gestæ, majores, nomina, origines, patria, migrationes, bella, populi, regna, colonie, Reges ac Principes, illustres familie, monasteria, pagi, circuli & regiones, mores & consuetudines, una cum reliquiis veterum monumentorum, pari diligentia, ac Germanicæ Antiquitates, exponuntur, inprimisque celsa stirps Regiæ, Electoralis & Ducalis

Ducalis domus Brunsvigo-Luneburgica usque ad nostra tempora quam accuratissime deducitur, atque ab incognita adhuc origine derivatur.

Brunsviga, impensis Ludolphi Schroderi, 1730, 8.

Alph 2.

HÆc est posterior Pars Antiquitatum patriarum Pl. Reverendi *Abelii*, si quid vota ejus potuissent, a priori non divellenda, titulo quippe priori eo præfixo, qui & posteriorem hanc ambitu suo complectitur. Sed moram hæc, dum hæc etiam Pars sequeretur, non ægre ferent æqui lectores, quibus, quoad ejus fieri potuit, satisfacere jam studuit Vir diligentissimus, neque adeo dubitat, æqui eos bonique omnia consulturos. Nisi hæc scripta lucubratiō pridem potestate ejus exiisset, hic illic vel emendasset nonnulla, vel Supplementis ditasset. Vetetur enim, ne festinatione factum sit, ut de familiis illustribus monasteriisque hæc una prætermiserit, quæ, quod impressas plagulas nancisci, atque adeo, quid potissimum desit, scire nequiverit, addi jam nullo modo possint. Quæ ceteroqui singularia in hac Parte posteriori reperiuntur, ut de Agone, Duce Forojulienſi, progenitore Ducum Brunsvicensium, de Saxonie Ducibus oriundis a Rege Suevorum Boudico vel Buzico, cui monumentum tribuit nuperrime prope Grimslebam repertum, de Anhaltinis Principibus ab Odoacri fratre, Arnulpho, & antiquis Regibus Hartungicis Brandenburgensium derivandis, atque alia, aliis curatius expendenda relinquit, & cum editam pridem Historiam Geographiamque Borussico-Brandenburgicam denuo sub eadem revocare, emendatioremque & auctiorem prælo committere, constituerit, ostendit, si quis suppetias ferre, & Catalogum accuratiorem nobilium familiarum Borussicæ & bonorum, quæ possident, præfecturarumque, suppeditare voluerit, multum ei se debiturum. Constat vero hic liber tribus Capitibus, quorum primo agitur de nomine, origine, sedibus, migrationibus, bellis, Regibus, Principibus, Heroibus, & rebus gestis Saxonum, a prima inde origine usque ad Henrici Leonis exilium

um in Anglia, altero de Saxonum moribus, religione, antiquis monumentis, regimine, terris, pagis, populis, illustribus familiis & coloniis, tertio de celsissima stirpe gentis Regiæ, Electoralis & Ducalis Brunsvicensis usque ad annum 1730.

Sammlung etlicher noch nicht gedruckten alten
Chronicken ic.

h. e.

SYLLOGE ALIQUOT VETERUM CHRONICORUM, ut Saxonie inferioris, Halberstadiensis, Quedlinburgensis, Ascherslebiensis & Ermslebiensis, quæ singulari studio ex MStis Codicibus eduntur, atque hic illic necessariis Observationibus illustrantur, una cum Additamento ad Germanicas & Saxonicas Antiquitates, quo veteris Buzicæ gentis origo & patria curatius expenditur, ac varia ad veterem Germanicam & Saxoniam Historiam spectantia Supplementa & emendationes adjiciuntur, una cum Indice duplici; Auctore CASPARE ABELIO.

Brunsvigæ, impensis Ludolphi Schrœderi, 1732, 8.

Alph. 2 pl. 8.

REceperat in Parte altera Antiquitatum patriarum, quas laudavius, Pl. Rever. *Abelius*, tertia atque ultima Parte se Chronicon vetus, dialecto, quæ in Saxoniam inferiori etiamnum obtinet, scriptum, una cum aliis Codicibus nondum prelo expressis, & Indicibus omnium trium Partium, in lucem prolaturum. Id jam ferius quidem, quam spem fecit, sed nihilominus tamen præstat. Vir doctissimus, cui tanto majores eo nomine gratiæ debentur, quanto diutius latere adhuc, & quanto plus utilitatis pollicentur. Sperat is, gratum se instituto hoc suo facturum cum eruditis, tum ceteris, eosque pellecturum, ut plura hujus generis monumenta hic illic dispersa suppeditent, exemplum secuti Senatus Ascherslebiensis,

qui, quicquid rerum antiquarum in scriniis suis asservat, liberaliter cum Autore communicavit. Animus ei fuerat, *Meibomii* Chronicon Walbecense, quod rarius invenitur, & Chronicon Halberstadiense Latinum, quod Ill. *Leibnitius*, sed admodum vitiose descriptum, edidit ex MStis, emendatius edere, adjicereque Annotationes, sed, qui sumtus in editionem erogat, bibliopola, veritus, ne liber in magnam nimis molem excresceret, consilium hoc, quod nemo non calculo suo comprobaturus erat, intervertit. Reperitur igitur in hoc libro 1) Vetus Chronicon Saxonicum, ex magno, quod Halberstadii lingua Saxoniz inferioris conscriptum asservatur, contractum & Annotationibus illustratum. Id quinque Capitibus constat. Primum agit de rebus gestis Saxonum & Thuringorum nondum Christianorum usque ad annum 820; 2 de rebus gestis bellisque Saxonum usque ad Henricum IV annumque 1056; 3 de iisdem usque ad interregnum annumque 1250; 4 de iisdem usque ad annum 1438; 5 de Archiepiscopis atque Episcopis nonnullis inferioris Saxoniz. Sequitur 2) Chronicon Halberstadiense *Joannis Winnigstadii*, nunc primum, una cum continuatione, ex MStis Codicibus editum, notisque marginalibus & aliis Documentis, ex MStis Codicibus desumptis, auctum, quo Episcopi Halberstadienses recensentur. Huic 3) Chronicon Quedlinburgense succedit, eodem *Winnigstadio* Autore, usque ad annum 1600, quo de Abbatissarum Quedlinburgensium vita exponitur. Id 4) excipit Chronicon Ascaniense ex MStis tum curiz Waldmannianisque, tum aliis vetustis Diplomatum schedisque, collectum. Inde 5) Chronicon Emlebenense, A. 1580 circiter coeptum, adeoque perbreve, lectori se offert; cui 6) Fragmentum Chronici duarum paginarum subjunctum est. Coronidis loco Pl. Rever. Autor, postquam Celeb. *Krausio*, Professore Wittebergenfi, qui Dissertatione *de Theodor. Buzico*, ejusque genere & patria, sententiam ejus oppugnaverat, respondit, variis Observationibus & Supplementis adjectis, libro huic finem imponit, quem Index duplex, alter librorum, Capitum, Paragraphorum & lemma-

tum

tum adscriptorum, alter rerum, lectori studioso non parum se commendabit.

DELINEATIO JURIS PUBLICI ECCLESIASTICI Protestantium, exhibens Jura & Beneficia Augustanae Confessionis, eique additorum; Autore JO. GEORGIO ESTOR.

Francofurti & Lipsiæ, literis Müllerianis, 1731, 4.
Alph. I pl. 10.

Latuit huc usque publici Juris Ecclesiastici, tum universalis, tum particularis, scientia, quæ uti momenti est gravissimi, ita rite tractata, suis cultoribus summam omnino solet afferre existimationem. Non enim est ulla humanæ eruditionis pars, ubi, præter exactam omnium doctrinarum notitiam, majori opus sit circumspectione; hac quippe neglecta, mala inde nata, quis est, qui verbis satis exprimere queat? Adhibuit eam, suoque officio rite defunctus est præsentis Opusculi Cl. Autor. Sunt autem jussa summi Mæcenatis, quæ illum ad scribendum impulerunt, prouti ipse testatur in Præfatione, in qua eorum audaciam, aut, si mavis, proterviam, qui ausu nefando tabulas pacis religiosæ ac Osnabrugensis infringere conati sunt, egregie castigat, libertatemque sacrorum nostrorum dicendi genere satis ad rem accommodato vindicat. Monuit insuper quædam circa Augustanæ Confessionis Historiam generalem, quæ notatu præ ceteris digna videbantur. Nec summorum nostri ævi virorum in eam merita silentio prætermisit. Caput, quod sequitur, primum de Augustana Confessione in genere agit. Miserum Ecclesiæ Christianæ tempore repurgatorum sacrorum statum, reformationis initiis objecta impedimenta, quæ A. C. amovere studet, singularem porro Summi Numinis in hoc negotio providentiam, maximum A. C. in universa Europa applausum, præstantiam, divisionem, ubi *Philippi Melanctonis* flexibilis animus notatur, editiones, scriptores, autoritatem denique, brevi & eleganti oratione persequitur. Cap. II, quod de Ordinibus

2. 3.

4.

5.

6.

10. 11.

14. 15.

17. nibus Imperii, qui Augustanam Confessionem exhibuerunt,
 & sigillatim de Philippi Magnanimi, Hassiæ Landgravii, ejus-
 que e stirpe Darmstadiæ successorum, in eam meritis in-
 20. signibus inscribitur, Philippi hujus merita imprimis enumerat,
 ducto ab egregiis ejus animi dotibus initio. Notari meretur
 inter cetera ejus in A. C. purioremque religionem studia li-
 bellus, quem de suis, quæ profitebatur, sacris Gallico ser-
 32. mone conscribendum, & per legatum suum, Michaellem de
 33. Kaden, Cæsari Bononiæ curavit offerendum. Posterorum
 ipsius celeberrimus est Georgius II, lineæ Darmstadiæ, qui,
 instaurata Academia Giessensi, primum A. C. ut ita dicamus,
 celebravit Jubilæum, scriptisque, quorum nomina recensentur,
 fidem defendere conatus est, colloquio Rhinfeldensi, quod
 sub eo habitum, alioquin celebris. Reliquorum Imperii Or-
 35. 36. dinum, qui A. C. exhibuerunt, sequentibus §§. habetur ratio,
 quo loco & alia quædam circa A. C. notatu digna occurrunt.
 Cap. III agit de Jure Principum reformatium exhibendi
 39. Augustanam Confessionem. Competiisse Jus sacrorum Im-
 perii nostri Principibus ante reformationem ex observantia,
 statuit Cl. Autor, ac magni nominis Viros, qui pluribus hoc
 argumentum exemplis illustrarunt partim, partim data ope-
 ra profecuti sunt, in medium producit. Sed cum, quæ ad
 externum Summi Numinis cultum spectant, omnino civili
 potestati sint subjecta; omni etiam tempore, uti ex historia-
 rum monumentis constat, ex quo summi Principes fidem
 Christianam amplexi sunt, hoc sibi jus vindicare conati sunt.
 Quo factum, ut & antiqui Romanorum Imperatores Christia-
 ni, & qui postea Imperii Romani fastigium in Occidente in-
 stauraverunt, Carolus M. & posteri ipsius, eximia circa sacra
 gavisi sint autoritate, cui sequentibus temporibus Clerici
 tot artibus ac stratagematibus subducere se maximo qui-
 dem labore annisi sunt, nunquam autem, quantum nobis
 constat, plenam libertatem omnimodamque exemptionem
 consecuti sunt. Hinc nobis ea stat sententia, exercuisse Im-
 perii nostri Principes hoc jus ante pristinæ religionis in-
 stauracionem, non ex observantia, sed uti cetera jura ad Im-
 pera-

peratorum imitationem, antiquæ eorum circa divinum cultum potestatis memores; repurgatis autem sacris, eodem potitos ad hunc usque diem, nullum superest dubium. Cap. IV de illis, quibus A. C. exhibita fuit, deque Jure Cæsaris & Imperii postulandi & examinandi formulam fidei a Protestantibus conditam, agit, & Imperatoris ordinumque in Comitibus dictis præsentium indolem, & Antonii Perenot de Granvella pessima inprimis consilia, exponit. Devenimus ad Caput V, quod Jus Cæsaris, quo A. C. negotium in Comitibus tractavit, noois indicat. Competit hoc jus in Germania Cæsari & ordinibus junctim sumtis, quoniam apud hos sola est majestas, cujus pars cura sacrorum. Caput VI A. C. effectus generatim consideratos & Jura A. C. addictorum in genere exhibet. Duplicis hæc sunt generis, Theologica alia, quæ dogmatum rationem spectant, alia juridica, quæ jura Principum & privatorum commonstrant, ac unice huc pertinent. Recenset effectus hos juridicos Cl. Autor, eundo per partes. Caput VII commodis Imperatorum ex A. C. in ipsos redundantibus dicatum est. Deprimit Imperatoris majestatem Jus Canonicum, variisque injuriis afficit, evehit contra A. C. anfanque inprimis præbet abrogandi Concordata Germanicæ nationis, Imperio nostro adeo funesta atque gravia. Caput VIII agit de A. C. Electoribus, sive de commodis & juribus ex A. C. in eos redundantibus. Fruuntur hi cum Pontificiis æqualibus prærogativis ac juribus, nec inter Coronationis solennia Pontificiorum sacris iateresse tenentur. Caput IX, de effectibus A. C. intuitu Principum, sive de juribus & commodis, quibus gaudent Status Imperii Protestantes, inscriptum, indicem præcipuorum circa sacra jurium, quæ summæ majestatis sunt partes, postliminii jure a Principibus vindicatæ, suppeditat. Tribuit etiam ipsis §. 24 Cl. Autor jus primariarum precum in beneficiis suis Ecclesiasticis, exemplis quidem ab eo firmatum, non autem Juris præfidiis munitum. Num Cæsari hoc jus in ejusmodi beneficiis competat, in dubio relinquit, nec Annatarum jus Principi Evangelico tuto asserere audeat. Peculiaris porro est quæstio, num Princeps Evangelicus subditos suos, qui Pontificiorum sacris

133. sacris addicti sunt, Legenda, quam dicunt, Gregorii VII Pontificis jure interdicere, electionemque sacerdotis Pontificii instituere queat, & quæ sunt ejusmodi alia plura, quæ omnia Principi omnino licere docet §. 26. Caput X de Episcopis & Abbatissis A. C. addictis, iisque immediatis, inscriptum est.
- 140, 141. Gaudent illi jurisdictione Ecclesiastica, qua territoriorum domini. Hinc (ex mente Cl. Autoris) in rebus alienandis condendisque legibus Capituli consensu opus non habent, matrimonioque rite ineunt. Sed, ad priora duo quod attinet momenta, Cl. Autori ut assensum præbeamus, adduci non possumus. Nec enim adest lex, aut scripta, aut usu introducta, quæ Evangelicis Episcopis ac Abbatissis hanc tribuat licentiam. Pactis potius & Capitulorum Statutis in momentis, quæ a fidei norma non abhorrent, æque ipsos, ac Pontificios, alligatos censemus Nimirum electi vel postulati, æque ac illi, Capitulationem, quam dicunt, inire, juramentoque firmare, tenentur, quod ut fervent, & divini & humani Juris regulæ præcipiunt. Nec ideo ipsis sua autoritate dotalitium in Episcopatu constituere absque Capituli consensu, ex nostra quidem sententia, licet, ut ut dissentiat Autor doctissimus. Non enim hic valet vis argumenti, petiti a Feudis regalibus, quibus ejusmodi Episcopatus annumerare conatur. Obstat pactum cum Capitulo initum, quod administrandi Episcopatus normam præscribit, quodque servari omnino debet. Nec denique Principem matrimonii libertatem in Abbatibus & Abbatissis ac Canonicis Evangelicis facile posse restringere, contra Cl. Autorem judicamus. Caput XI persequitur effectus A. C. intuitu augustorum Imperii tribunalium. Obtinet ubique ratione Præsidum ac Assessorum ac ceterarum personarum religionis paritas, vel obtinere potius debet. De judice enim nec lex, nec exemplum, testatur. Cap. XII, quod agit de effectibus A. C. intuitu Nobilium immediatorum, qui intra formulam Augustanam se tenent, jus sacrorum Nobilibus immediatis, vi religiosæ pacis, & reformandi jus, vi p. cis Osnabrugensis monstrat, partesque hujus juris breviter persequitur. Cap. XIII effectus A. C. intuitu subditorum Ecclesiasticorum Protestantium, qui domino

mino parent Pontificio, enumerat. Ita sunt Evangelici Canonici, quos vocat, capaces, sed anni decretorii rationem ducimus habendam, licet Cl. Autor cum Cel. Tissio hanc regulam admodum extendere videatur. Admittuntur etiam ad Ordinem Equitum Teutonicum & Joanniticum; ubi inprimis Cl. Autor Commendam Ordinis Teutonici Griffitadiensem, in Thuringia sitam, Ballivæ Hassorum, non Thuringorum, contra communem sententiam, vindicat. Attribuit etiam Clericis Protestantium jus rigori cambii sese subijcendi; sed in Saxonia illis eodem est interdictum speciali Augustissimi Regis, piæ memoriæ, Mandato, Cap. XIV De A. C. effectibus ipsorum Statuum mediatorum, h. e. de juribus civium Evangelicorum, qui potestati Statuum Catholicorum subsunt, est inscriptum. In rebus sacris ejusmodi subditi ab omni imperio dominorum suorum sunt exempti, & Episcopi Catholici, licet in anno decretorio jurisdictione in Evangelicos gavisi fuerint, conscientie ipsorum vim inferre nihilo fecius prohibentur. Emigrandi jure etiam fruuntur ejusmodi subditi, sed recte monuit Cl. Autor, Principem Catholicum subjectis suis, religionem mutantibus, ut emigrent, jure imperare non posse, sed ex mente Instrumenti pacis, ut patienter eos toleret, requiri. Simultanei, baptismatis, matrimoniorum & sepulturarum, rationem fuse satis in hoc Capite describit Cl. Autor, & quid juris sit circa festorum dierum diversitatem, abunde demonstrat. His omnibus exempla nonnulla subnectit, quibus ordines Provinciales A. C. a dominis territorii securum sacrorum exercitium sibi stipulati sunt, finemque Operi imponit, interpositis solenni confessione, se nemini injuriam facere voluisse, votisque pro Evangelicis atque Cæsare. Appendicis loco Juris, quod vocant, Responsum incluti Jctorum ordinals in Academia Gieslensi adjungit, simultaneum, annum decretorium 1624, jurisdictionem Ecclesiasticam, & jus Reformandi Statuum Catholicorum, intuitu subditorum suorum Evangelicorum, egregie illustrans. Agmen claudunt locus e Celeb. P. Baylis *Dictionary Historico & Critico Art. François I p. 129*, politicas de rebus Protestantium considerationes exhibens, & Addenda denique

166, 167.

172.

178.

179.

182-201.

201.

205.

228.

nique nonnulla. Hæc sunt potiora momenta, quibus iudicium de libri hujus præstantia innuitur. Sed, sicuti ipse Cl. Autor, nobilissimi hujus argumenti indicem saltem a se dari in hoc Opusculo, ingenue fatetur, ita & unusquisque facile, illo lecto, perspiciet, non ad perfecti laboris adscendere metam. Sint nihilominus Cl. Autori obstricti omnes devinctique, necesse est, quotquot doctrinæ hujus præstantiam curæ cordique habent, quod viam aperire ipsi placuerit ad cognoscenda ea, quæ in Imperio Romano - Germanico multum omnino momenti habent. Et, licet summam tantummodo rerum attigerit, quædam etiam interdum attulerit, quæ non satis accurate dicta videntur, plurimis tamen iisque non spernendis observationibus plenum est Opusculum.

*MECHANICES MORBORUM, DESUM-
ta a motu febrium; Autore JOANNE BAPTI-
STA MAZINO, Philosopho & Medico
Brixienfi.*

Pars III.

Brixie, ex Typographia Joannis Mariæ Ricciardi, 1727, 4 maj.
Pl. 13.

PERgit in proposito Cl. Autor, atque morborum mechanicam, quam Parte prima ex motu solidorum, secunda ex motu fluidorum, explicaverat, (de quibus videatur *Supplem. T. IX Sect. VI p. 250 seq.*) nunc a motu febrium illustrare studet. De forma Operis externa, stili indole, & similibus, aliquid monere supervacuum ducimus, siquidem prioribus hæc per omnia respondent. Brevem itaque doctrinæ ejus de febribus ideam Lectoribus nostris exhibebimus. Novam febris definitionem, quæ magis ad mechanicæ leges, quam hætenus receptæ accommodata Autori visa est, effingit. Febris morbus universalior, illi dicitur, motus assymeter mixtionis elementorum massæ sanguinis cum inæquali, aut dissimili excessu, vel defectu proportionalis velocitatis fluidorum

rum & solidorum. Scilicet in massa sanguinis duplicia agnoscit elementa, elastica, ad quæ particulas sulphureas, aereas, & globulos plano-ovales, quos *Löwenhokius* primus observavit, refert, atque inertia, inter quæ salia cujuscunque generis, particulas aqueas, seu serosas, & terram damnatam, commemorat, hæc ad æquilibrium mixtionis massæ sanguinæ in statu sanitatis conservandum in ratione reciproca quam proxime se habere contendit; a qua si longius recedant, & elementa inertia elastica multum superent, febres generari intermittentes, si vero elastica inertium proportionem excedant, continuas metuendas esse, contendit. Quæ, ut eo clarius pateant, priori Dissertatione momenta corporum elasticorum & non elasticorum inter se expendit; deinde proportionem eorundem respectu feri, in quo innatant, ostendit; denique proportionem feri reliquorumve elementorum respective ad vasa continentia & nervos eadem cingentes explicat. In altera Dissertatione, quæ de febribus intermittibus agit, bina potissimum momenta sibi discutienda sumit. Primo enim causam frigoris indeque subsequens caloris indagat. Frigoris autem sensationem ab irritatione organorum sensoriorum, quæ salinis particulis, ad nitri indolem accedentibus, debetur, induci putat, quo stimulo fibræ membranarum vasorumque contrahantur, particule vero elasticæ a reliquis inertibus contractæ atque in angustiorem spatium a sero ad concrendum pronò compressæ, motum ac velocitatem naturalem acquirere non possint; quantum vero motus a particulis elasticis & inertibus se tangentibus subtrahitur, tantum etiam caloris in massa sanguinis peribit, atque pro minore vel majore crassitie, densitate, & pondere corporum non elasticorum, frigoris affectio augebitur aut minuetur. Cum vero corpora elastica in violento compressionis præternaturalis statu diu manere nequeant; tandem validissime undique se dilatare conabuntur, impetusque in corpora facient inertia, quæ pro ratione suarum soliditatum reagent in corpora elastica, qua mutua actione & reactione utrorumque singula movebunt movebunturque, urgebunt atque urgebuntur.

buntur; unde de vi caloris oritur iudicium ferre licet, simulque patet, salia, fibrosum sanguinis crassamentum, & filamenta feri ad concrefcendum prona, hoc motu atteri, & per organa secretoria sub urinæ sudorisque specie eliminari; quæ omnia tamdiu durabunt, donec iusta elasticorum & inertium in sanguine elementorum proportio fuerit restituta. Alterum momentum, quod in explicatione febrium intermittentium attendi meretur, atque in quo multis aqua hæsit Autoribus, est ille febriliū paroxysmorum statuto tempore recursus, quem quomodo ex sua hypothefi declarare conatus sit, paucis declarabimus. Nimirum, etsi massa sanguinis post superatum paroxysmum ad statum naturalem quam proxime restituta videatur, aliquæ tamen impuritates reliquæ in variis visceribus hæere poterunt, quæ post determinatum circulationum numerum denuo sanguini immixtæ, easdem, quas subito initium febris excitaverant, turbas iterum creabunt. Pro diverso itaque numero, densitate, crassitie ac pondere corporum heterogeneorum, nunc intra unius, nunc duorum triumve dierum spatium, novam frigoris subsequentesve caloris invasionem esse metuendam, censet; quæ an ad explicandos omnium febrium paroxysmos sufficiant, Lectorum iudicio relinquimus; nobis certe, ut unum solum commemoremus dubium, quartanæ duplicis paroxysmos inde deducere, minus expeditum visum est. In variorum symptomatum, quæ has febres comitari solent, explanatione, inter alia enormis illius urinæ effusionis, quæ subinde naturalem feri quantitatem, portionesque ingestas, multum superat, hanc adducit rationem, quod aer, qui per pulmones, per ventriculum, inter cibos potusque receptus, atque sanguini admixtus, in sanguine nimis laxo, quam ut intimam aeris cum reliquis particulis mixtionem suslinere queat, sero natura frigidiori unitus, illud foras urgeat, simulque cum eodem in humorem densatus excernatur, quale quid etiam in diarrhæis modum excedentibus contingere statuit. In tertia Dissertatione ortum febrium continuarum ab excedente particularum activarum elatere deducit, quo fiat, ut sanguis majori impetu ex arteriis pellatur,

tur, quam ut tanta copia ac celeritate a venis resorberi valeat; unde in poris partium stagnando lentescat, febresque inflammatorias accersat, aut etiam humores nimis attenuentur, sicque malignæ atque exanthematicæ febres generentur. Qua occasione contra frigidæ usum in his morbis ab ægris avide expetitur, & a quibusdam Medicis liberaliter nimis concessum, copiose disputat, atque quartam Partem, Mechanices remedium titulo insigniendam, pollicetur.

HENRICI LEONIS AUTORITAS CIRCA
Sacra in constituendis atque confirmandis Episcopis, ex
Historiæ monumentis exposita ac commonstrata a
TOBIA ECKHARDO, Ill. Quæd.
Rectore.

Guelferbyti, apud Jo. Christoph. Meisnerum, 1732, 4.
 Pl. 12 ½.

PLUS præstat, quam in titulo promittit, Clarissimus & jam dudum bene de literis promeritus Autor. Non enim solum, quanta usus sit *Henricus Leo* potestate in rebus Ecclesiasticis, exponit, sed universam magni illius Principis Historiam persequitur, adductis ubique autoritatibus ad ea, quæ dixit, confirmanda idoneis. Initio igitur nomen *Guelfi*, quod Henricus ille gessit, considerans, non a *catulis*, quæ vulgi fabula est, id natum, sed a majoribus, inter quos Wolfo I Caroli M. tempore vixit, acceptum esse, docet. Ad cognomen *Leonis* quod attinet, non solum fabellam de leone ex Oriente ipsum secuto explodit, sed etiam *Schurzsteischii* aliorumque sententias repudiat, quorum quidam putant, Henricum ex Anglia reduce[m] imagine leonis ornasse insignia sua, nonnulli, eum a sua fortitudine id nominis traxisse, credunt; ostendens, eum jam ante gessisse nomen Leonis, & adhuc puerum ita cognominatum fuisse a scriptore *συχρόνω*, *Helmolde*. Jam cum patri quoque Henrici nostri tributum fuerit cognomen *Leonis*, id quod prisca monumenta lo-

quun-

quantur; non dubitat, quia cognomen id fuerit gentilitium; Ducumque Saxoniz commune, quippe cum & antiquiores Saxones insignium loco leonem habuerint. Hinc describit, quo jura Bavariam Saxoniamque Henricus ipsiusque pater tenuerit, & eximiam illam Historiz medii ævi partem præclare illustrat. Exponit deinde res maximas bello & pace gestas ab Henrico, utpote qui magnum se adiutorem præbuit Imperatori Friderico in Italia bellanti, Regem Daniæ expulsum restituit in regnum suum, Lubecam urbem instauravit & mirifice ornavit, Comitatum Stadensem sibi vindicavit, iter sacrum in Palæstinam suscepit, cum pluribus Germaniæ Principibus suæ potentiz invidentibus gloriose belligeravit, urbem Bardevicum rebellionis ream solo æquavit, Venedos seu Slavos armis coercuit, atque inter eos religionem Christianam propagare studuit. Sed veniamus age ad res Henrici Leonis Ecclesiasticas. Tres scilicet restauravit vel potius condidit Episcopatus, Aldenburgensem, Suerinensem, ac Razeburgensem, & quidem ita, ut Episcopos ibi constitueret ipsemet, & quod Germanica appellatione vocant *investire*, (*befestigen*,) confirmaret. Cum enim illius ævi Imperatores quorundam Pontificum injuria sibi ademptum jus investiendi Episcopos rursus usurparent subinde; Henricus quoque Leo suis in terris fortiter jus illud exercuit, Clero licet vehementer repugnante. Augebat hanc Henrici autoritatem Imp. Fridericus I, qui, quod antea Henricus Auceps Duci Bavariz concesserat, idem concedebat Henrico Leoni, ut videlicet Episcopos suarum terrarum creare posset atque investire. Idem Leo sua solius autoritate Episcopatum Aldenburgensem transtulit Lubecam, mortuoque Episcopo substituit alium, indignantibus quidem Clericis, sed tanto Heroi obistere haud sustinentibus. Pari modo Meklenburgensem Episcopatum in urbem Suerinum transtulit, & Bremensibus novum dedit Archiepiscopum, Halberstadiensemque Episcopum Ulricum munere suo exiit. Qualia facta cum invidiam ipsi confissent non solum Cleri, sed etiam quorundam Germaniæ Principum, posteaque & Imperator Fridericus Anobardus ei succen-

cenferet propterea, quod expeditionem Italicam cum ipfo fufcipere recufaret, (quod enim dicitur Henricus Imperatorem ad fuos pedes prolapfum contemiffis, fabulofum Noftro videtur,) factum eft, ut ille Imperator Principum de Henrico querelis locum relinqueret, eumque, cum coram caufam dicere nollet, Ducatu fuo exueret. Tum vero alius Principum in aliam Henrici regionem inuafit, qui, cum fe videret hoftibus fuo imparem effe, A. 1182 in Angliam fe contulit. Unde A. 1185 redux cum terras patrimonii fui, (hoc eft, Brunfucenfes ac Luneburgenfes,) quas falvas fore promiferat ipfi Imperator, deprehenderet imminutas, nec Imperator, nifi præduris conditionibus, eas ipfi reftituendas curare vellet, arma cepit, urbesque immorigeras ad obfequium redire coegit. Tandem novus Imperator Henricus VI reliquique Principes ei reconciliantur: ex quo tempore quiete vixit ad annum ufque 1195, quo deceffit. Cl. Autor, qui omnes has historias veterum fcriptorum testimoniis fatis fuperque ftabilit, & ubi aliqua fuboritur dubitatio, nodum folvit folertiffime, ad extremum fata Henrici fui comparat cum fati ipfius pofterorum. Ipfe fcilicet Anglam uxorem habens exutus eft terris fuo: quod idem poftea Friderico V, Electori Palatino, accidit, Regis Angliæ Jacobi I filiam habenti in matrimonio. Nunc utriusque pofteritas regnat in Britannia. Porro & Henricus Leo acriter fibi vindicavit jus circa facra, & Palatinus ille Fridericus ad defendendam religionem creari fe Regem paffus eft a Bohemis. Utriusque pofteritas folium obtinens nunc Britannicum, augufto exfplendefcit titulo *Defenforis fidei*. Finito jam Operi Cl. Autor annexuit Differtationem, A. 1723 primum editam, in qua breviter, fed tamen accurate, defcribit Henrici Superbi, qui Leonis pater fuit, hiftoriam.

Jacob Bruckers Kurze Fragen ꝛc.

h. e.

JACOBI BRUCKERI HISTORIA PHILOSOPHICA, erotematice propofita.

Y

Paris

Pars III.

Ulmæ, apud Dan. Bartholomæi, 1732, 12.

Alph. 2 pl. 14.

Cum superiore in Tomo filum Historiæ Philosophicæ perductum sit ad id tempus, quo natus est Servator humani generis, in hoc & proxime secuturo Tomis Cl. Autor eorum Philosophorum persequitur historiam, qui inde a nativitate Christi usque ad nonum floruerunt seculum. Orsus vero a Philosophia Romanorum, cum ea jam ante natum Christum nonnullas egerit radices, omnem ejus historiam (*Gaudentianam enim Historiam Philosophiæ Romanorum p. 10* valde contemnit,) simul hoc loco describendam censuit. Disces igitur ex *Cap. I* fata, quibus usa Romæ est Philosophia inde a Numa, vel potius, quia falso Numam Philosophis adscribi solemus, a fine seculi Romani sexti usque ad humanam Christi ætatem. Hic recensentur e Romanis non solum patroni, sed etiam cultores Philosophiæ, observaturque, eos sectandam suscepisse Philosophiam Græcam, aliis *Pythagoreos*, aliis *Platonicos*, Academicos, Stoicos, Peripateticos, *Epicureos*, sequentibus Philosophos. Et *Pythagoreus* quidem erat *Nigidius Figulus*, isque solus; *Platonicus* *Varro*, Academicus *Cicero*; Stoicus *Cato Uticensis*; *Epicureus* *Lucretius*. De singulis agitur copiose ac simul accurate. Inprimis *p. 74 - 123* longam habes Dissertationem de *Ciceronis* vita & eruditione Philosophica, addito de progressibus ejus in Philosophia deque scriptis ejus philosophicis iudicio. *Cap. II* agit Cl. Autor de fati Philosophiæ sub Imperatoribus Romanis. Hic paucis perstricta philosophica eruditione *Virgilii*, ceterorumque Poetarum, *Livii* item, *Strabonis*, ac *Taciti*; singulas Philosophiæ sectas considerat. *Pythagoricis* igitur dogmatibus addicti hoc temporis spatio fuerunt *Anaxilaus Larissæus*, *Q. Sextius*, *Sotion*, *Moderatus Gaditanus*, *Euxenus*, *Apollonius Tyanensis*, *Secundus*, & *Nicomachus Gerasenus*. Quæ *Sextio* tribui consueverunt *Sententiæ morales*,

let, an jure vereque a *Ruffino* tribuantur Episcopo Romano Sixto II, vehementer dubitat, pluresque affert in contrariam eundi sententiam causas. De *Apollonio*, famoso illo mago, agit p. 214 - 339, nec vitam solum ejus fuscè persequitur, sed & rite expendit historiam ejus a *Philostrato* confectam vel verius confictam. Eam enim habet pro fabula quadam Romanensi, ad detrahendam Christianæ religioni suam auctoritatem composita, diligenterque producit mendaciorum indicia: quanquam, aliquid veri subesse narrationibus *Philostratis*, facile concedit, putatque, *Apollonium* fuisse magum, nonnulla jactantem miracula, quæ re vera præstigiæ erant, cupientemque videri, exemplo *Simonis* magi, virum plane divinum. Hinc sistit *Platonicos* hujus ævi, de iisque eodem modo, hoc est, pari copia parique diligentia, disserit. Occurrunt hic *Thrasyllus*, *Theo Smyrneus*, *Alcinous*, *Favorinus*, *Taurus*, *Apulejus*, *Atticus*, *Numenius*, & *Maximus Tyrius*. His subjungit *Plutarchum* & *Galenum*, fideles quidem illos *Platonis* assecclas, ita tamen, ut & *Aristotelis* complura dogmata facerent sua. Tum sectam nobis exhibet eclecticam, cujus autor *Potamo*, propagator *Ammonius Saccas*. Et si vero hoc Philosophorum genus ex omnium Philosophorum placitis deligere se profitebatur optima; Noster tamen a potiori eos appellat sectam *Pythagorico-Platonicam*. Ceterum, de *Potamonis* ævo cum orta sit controversia, Cl. Autor, Cl. *Heumannum* sequens ducem, credit, ipsum vixisse tempore Imp. Alexandri Severi. *Ammonii* illius discipulos commemorat clariores, *Dionysium Longinum*, *Herennium*, *Origenem*, (a Christiano *Origene Adamantio* diversum,) & *Plotinum*. Quos inter cum *Plotinus* doctrinæ virtutumque fama eminuerit, p. 475 - 504 de eo disserit, ejusque historiam a *Porphyrio* relictam cum eodem *Heumanno* inter splendida rejicit mendacia, idque unum egisse contendit *Porphyrium*, ut Christo opponeret *Plotinum*, eoque pacto novas ferret suppetias labanti religioni ethnicæ; simulque contemnit scripta *Plotini*, quæ supersunt. Pulchre vero obser-

vat p. 505 seq. sectæ hujus *Pythagorico - Platonica* Philosophos omnes id sibi proposuisse, ut invalescenti tum religioni Christianæ opponerent religionem philosophicam, ideoque gloriose jactasse *Pythagora* aliorumque miracula, sua cum Diis vel dæmonibus commercia, suos singulares & plane divinos in virtute progressus: prætereaque ineptas illas ac prorsus absurdas veterum de Diis narrationes interpretatos esse sensu mystico: denique, ne ullum fraudis genus facerent reliquum, libros composuisse nomine *Zoroastri*, *Hermetis*, aliorumque magnorum prisca ævi virorum. Exhibet etiam ex *Jamblicho* tum systema Theologicum hujus sectæ anti-christianæ p. 557 seq. tum systema doctrinæ moralis p. 574 seq. Progreditur inde ad successores *Plotini*, de iisque criticam exponit historiam, de *Amelio* videlicet, *Porphyrio*, *Jamblicho*, *Ædeso*, *Eustathio*, ejusque uxore, *Sospatra*, *Antonino*, *Eusebio* *Mindio*, *Maximo*, *Chrysanthio*, *Eunapio*, (quem ipsum huic sectæ addictum, superiorum vitas descriptas reliquisse docet, sed fabulis mendaciisque refertas,) *Hierocle*, *Plutarcho*, *Syriano*, *Proclo*, *Marino*, *Isidoro* *Gazao*, *Hypatia*, Philosophæ, & *Damascio*. Præcipue de *Porphyrio* longus est & *Jamblicho* & *Maximo* & *Hierocle* & *Proclo* & *Isidoro*, ejusque conjugæ, *Hypatia*. Nec omittit Imp. *Julianum*, sed justam exhibet de philosophica ejus religione & historiam & epicrisin. Venit hinc ad Peripateticos hujus ævi, *Sofigenem*, *Boetium* *Sidonium*, *Nicolaum* *Damascenum*, *Xenarchum*, *Abenaum*, *Alexandrum* *Ægeum* & *Aphrodisæum*, (quorum hic novum caput sectæ *Aristotelica*.) *Dexippum*, *Themistium*, *Olympiodorum*, & *Simplicium*: differens ad ultimum de variis methodis, quibus tractata hoc temporis tractu fuerit *Philosophia Aristotelis*, p. 953 seq. Sequuntur Cynici sub Imperatoribus Romanis eminentiores, *Musonius* *Babylonius*, (quem Cl. Autor docet perperam a quibusdam non discerni a *Musonio* *Stoico*,) *Demetrius*, *Ocnomus*, (quem tamen non sine omni dubitatione hanc in societatem refert,) *Demonax*, *Crescens*, *Peregrinus*, & *Sabulius*: *Stoica* sectæ cur his temporibus tam multi nomen suum dederint, præfatus,

colle-

collectam e veteribus monumentis historiam recitat de *Arbenodoro, Cornuto, Musonio, Charemons, Epicteto, Seneca*, (de quo Philosophorum pari eximio longior est,) *Dione Chrystomo, Euphrate, Sexto, & Imp. M. Aur. Antonino*, de quo a p. 1186 differit usque ad p. 1247. Nec *Epicurois* caruit hoc temporis intervallum. Hic igitur videas *Celsum, Plinium, Lucianum, & Diogenem Laertium*: quem tamen summo jure inter Philosophos referri negat, adeoque aliorum potius, quam suum, secutus judicium, hic loci describit. Ultimum locum dedit Cl. Autor Scepticis ævi hujus, quorum secta suos habuit magistros usque ad tertium seculum Christianum: inter quos tamen unus tantummodo libros de hoc philosophandi genere conscripsit publicavitque *Sextus Empiricus*. Et hæc sunt hujus Tomi argumenta. Nondum vero, ut jam supra diximus, hoc pacto finita est hæc Historiæ Philosophicæ periodus omnis, sed proximo Tomo (quem quin cupide expectent plurimi, non est, quod dubitemus,) eruditissimus Autor pertractabit Philosophiam Judæorum tum *Cabbalisticam*, tum *Aristotelicam*: Philosophiam item Christianorum ad nonum usque Seculum.

ARBORETI SACRI PERFECTIORIS SPECIMEN, sistens Laurum ex omni antiquitate erutam; Autore D. JO. GERARDO WAGNERO, Medico Lubecensi.

Helmstadii, apud Paul. Dieteric. Schnorrium, 1732, 8.
Pl. 12

ET si *Arboretum sacrum* jam edidit *Jo. Meursius* filius, itemque *Jo. Henricus Ursinus*, multaque de lauro *Paschalius* congestit in suo *de Coronis* Opere, ac *Jo. Bodæus* in *Commentar. ad Theophrasti Historiam plantarum*; Noster tamen doctissimus Autor, Cl. *Wagneri*, Physici & Mathematici Helmstadiensis, filius, longum sibi ab his relictum esse spicilegium, sentiens, præsentem libellum concinnavit jure meritoque.

toque. Duos autem digessit in libros, quæ in vetustis reperit monumentis, priore agens *de usu lauri sacro*. Hic primo *Capite*, quis Apollo ille sit, cui laurus sacra, disquirat, ac, reiectis fabulis, censet, hominem quendam, nomine Apollinem, insigni lauri usu inclaruisse, quo inter Deos relato, factum esse, ut ipsi arbor ista sacraretur. Hinc erudite ostendit, non solum imaginem Apollinis lauro ornatam fuisse, sed & templum ejus laureis corollis circumdatum, imo id everri solitum lauri frondibus. Nec vero solum Apollinem sive Phœbum, sed alios quoque Deos lauro fuisse ornatos, docet exemplo Jani, Vestæ, & Æsculapii. *Cap. 2* disseritur de usu lauri in Pythia vate aliisque sacerdotibus; *Cap. 3* de usu lauri cum in consulendo Apolline, tum in sacris aliorum Deorum; *Cap. 4* de usu lauri in sacrificiis; & *Cap. 5* de lauri usu in festis Apollinis, Jani, Junonis, aliisque. *Alter* hujus libri *Sectio* est de vaticinatione per laurum; *tertia* de lauro fascinationum & instrumento & remedio; *quarta* de lauri usu apud Poetas; & *quinta* de lauro cum victorum, tum Poetarum, præmio. *Secundus Liber* civilem persequitur lauri usum per plures *Sectiones*: quarum *prima* sistit Cl. Autor considerationem lauri physicam, duce *Plinio* aliisque factam; *altera* usum lauri medicum, itemque effectus lauri sympatheticos & antipatheticos. Utrobique Cl. Autor veteres tantum autoritates producit, non nisi antiquam scilicet exhibens lauri historiam. *Sectio III* continet usum lauri militarem. Agitur itaque hic de laureis coronis militum, de lauro deditiois atque induciarum indicio, de literis laureatis victorum, de manibus laureatis. *Sectio IV* exhibet lauri usum in triumphis, item in spectaculis & ludis. *Quinta* agit de Principibus lauro coronatis, de laureatis Imperatorum foribus, de fascibus & lictoribus laureatis. Quæ sequuntur, tres *Sectiones* e præcis monumentis docent, quis lauri fuerit usus in conviviiis, in nuptiis, & in funeribus.

LAURENTII REINHARDI SYNOPSIS
Philosophiæ Moralis.

Vina-

Vinariz, 1732, 8.

Pl. 13.

CUM Cl. Autoris *Philosophia prima*, itemque *Logica*, egregium commodum adhuc juventuti in meliores incumbenti literas attulerit; ex clementissimo mandato Serenissimi Ducis Saxo-Vinariensis hanc *Moralis Philosophia Synopsis* confecit: in qua veritates præcipuas secundum principia *pii, honesti, justi, decori, & prudentiæ*, ita explicuit, ut nitor elegantioris latinitatis ubique appareat. Complectitur itaque hic libellus etiam primaria *Politices* capita: in qua doctrina *de prudentia imperandi & de prudentia militari* historicis exemplis perspicue est illustrata. Præmisit utili Opusculo Commentationem *de factis Moralis Philosophiæ*, lectu utique dignam. Leges divinas positivas universales existere, negat & pernegat.

Der erläuterte Grund-Text vom Prediger Salomo.

h. e.

TEXTUS ORIGINALIS AD ECCLESIA-
sten Salomonis versione ac notis M. CHRISTIANI
FRIDERICI BAUERI illu-
stratus.

Lipsiz, impensis Jo. Christiani Martini, 1732, 4.

Alph. 2.

IN primis boni interpretis est propria veri inquisitio atque investigatio. Quare diu multumque S. Codicis amantissimi exoptarunt, ut Hebraicæ veritatis ratio tam accurata per investigatione philologica excoleretur, quam profani scriptores doctissimorum Criticorum notis illustrati suas eruditæ delicias repræsentant. Omnino enim cum S. Reverend. *Læscher* ex ejus Præfatione in causas linguæ Hebrææ dolendum & inter Satanæ stratagemata numerandum est: *Hebraum idioma longe minori cura, ingeniorum vi ac sagacitate, tractari, quam*

quam Græcum & Latinum. Utinam unicus, qui nobis superest, liber vere Hebraus, quantum ad genium linguæ silique rationem, & ea, quæ crasse philologica sunt, ea diligentia atque accuratione pertractatus esset, qua Theocritum, Læretium, & Persum, Casaubonus, Plinium Harduinus, Hesiodum Clericus, peruestigarunt. Operam itaque satis laudabilem Rev. Autor suscepit, illustrando Ecclesiasten, penitiori linguæ & accentuationis Hebraicæ cura. Textus originalis, punctis instructus, & *επισημειωτός* scriptus, seu ex accentuum distinctivorum observatione in portiunculas divisus, in una columna legitur; in altera autem, qui sensus ex Hebraico idiomate sit efferendus, per appositam versionem Germanicam communicatur. Textui subjunctæ sunt notæ Germanicæ, quæ justas sibi que constantes versionis suæ rationes, ex linguarum natura, argumenti indole, & tenacibus contextus vinculis, petitas, continent. Totum etiam Ecclesiasten, ut perpetuam Salomonis orationem, ad eam sensus & cohærentiæ conditionem perducit, ut Salomonem nihil nisi sua sapientia dignum optimeque cohærens perorasse, ex jugo antecedentium & consequentium scrutinio constet. In præmissa enim introductione ad Ecclesiasten probatur, hunc librum esse solennem Salomonis orationem, quam habuit post Jerobeami fugam in Ægyptum, cujus scopus & argumentum eo abeat, ut in vanissimam hominum vitam animadvertat, & vanitatibus i. e. vanissimis hominum studiis opponat officiorum præcepta, tanquam *וּמְעוֹד* meliorem vivendi rationem, seu summum hominis officium. De quibus tamen omnibus ut non nostrum, sed eruditorum, sit judicium, specimen novæ Ecclesiastæ versionis, ab Autore Latino etiam idiomate adornatæ, & benevole nobiscum communicatæ, his *Actis* inferere juvabit.

Ecclesiasta Cap. I v. 1: Hæc est oratio Ecclesiastæ, filii Davidis, Regis Hierosolymis. *v. 2* O vanissima hominum studia! inquit Ecclesiastes, o vanissima hominum studia! quam vana sunt omnia ista! *v. 3* Quid itaque factu melius esset homini? quis labor laborum ejus omnium est is, quo sub hoc sole se occuparet? *v. 4* Utpote ubi pereunte generatione

ratione una, succedit & altera, ut terra sic tempus suum nobis absconditum persistat. *v. 5* Oriente etiam aut occidentē sole, locus datur, cui id convenit, sive exæluet, sive exoriatur mane, versatur ibidem. *v. 6* Quod si a nobis annuo cursu recedit, est pro meridionalibus regionibus; quod si circummeundo revertitur, est pro septentrionalibus. Prout autem sol circummeundo revertitur, etiam ventus mutatur; & secundum ipsius vicissitudines aer revertitur. *v. 7* Omnium fluviorum est, ut ad mare decurrant; & maris, ut non superabundet. Ad quem locum fluviis fluendum est, in eundem etiam fluendo revertuntur. *v. 8* O lassa autem hominis negotia! o virum orationis facultate non usurum! o oculum non satis visurum! o aurem ex auditu non satis perficiendam! *v. 9* Et quid est, quod jam sit? idem, quod erit amplius. Et quid actum est? idem, quod paragetur amplius; nec omnis erit renovatus sub hoc sole. *v. 10* Licet sit ipse λόγος, qui dicturus est, ecce qualis sit novus homo, erit tamen, ut præsentis, sic etiam subsequētib; seculis, idem, quod a nobis perpetratur. *v. 11* Nulla respiscendi memoria fuit majoribus, & posteris, qui jam sunt, etiam est nulla, æque ac nulla erit iis, qui ultimis erunt temporibus. *v. 12* Ego Ecclesiastes fui Rex Israelis Hierosolymis. *v. 13* Et converti animum meum ad disquirendum & pervestigandum sapientissime, quod attinet omne, quod homines sub cœlis faciliant, cum prava sit occupatio, utrum Deus ita constituerit hominibus, ut in ea sese occupent. *v. 14* Consideravi itaque omnia, ut peraguntur sub hoc sole, negotia, & ecce omnia ista erant vanitas & spiritus infirmitas. *v. 15* Siquidem curvatum a me non haberi poterit pro recto, nec numerari, quod deficit. *v. 16* Quamvis egomet ipse ex animo mihi hæc proponerem, dicens: quid mei est officii? ecce magni faciam & adaugebo sapientiam præ omnibus, qui mecum degunt Hierosolymis. Ideo enim cor tuum multum sapientiæ & scientiæ perspicit. *v. 17* Ergo omnem nunc applicabo animum meum ad efficiendum, ut tam sapientiam pernoscant, quam stultitiarum ac astutiarum cognitionem habeant. Sed animadverti tamen,

quid hic etiam defatigatum reddat spiritum. *v. 18* Quia quo plus est sapientiae, eo plura animus inveniet ægre ferenda, & scientiam aucturus, quia sibi augebit dolores.

Cap. II v. 1: Ideo hæc animo agitabam meo: agedum principem me geram in lætitia, tu igitur bono sis animo. Ecce autem etiam hoc erat vanitas. *v. 2* Rifui potius dicendum existimo, reddis insipientem; & lætitiæ, quid est, quod facis? *v. 3* Quotiescunque igitur animadverto in animo meo cupiditatem, quæ carnem meam ad vinum alliciet, o tunc cor meum ad sapientiam sum appulsurus, cum in ejusmodi stultitia invenero, donec cognoscendum est mihi, quam bonum sit istud hominibus, quod etiam facerent sub cœlis, continuis omnis vitæ suæ diebus. *v. 4* Effeci, ut magnifica essent opera mea. Sic ædificavi mihi domos, plantavi mihi vineas. *v. 5* Feci mihi hortos & paradisos, in quos fructiferas omnis generis arbores plantabam. *v. 6* Effodiendas mihi curavi aquarum piscinas ad irrigandum ex illis feracem ligni arborem. *v. 7* Acquisivi mihi servos & ancillas, & ex illis in domo mea prægnavi, omnes erant mei. Boum ac ovium etiam major mihi est possessio, quam omnibus, qui degunt mecum Hierosolymis. *v. 8* Collegi mihi etiam argentum & aurum, & quicquid Reges & provinciæ instar pretiosi habent peculii. Constitui mihi cantores & cantatrices, & quæ sunt deliciæ hominum, chorearum peritam & peritas. *v. 9* Ad magnificentiam evectus & ampliatus sum præ omnibus, qui mecum degunt Hierosolymis, usque eo sapientia mihi adstitit adjumento. *v. 10* Nec quidquam, quod revifere oculi mei desiderant, ab iis retinui, nec animum meum ab ejusmodi lætitia præclusi, quin potius animus meus lætaretur de omni labore meo, & hæc foret pars mea de omni labore meo. *v. 11* Sed cum circumspicio ad omnia opera mea, quæ manus mea fecit, & ad laborem, quo in iis perficiendis defunctus sum, ecce etiam hæc omnia sunt vanitas & spiritus infirmitas, nec præcipuum meum sub hoc sole officium. *v. 12* Quod si etiam de futuris circumspicio, prudentiam cogniturus, adsunt imprudentia & nequitia. O enim hominem successurum post hunc

hunc Regem, utpote quem jam constituunt. *v. 13* Licet vero perspiciam, eam esse præstantiam sapientix præ stultitia, quæ luci est præ tenebris. *v. 14* Licet sapiens ut oculos, in capite gerens, stultus vero in tenebris ambulent; nihilo minus tamen & illa novi, unum idemque unicuique horum posse accidere. *v. 15* Exinde, licet hæc animo meo cogitare possem: cum idem, quod stulto accidit, mihi etiam accidere cognoscam, cur sapientix me dedi, cur continuandi est adhuc animus? tamen alta mente repono, id etiam fore vanitatem. *v. 16* Num sapiens æque ac insipiens non recordetur futuræ & absconditæ æternitatis? num perinde ac præsentibus, sic, futuris etiam, diebus omne hoc oblivioni erit traditum? & quid quod? num iste, qui sapiens fuit, moriatur ut insipiens? *v. 17* Ac hæc vita num ideo mihi habenda est odio, quia mihi contrariantur studia & machinationes, quæ fiunt sub hoc sole, ubi omnia ista sunt vanitas & spiritus infirmitas? *v. 18* Et omnem laborem meum, cui sub hoc sole operam dedi, num ideo odio habeam, quod eum relinquam homini post me futuro? *v. 19* Quis scit autem, utrum sapiens futurus sit, an stolidus, & tamen dominaturus est in omnem laborem meum, quo operose & sapienter sub hoc sole defunctus sum? Sed hoc etiam foret vanitas. *v. 20* Quid enim me circumvenirem, animum meum denuo defatigando, circa laborem, quo jam sub sole defunctus sum? *v. 21* Propterea quod ego fuisset homo, qui laborem suum in sapientia, cognitione & dexteritate, perfecisset; homini autem, qui in illo non laborasset, in partem ejus relinqueret; hoc etiam vanitas magnaque malitia foret. *v. 22* Etenim quis talem in omni labore suo animique affectibus se gereret hominem, qualis sequens est sub hoc sole operarius. *v. 23* Qui ita se habet, ut omnes dies sui sint dies dolorum, nec alia ejus occupatio, quam indignatio, ut ne nocte quidem quiescat, animus. Etiam hoc esset vanitas. *v. 24* Nonne ejusmodi homini magis conduceret, si cibo potuque fruens, bono esset animo in labore suo? O vero id etiam atque etiam a me considerandum, hoc venire e manu Dei! *v. 25* Alias quis libentior ede-

ret, & solertia uteretur, quam ego? v. 26 Cum ipse autem homini, in conspectu ipsius bono, det sapientiam & scientiam, imo & letitiam, peccatori autem molestant det operam colligendi & arrendi ea, quæ deus daturus est Deo, alteri in conspectu ipsius bono: ergo id etiam (nempe præsumptio bono utendi animo, Deo non largiente sapientiam & gaudium,) erat vanitas & debilitas animi.

Caput III v. 1: Suum cuique rei necesse est tempus terminatum, & opportuna tempestate opus est, ad omnia, quæ sub cælis molimur. v. 2 Ubi datur tempus gignendi, at datur etiam moriendi, datur tempus plantandi, at datur etiam plantatum evellendi. v. 3 Datur tempus occidendi, at datur etiam curandi. Datur tempus diruendi, at datur etiam ædificandi. v. 4 Datur tempus lachrymandi, at datur etiam ridendi. Datur tempus plangendi, at datur etiam saltandi. v. 5 Datur tempus, quo lapides abjiciuntur, at datur etiam, quo colliguntur. Datur tempus amplexandi, at datur etiam ab amplexu recedendi. v. 6 Datur tempus promovendi, at datur etiam perdendi. Datur tempus, quo quid asservatur, datur etiam, quo abjicitur. v. 7 Datur tempus lacerandi, at datur etiam consuendi, datur tempus silendi, at datur etiam loquendi. v. 8 Datur tempus amandi, at datur etiam odio habendi; datur tempus belli, & datur etiam pacis. v. 9 Quid nunc pro optimo eligat homo negotiosus, cujus est, ut sit laboriosus sub hoc sole? v. 10 Omnem occupationem, quam Deus hominibus subeundam dedit, eo abire cognosco. v. 11 Si modo quis omnia, quæ facienda sunt, faciat decenter, & suo tempore; tunc etiam cum tempore ex ipsorum animis dabit, licet non sit semper, ut homo directionis divinæ opus assequatur, quomodo ipse Deus suum opus ab initio usque ad finem sit perfecturus. v. 12 Scio itaque, hac rerum facie nihil esse melius, quam læto esse animo, bonæque operari in hac vita. v. 13 Siquidem omnem etiam hominem, qui cibo potuque frui, & videre potest, bonum quid omni suo inesse labori, hoc pro dono Dei habere oportet. v. 14 Scio etiam omnem, quod faciet Deus, futurum esse in æternum; ei nihil

ad-

addendum esse, & ab eo etiam nihil demendum esse. Hoc autem facit Deus, ut ab ipso timeamus. *v. 15* O! quicquid est, quod fieri oportet, id jam etiam fit: & quidem, quomodo fieri oportet, sic jam accidit! dum Deus eum, quem alii persequuntur, servandum quæret. *v. 16* Si progredior autem, & video, sub sole hinc inde esse locum iudicii, quo impietas, & locum iustitiæ, quo iterum ea observatur. *v. 17* Tunc ego animo meo cogito, quod iustum & impium iudicaturus sit Deus. Licet enim hic tempus sit variam explendi libidinem, istuc tamen de omni isto, quod factum est, iudicaturus est Deus. *v. 18* Item tunc ego in animo meo cogito contra ejusmodi hominum conditionem, quod eos dignoscat Deus, imo quod perspiciat, qui sint illi, qui sibi met ipsis obbrutescent. *v. 19* Quoniam aliquid, quod hominibus accidit, etiam brutis accidit, ut ergo plane unum idemque ipsis accidere oporteat, ut, sicut hæc moriuntur, etiam istos mori oporteret, ut unus idemque spiritus esset ambobus, nec inter hominem & belluam magnum quid interesset, sed omne hoc esset vanitas. *v. 20* Quoniam hæc omnia pereunt, ergo in unum eundemque locum abirent, quoniam hæc omnia sunt facta ex pulvere, ergo hæc omnia ad pulverem redirent. (Sic sunt Syllogismi obbrutescentium sibi hominum.) *v. 21* Utinam vero talis cognosceret, spiritum hominis (ut immortalem) esse ascendentem ad superiora, & spiritum bruti (ut longe inferiorem) esse descendentem infra ad hanc terram. *v. 22* Deinde perspicio etiam, nihil boni expectandum esse ab ejusmodi homine, qui in operibus suis sic indulget lætitiæ, quasi nulla alia vitæ ipsius pars, quam hæc tantum. Nam quis ejusmodi hominem eo adigat, ut, quæ post se futura sint, animadvertat?

Cap. IV v. 1: Si progredior consideraturus omnes injuria oppressos, quo rediguntur sub hoc sole, ecce conspiciuntur lachrymæ oppressorum, qui nullum habent consolatorem. Nam cum sit potentia in manu opprimentium eos, nec eis ullus est consolator. *v. 2* Num autem hic celebrem mortuos, qui mortem ideo sibi statim accelerarunt, præ viventibus, qui

vitam duxerunt quam diutissime? *v. 3* Aut utrisque præferam eum, qui nondum exstitit, nec, quam malum facinus sub hoc sole perpetratur, vidit? *v. 4* Aut id pro labore & dexterritate omnium maxima habeam, cum unus in alterum ira incitatus furit? Id etiam foret vanitas debilitasque spiritus. *v. 5* Demens est, qui suis vacabit manibus, altero ejus carnem devoratur. *v. 6* Licet etiam melius sit id, quod unam tantum volam replet, pacate autem tenetur, quam quod utramque manum replebit cum molestia & animi mœrore conjunctum. *v. 7* Progredienti mihi ulterius, ultiores etiam se conspiciendas præbent vanitates. *v. 8* Est cælebs quidam, socio prius, cui nec filius nec frater est, & tamen modum laborum suorum nescit. Cujus vero in gratiam sic laborarem, ut ab omni bono meum præcluderem animum. Etiam hoc foret vanitas malaque occupatio. *v. 9* O quam meliori fruuntur conditione bini, quam singuli, si combinatorum labores sic comparati, ut lucrum ex iis sit faciendum. *v. 10* Horum enim cadentem alterum alter eriget. Væ autem unico, si ceciderit, cui erigendo nullus est secundus. *v. 11* Pari modo duo concumbentes concalescent invicem. Unico autem quantum calefiet? *v. 12* Quantopere etiam unicus se corroboret, duo tamen prævalebunt ipsi. Triplicatus vero funis non tam facile difrumperetur. *v. 13* Interim etiam puer egenus, si modo sit sapiens, antistare poterit Regi veterano, ac tam stulto, ut amplius præmoneri nolit. *v. 14* Quia non minus iste ad regendum ex captivorum numero exire, quam hic in regno suo depauperari, & pueri loco haberi potest. *v. 15* Licet autem conspicerem, omnes tunc sub sole viventes isti se associare puero, hujus in locum successuro; *v. 16* Nec populi, qui hac in re omnibus præiret, ineundam esse numerum, postremo tamen posteri ipsius non sunt gavisuri; ut ita hoc etiam sit vanitas & afflictio spiritus. *v. 17* O custodi igitur pedem tuum, ac si frequentares templum, & auscultandi sis proclivior, quam sacrificium stultorum offerendi; sunt enim, qui nesciunt, se facere malum.


Sufficiant hæc iis, qui rationem concinnam atque accuratam

ratam interpretationis hujus nosse cupiunt; sunt enim reliqua simili studio & industria composita, dignaque omnino, quæ loco opportuniore olim S. Rev. Autor in usum juventutis, cui ad cognitionem Scripturæ sacræ duce opus est, expromat.


ELOGIUM JOANNIS HÜBNERI,
Lycei Hamburgensis Rectoris.

Patrium solum, quod *B. Hübnerus* primum nascens attigit, *Tyrgavia* fuit, locus *Zittaviæ* vicinus, hoc cive dignus commemorari, licet alioqui non magis fortasse celebris, quam *Stagira* *Macedoniæ* fuissent, nisi *Aristotelem* Philosophum protulissent. Ne igitur quærendi laborem hominibus præberet, *Zittavia-Lusatium* se *Noster* scripsit, hanc quoque gratiam rependens suæ *Zittaviæ*, quæ pueritiam ejus & adolescentiam benigne enutrivit. Parentes, quibus editus fuit A. C. 1668 d. 16 Cal. Maji, honesti, sed non adeo lautæ conditionis, *Joannes Hübnerus & Christina Staubia*; quandoquidem avus, *Elias Hübnerus*, propter religionis causam profugus e *Bohæmia*, re familiari satis locuplete relicta ac valere iussa, *Tyrgaviam* se contulerat A. 1654. Fratrem juniorem natu, *Christianum Hübnerum*, Conrectorem Scholæ *Martisburgensis*, *Noster* dilexit unice, præmaturaque morte ereptum, atque eodem, quo conjux fratris, die 20 Jun. A. 1713 extinctum, acerbè luxit. Tirocinia studiorum posuit *Zittaviæ*, in scholam publicam datus a parentibus ab anno ætatis undecimo, in qua per classium gradus, probatâ magistris industria, ad annum vigesimum primum usque perduravit, præceptoribus usus fidelissimis, tum aliis, tum *M. Curtio*, & *Adamo Erdmanno Miro*, præcipue autem celeberrimo illo ac de re scholastica longe præclarissime promerito, *Christiano Weisso*, cui doctori ac hospiti suo semper plurima debere se per omnem vitam præ se tulit, & cujus etiam memoriâ & elogium ipse ante paucos annos in cathedra *Joannei* publice celebravit Oratione singulari. Non immatura igitur studia in *Academiam* propulsurus, sed probe paratus & idoneis instru-

ctus



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTORUM ERUDITORUM QUAE LIPSIAE
PUBLICANTUR SUPPLEMENTA

LEIPZIG 1734
BAND 10

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT DAS
ORIGINAL DER NIEDERSÄCHSISCHEN STAATS- UND
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN ZUGRUNDE

SIGNATUR: EPH. LIT. 136/13 Ac 15

ctus subsidiis, & commendatione *Weisii* sui ornatus, venit Lipsiam A. 1689, ubi, cum in Philosophicis disciplinis ab optimi *D. Valentini Alberti* ore pependisset, in Historicis auscultasset viros doctos, *Ottonem Menckenium* & *D. Christianum Gosbafredum Franckensteinum*, deinde animum ad sacra applicans studia, frequentavit lectiones Theologorum meritissimorum, *Thoma Itigii*, *Gottlobii Friderici Saligmanni*, *Joannis Guntberi*, & *Joannis Schmidii*. Magistri auctus titulo & juribus, inter Candidatos XXXIV A. 1691 hoc egit inprimis, ut docendo disceret magisque proficeret. Itaque Collegia nec unius generis nec infrequentia habuit, quibus juvenes ingenuarum artium studiosos, ad Oratoriam, ad Poësin, ad Geographiam, ad Historiæ latifundia, & ad civilem disciplinam, monstrari sibi viam cupientes, non per ambages circumduceret, sed certa ac probata docendi ratione brevissimum tramitem præiret. Ex Disputationibus sive specimenibus, quæ circa idem tempus edidit, publicis, duo maxime memoratu digna sunt, unum *de Dilemmatibus Politicorum*, A. 1691, & alterum *de Prudentia ex historiarum lectione comparanda*, A. 1693, utraque Lipsiæ, edita, publiceque ventilata. Ad Recturam inde vocatus Lycei Martisburgensis A. 1694, post anni spatium conubio junxit se per triginta annos stabili cum virgine lectissime, *Anna Sibylla*, filia tertio genita Theologi Lipsiensis celebratissimi, *D. Joannis Olearii*, cumque illa ita vixit concordia felicitate, ut in Dedicatione Metaphraseos librorum *Kempisianorum*, quam memoriæ ejus sacram esse voluit, profiteatur, nunquam sibi ab illa datam esse ansam ullam mœroris, nisi semel & acerbissimi illius quidem, quem d. 6 Cal. Mart. A. 1726, ætatis quinquagesimo secundo, afflictus obitu ejusdem, persensit. Ex hoc conjugio quinque suscepit liberos: 1) *Joannam Sibyllam*, quam A. 1725 nuptiis locavit felicibus Viro S. Rev. *Philippo Friderico Hane*, S. S. Theol. Doctori, ejusdemque & Historiæ Ecclesiasticæ ac Civilis Professore in Academia Kiloniensi celeberrimo, duarum ex hoc conjugio neptium uniusque nepotis avus, *Joanna Elisabethæ*, *Anna Benedictæ*, sed quæ post

post anni & dimidii brevem moram in cœlum evocata desiderium Avo & Parentibus reliquit,) & *Stephani Gottlieb Hanne*; 2) *Sophiam Elisabetham*, A. 1719 nuptam nobilissimo Bibliopolæ Lipsiensi, *Joanni Gottlieb Gleditschio*, filiaque ex eo matrem unicæ, adhuc superstitis, *Joanna Sophia*, sed in flore ætatis extinctam Lipsiæ A. 1731; 3) *Joannem Hübnerum*, J. U. Licentiatum, & variis jam ingenii felicitis monumentis in lucem editis per vestigia clarissimi parentis strenue incedentem, majoraque etiam prominentem & luculentiora; 4) *Christianam Fridericam*, & 5), mox, postquam in lucem hanc susceptus esset, iterum defunctum, *Benedictum*. Nunc ad illud tempus est deveniendum, quo, cum a Rectura Joannei S. Rev. *Fabricium*, ejus ipsius precibus permoti, Amplissimi Scholarchæ consensissent tandem dimittere, & quod unice desiderabat, soli Gymnasio operam suam ut addiceret, benignissime concedere, de cooptando in locum ejus novo Rectore cogitarunt. Quo facto doctrinæ meritorumque fama præ ceteris commendatus illis *B. Hübnerus*, electus die 7 Jan. A. 1711, introductus autem solenniter est die 13 Junii, Venerando sacri Ministerii tunc Seniore, *D. Jo. Volcmaro*, verba faciente de *Sanctorum studiis profanis*, cujus Orationem *Hübneriana de Scholis bene constitutis* proxime excepit. Huic præluserat Programmate lepido, de pariter fugiendis vitiis duobus adversis inter se & extremis utrinque, rei que scholasticæ pestibus duplicibus pariter exitiosis, *Galanatismo & Padantismo*, quæ utraque certissime ad communem scopum ignorantæ collineant, pariter ineptos homines reddunt & infelices. Si quis vero dexteritatem consideret & merita *B. Hübneri*, quibus præcipue enituit, atque inter scholarum moderatores innumeros velut lumen eluxit, ingentemque sibi comparavit famam, hæc duo inprimis in eo admirabitur, primo quidem loco aciem penetrandi rerum nexus, notandi ordinem, momenta & partes omnes observandi distinguendique, ut, quemadmodum Cel. Marpurgensium Philosophus, *Christianus Wolfius*, a) *intelle-*

Aa

ctum

a) In Horis subsecivis A. 1729 Trimestri brumali p. 107 seq.

Etum systematicum in nonnullis viris magnis reperiri nuper observavit, ita *B. Hübnero* nostro *intellectum methodicum* tribuere summo jure debeamus; qua in parte singularem fuisse ejus solertiam ac dexteritatem, omnia ejus scripta loquuntur. Alterum est, quod ea, quæ plana & ad discipulorum captum apta methodo digessit, lepide & vivide, & mira perspicuitate, proponere consueverit. In nullum studiorum genus tanta exstant *B. Hübneri* nostri merita, quam in Geographico, Historico atque Genealogico. Atque, ut de *Geographico* primum dicamus, quantum ille unus contulerit, ut, quam ille tanto faciliorem reddidit pulcherrimam utilissimamque disciplinam, a longe pluribus intra & extra Germaniam libentius coleretur, atque adolescentibus colenda etiamnum commendetur, hinc licet conjecturam facere, quod Compendium ejus Geographicum, quod sine nomine Autoris, præmissam habens Præfationem *Christiani Weisii*, prodiit primum Lipsiæ 1693, 12: *Kurtze Fragen aus der neuen und alten Geographie, zum guten Fundament der curiösen und politischen Wissenschaften bequem und deutlich eingerichtet*, & nomine *Hübneri* sextæ demum editioni præfixo A. 1696, ab eo tempore Lipsiæ non modo toties prelo iterum sit subjectum, emendatius etiam ac plenius, ut tricies & sexies Germanice recusum, & per centies mille exempla amplius distractum constet, sed etiam in plures exstet translatum linguas, *Belgicam* b) imprimis, *Gallicamque*, & ab *Antonio Cbiusole* c) in *Italicam*, & in *Suecicam* a *M. Canuto Nicolao Lenæo*, d) quin, si vera ad nos fama pervenit, a nescio quo in *Russicam*. Præterea quid non ad hoc studium *Hübnerus* adjunxit commodi ac subsidii, excogitato mapparum Geographicarum genere, in quibus tirones nomina omissa locorum ex solo regionum mariumque ac fluminum situ notare jubentur; unde natus *Atlas methodicus*, explorandis juvenum profectibus in studio Geographico ad

b) Roekfaal van Europe A. 1706 T. II p. 521.

c) Giornale de' letterati d' Italia T. XXVI p. 491.

d) Holmiæ 1727, 8.

ad methodum *Hübnerianam* accommodatus a *Jo. Baptista Homanno*, Noribergæ, 1719, fol. Neque omittendum studium singulare magnæque utilitatis pariter & amœnitatis, quo docuit curavitque chartas Geographicas ita coloribus diversis illuminari ac distingui, ut uno statim obtutu ditiones diversæ diversarumque ditionum limites, etiam ubi sunt, ut in Germania, mirum in modum pernixtæ ac multifariæ, distingui facili negotio & accurate queant. Quod institutum suum perspicue exposuit in libello, qui inscribitur: *Jo. Hübners Nachricht von den Land-Charten, welche unter seiner Aufsicht in Hamburg illuminiret werden*, 1718, 12. Edidit etiam aliquot annis interjectis Descriptionem Musei sui Geographici, sive selectus pulcherrimi & divitis copiarum meliorum chartarum Geographicarum, ex omni collectarum Europa, & digestarum in varios Atlantes, pro cujusque emtoris captu vel re familiari majores minoresque, inapparum XVIII, XXV, XXX, XL, L, LXXV, C, CLX, CC, atque ita ad mille usque: *Ausführliche Nachricht von dem Hamburgischen Museo Geographico, Hamburg*, 1722, 12. Denique ipsius laudabili curæ & institutioni debemus, quod *Hübnerum* nobili & cognomine in filio videmus redivivum, a cujus industria & præclaro ingenio majora etiam & ampliora pollicetur sibi ut Historicum & Genealogicum studium, sic res Geographica; cujus rei fidem certam fecit, specimenque jam illustre edidit in Volumine triplici plenioris Geographiæ, in cujus Parte secunda profitetur, se ad eam adornandam usum esse Collectione Chartarum Geographicarum selectarum 1300. Non minora B. Viri merita sunt in omnem *Historiam*, sive quatenus ejus primæ lineæ ducendæ memoriæque imprimendæ sunt, sive quatenus præcipuè notandæ rerum conversiones, & veluti lapides ac termini limitesque in uniuscujusque gentis historia observandi, & historiæ ipsæ diversarum periodorum, ætatum & gentium, discernendæ invicem distincteque considerandæ. Quibus in rebus omnibus nemo reperitur, qui tam facili methodo & ordine tam perspicuo & tam plene hæc tradiderit ante *Hübnerum* nostrum, in Opere post primam

editionem ab A. 1697.-1707 vulgato primum decem spissis in minori forma Voluminibus, toties exinde recuso, quod inscripsit: *Kurtze Fragen aus der Politischen Historia bis auf gegenwärtige Zeit continuiet*. Singulis Tomis Introductio five Epitome brevis præmissa est, commendanda inprimis tironibus, & memoriæ perquam utile subsidium, repetitum etiam luculentius Tomo decimo, qui compendium historiarum totius orbis exhibet ordine, delectu, disjunctione, copia, brevitate, ac perspicuitate, incomparabile. Ut sunt varia hominum ingenia, varix animorum inclinationes, aliis methodus erotemata per quæstiones & responsiones singula persequendi displicuit, aliis tamen eadem mirifice probata, & ad perspicuitatem & res singulas discernendas visa est non parum momenti afferre. Fuerunt severiores censores, qui in describendis singulis non semper accuratum notarent, vel vitio verterent, quod fabulis interdum videretur potius oblectare lectorem, quam de vere gestis instruere. Quibus respondere licet, si testes, quibus usus fuit, consulantur, pauciora fortasse esse B. Autoris peccata, quam Aristarchis illis visum, deinde in illa varietate illoque dissensu scriptorum dandam esse veniam antiquitati, dandam fabulis quoque, ita narratis tamen, ut plura transcribi ab Autore, quam credi, facile appareat, ut a maximis Historicis semper est factum, quibus, ut *T. Livio*, nec affirmare, nec refellere, vulgatas ejusmodi & ab hilaritate legentium admissas narrationes in animo fuit. Præterea non venditatur hoc corpus Historiæ omnibus numeris absolutum, cui addi nihil, in quo perfici nihil possit, neque per Compendium hujuscemodi tironum usibus accommodatum aptissimumque prohibetur, qui cupit & potest, ipsos accedere fontes & haurire, uberioremque & solidiorem singulorum notitiam sibi comparare. Magna interim laus utilissimo huic Operi ejusque Autori merito integra manet, quam magis etiam propriam sibi asseruit editis subinde *Supplementis* sedecim, quibus Quæstiones suas Historicas, Genealogicas, & Geographicas, ab Anno 1708 in Annum 1723 continuavit. Quam multorum tulerit suffragia, præter iteratas edi-

editiones ostendit, ne alia jam memoremus, versio Belgica, e) cuius primus Tomus lucem vidit Lugduni Batavorum A. 1719, 8, & Casparis Diebolti Opus, *Historische Welt*, editum Tiguri A. 1715, 4, ex *Hübneri* Quæstionibus Historicis totum expressum, ut Autor ipse non abnuat, professus, se iisdem valide ac potenter usum fuisse, *dass er sich derselben kräftig bedient habe*. Non defuere, qui Autores suis quosque locis in Quæstionibus Historicis laudatos desiderarent, quod *Hübnerus* quidem instituto suo parum accommodatum existimans, de industria facere omisit. De tironum enim profectu sollicitus ac memoria, gnarusque, quod, ex veteri proverbii fide, *discentes oportet credere*, minus necessarium esse existimavit, Autorum nominibus, quod facile ipsi fuisset, Operis sui margines onerare. Ut tamen lectoribus suis hac etiam in parte satisfaceret, præcipuosque ostenderet fontes, in omni genere historiarum consulendos ab iis, qui ad altiora progredi cuperent, aliud condidit Opus historicum literarium, similiter, ut Quæstiones historicæ, Voluminibus decem distinctum in forma duodecima, (nisi quod nonnulla etiam exempla latioribus marginibus in quarto ordine excusa sunt) ab A. 1715 ad A. 1729, constans *Centuriis decem*, sive notitia scriptorum selectorum historicorum omnis ætatis & gentis mille, Indiceque accuratissimo Autorum & materiarum. Titulus Operis est: *Hamburgische Bibliotheca historica, der studirenden Jugend zum besten zusammen getragen*. Quod, licet nomen *Hübneri* non præferat, tamen, præter paucas amicorum observationes, totum ejus industriæ debet, & non minus ab amœnitate stili proprioque ipsi cultu ac nitore se commendat, quam observationum copia, delectu atque accuratione, studiosis historiarum neutiquam videbitur negligendum esse. Debent etiam hoc loco memorari a nobis Præfationes, quibus plures editiones duplicis Lexici ornavit *Hübnerus*, unius quidem illius omnium excepti plausu, & duodecies amplius repetiti typis, quod inscribitur *Reales Staats-Zeitungs- und Conversations-*

e) Mændelyke Uittreckfels A. 1719 Jul.

Lexicon, Lipsiæ A. 1704, 1706, 1708, 1709, 1711, 1713 &c. 8, & alterius, cui titulus: *Curioses und reales Natur Kunst-Berg-Gewerck-und Handlungs-Lexicon*, Lipsiæ 1712, 1714, 1717 &c. 8; quorum prioris Lexici ipsius cum Autorem *Hübnerum* præter rem fecisset, & varia in illo & in *Hübneri* scriptis acerbius reprehendisset Autor libri: *Gründliche Anleitung zur Deutschen Staats-Kunst*, 1710, 8, operæ pretium est videre, quomodo hunc adversarium represserit, q̄d omni alioqui alios in scriptis suis laceffendi libidine alienissimus, in scripto brevi, Lipsiæ A. 1710, 12, edito: *Abgenöthigte Vertheidigung seiner herausgegebenen Schrifften, wider die unbillige Censur, welche sich Herr J. B. M. (Jo. Burch. Majus) angemasset hat*. In studium *Genealogicum* præcipua *Hübneri* merita facile agnoscas, ita; ut, cum primum modo Volumen Tabularum in lucem edidisset, jam eruditis visus sit se ipsum superasse. Tribus autem Opus ejus *Genealogicum* Voluminibus constat & *Tabulis mille*. Primum Volumen excusum jam quater, A. 1708, 1712, 1719 & 1725, familiis Regum dicatum Principumque, Tabulas 333 continet, alterum A. 1727 itidem 333, & tertium A. 1728 Tabulas 334, utraque Comitum gentes persequuntur. Jun-gendus his Tabulis libellus, itidem sæpius recusus: *Kurtze Fragen aus der Genealogie, zur Erläuterung der politischen Historie*. In *Oratoria*, sicut in carmine quoque, non diffitebatur *B. Hübnerus*, Præceptoris sui desideratissimi *Weißi* legere se vestigia, & nativam facilitatem leporemque illius imitari, quod & in Latinis Orationibus & in vernaculis scriptis perpetuo testatum fecit. Latinas ejus Orationes nullas typis excerptas meminimus, sed, quas e cathedra scholastica in utroque Jubilæo A. 1717 & 1730, & quas præter inauguralem A. 1711 in anniversariis examinibus viginti habuit, in multorum adhuc animis ac memoria versantur. Germanicæ autem eloquentiæ ejus specimina plura exstant edita, una cum Institutione ejus *Oratoria vernacula*, libello accommodatissimo non solum tironum usibus, sed etiam docentium, avidè que emto, ut repetitæ editiones fidem faciunt. Titulus illius Institutionis, quam amico suo *M. Godofredo Hofmanno*, meritissimo illi de
reclis

rectis adolescentum studiis Rectori Laubanensi, digovit, hic est: *Kurtze Fragen aus der Oratoria, zur Erleichterung der Information abgefasset*. Editioni tertizæ A. 1704, 12, primum accessit Appendix de usu harum Quæstionum. Excerpta vero Oratoria, sacri etiam pleraque argumenti, comprehenduntur Parte secunda, quæ A. 1720, tertia, quæ A. 1726, & quarta, quæ A. 1729 typis Lipsiensibus exscripta legitur. His superiore A. 1730 etiam quinta accessit, in qua Reformationis Ecclesiæ Historia, per B. *Lutherum* feliciter institutz, pluribus brevibus sermonibus enarrata traditur. *Latina* ejus *Carmina* pauca vidimus, eaque amœna facilitate, nec destituta ingenio; sed *Germanica Poesis* multum imprimis *Hübnero* debet, de cujus studiosis præclarissime promeritus videri potest triplici nomine. Nam & præceptorum libellum consignavit brevem, perspicuum, justo ordine & exemplis instructum idoneis: & Lexicon composuit, plenissimum hactenus, & methodo opportuna in Poetarum futurorum usus ita adornatum, ut alphabetico ordine digestæ ultimæ vocum Germanicarum syllabæ ad homœotelevta statim inveniendæ exhibeantur. Titulus Operis utriusque est: *Poetisches Hand-Buch, das ist, ein vollständiges Reim-Register, nebst einem ausführlichen Unterricht von den Deutschen Reimen, Leipzig, 1696, 8*. Tertio specimina venæ suæ poeticæ lingua vernacula edidit bene multa & varii generis, characterisque non unius, nec junctim excusa, sed quæ produnt felicitatem ejus ingenii pluribus etiam apti, si studium & industriam in illis parem ponere voluisset: quanquam præcipue admiranda ejus videtur poesis in Metaphrasi *Thoma Kempfisi*, vulgata Lipsiæ A. 1727, 8, in qua natus & in affectatus decor certat cum rerum pondere ac sublimitate. Sed, quod ipse solebat inter amicos dicere, ut ferebat tempus vel aliorum laborum moles, interdum alios patiebatur sibi profestos ac quotidianos versus excidere, alios, quoties ducebat pretium operæ, festos diligentiusque tornatos atque exasciotos, in lucem dabat. Quod postremo loco jam commemoraturi sumus Opus, hoc imprimis præclarissime promeritum esse de Christiana juventute *Hübnerum* nostrum, non dubitamus. Est autem illud delectus ille 52 Historiarum

Biblicarum ex Veteri, & totidem ex Novo Testamento, ita verbis Biblicis excerptarum, ut hebdomadatim parvulorum non modo proponi memoriæ, sed etiam per quæstiones additas & porrifimata inculcari animis, & iudicium eorundem atque attentio excitari possit. Singulis quoque Hexasticha Germanica, & in recentioribus editionibus Latina etiam, addidit, mandanda memoriæ, & eximiam sententiam, historiæque præmissæ usum & applicationem continentia. Hic liber sub titulo: *Zwey mahl zwey und funffzig auserlesene Biblische Historien*, post primam editionem, Hamb. A. 1714, privilegio Amplissimi Senatus & commendatione Venerandi Ministerii Hamburgensis ornata, non modo frequenter variis locis formisque recusus est, sed etiam imitatores plures reperit, & alios ad simile studium excitavit, Latine etiam stilo non inelegante expressus a V. C. M. *Abrahamo Krigel*, Lips. 1726, a *Petro* autem *Conrado Monath* centum & quatuor iconibus ære descriptis exornatus, Norimb. 1731, 8. Jam nihil nobis videmus superesse, quam ut ultima beati Viri, & quomodo rebus humanis valedixerit affecto jam corpore & exhausto viribus, ut vel mutata insigniter ejus facies ab aliquo tempore omnibus prodebat, paucis exponamus. Pridie Dominicæ *Rogate* post prandium adiit templum S. Petri, ubi sacram confessionem editurus ad Venerandum *Bramayerum* accessit. Sed Dominica mane, tertio Cal. Maji, antequam templum repeteret, sacræ Cœnæ futurus conviva, insultu corripitur apoplectico, qui mox in vehementem narium hæmorrhagiam, atque inde in febrem continuam malignam, non sine gravissimis symptomatibus, deflexit, cui accessit, quod die Maji quarto iteratus apoplecticus insultus tanto vehementius prostravit vires, tanto magis morbi auxit vim, ut, quanquam allucente subinde qualicunque spe recreationis, tamen ultima linea fuerit mors, qua placide extinctus obiit, anima optimo Servatori suo commendata, A. 1731 d. 21 Maji, hora septima matutina, annos natus 63, mensem unum, & dies quinque. Qui rei scholasticæ bene cupiunt, hi & jacturam *Hübneri* lugebunt gravissime, & ne desint in posterum, qui hujus præditi ingenio similem in educanda erudiendaque juventute curam ac laborem ponant, ex animo vovebunt.



33)(193)(33

ACTORUM ERUDITORUM,

Quae Lipsiae publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. V.

JOSEPHI SIMONII ASSEMANI BIBLI-
otheca Orientalis Clementino-Vaticana.

Tom. III Pars I & II.

Romae, typis sacrae Congregationis de propaganda fide,
1725 & 1728, fol.

Pars I Alph. 3 plag. 19, Pars II Alph. 5 plag. 4.

Quo obscurior huc usque, nec ex Graecis Latinisque monu-
mentis cognoscenda fuit vera Ecclesiae Nestorianae fa-
cies, eo majorem gratiam ab omnibus Historiae Ecclesiasti-
cae studio deditis iniisse censendus est eruditissimus ac stuper-
di laboris Vir, quod, tradita jam praecedentibus duobus To-
mis Syrorum Orthodoxorum ac Monophysitarum historia,
duobus aliis hanc quoque de Nestorianis agentem comple-
cti voluit. Ac in prima quidem Parte, edito denuo, post A-
brabamum Ecchellensem, quem multis in locis correxit, Sy-
riaco Hebedjesu Catalogo, scriptores Ecclesiasticos prolixè
& accurate recenset, dum in ipso Indice non genuinam so-
lum lectionem ex MSto Vaticano restituit, sed & no-
va versione ac notis egregiis eum ubique illustravit. Præ-
missis igitur, Autoris Syriaci ductu, veteris & Novi Testa-
menti, & aliis quibusdam Hebraeorum Veterum libris, Scri-
ptores ipsos hoc ordine enumerat, ut Cap. III sequatur, Ta-
tiani & Ammonii Diatessaron; IV Dionysius Areopagita;
V Clemens Romanus; VI Africanus (Julius), Episcopus

Pag. 4 - 12.

13.

14.

Bb

Em-

- Pag. 15, 16. Emmaus; VII *Hippolytus*, Episcopus & Martyr; VIII *Damasus*, Papa; IX *Ignatius*, Antiochenus; X *Symmachus*;
 17. XI *Eusebius*, Caesariensis; XII *Athanasius*, Alexandrinus;
 18, 19. XIII *Basilius Magnus*; XIV *Gregorius Nyssenus*; XV *Gregorius Nazianzenus*; XVI *Joannes Chryostomus*; XVII *Matthodius*, Episcopus Olympi; XVIII *Diodorus*, Tarsensis; XIX
 20, 21, 22. *Theodorus*, Mopsuestenus; XX *Nestorius*, Patriarcha Constantinopolitanus; XXI *Theodulus*, discipulus *Theodori*;
 24, 27. XXII *Aquilinus*; XXIII *Basilius Cilix*; XXIV *Cyrus*, Episcopus Hierapolis; XXV *Irenaeus*, Tyrius; XXVI *Philothheus*, liber *Theodoriti* sic inscriptus; XXVII *Theodoritus Cyri*;
 28, 30. XXVIII *Socrates*; XXIX *Titus*, Bostrensis; XXX *Eranistes*, liber *Theodoriti* sic inscriptus; XXXI *Theophilus*, Perfa; XXXII *Eutherius*, Tyanensis; XXXIII *Epiphanius*.
 35. XXXIV *Zenobius*; XXXV *Isidorus*, *Lucius*, *Abraham*, &
 37. *Job*; XXXVI *Eusebius*, Emessenus; XXXVII *Macarius*, Aegyptius; XXXVIII *Marcus*; XXXIX *Joannes*, Monachus.
 38. XL *Evagrius*, Ponticus; XLI *Isaias*, Abbas; XLII *Ammonas*, Monachus & Episcopus; XLIII *Macarius*, Alexandrinus;
 39. XLIV *Xystus*; XLV *Nilus*, Monachus; XLVI *Palladius*, & *Hieronymus*; XLVII *Joannes*, Apameensis; XLVIII
 41. *Jacobus*; XLIX *Simeon* & *Acacius*; L *Milles*, Episcopus &
 42. Martyr; LI *Jabachues*, Epistola Synodica Patrum occidentalium ad orientales missa; LII *Ephraem*, Syrus. LIII *Narfes*;
 43. LIV *Barsumas*, Nisibenus; LV *Abrahamus*, Beth-Rabanensis; LVI *Joannes*, Beth-Rabanensis; LVII *Maruthas*,
 44. Episcopus; LVIII *Mar Abas*, Patriarcha; LIX *Hananus*, Adjabenus; LX *Apbraates*, Perfa; LXI *Hibas*, *Cumas*, &
 45. *Probus*; LXII Discipuli *Mar Aba*; LXIII *Thomas*, Edessenus; LXIV *Sorgius*, Rhesinensis; LXV *Pauhus*, Nisibenus;
 46, 47. LVI *Babaus Magnus*, Archimandrita; LXVII *Baol Jesus*, Abbas; LXVIII *Joseph*, Huzita; LXIX *Joannes*, Daliathensis;
 48, 49. LXX *Isaac*, Ninivita; LXXI *Jesujabus*, Gadalensis;
 50. LXXII *Jesujabus*, Arzunita; LXXIII *Cyprianus*, Episcopus Nisibis;
 51. LXXIV *Jesujabus*, Adjabenus; LXXV *Ananjesus*, Monachus; LXXVI *Michael*, Episcopus Huzitarum; LXXVII
 52. *Theo-*

Theodorus, Episcopus Maru; LXXVIII *Gabriel*, Episcopus
 Hormuzi; LXXIX *Eltas*, Episcopus Maru; LXXX *Geor-* Pag. 148, 149.
gius, Patriarcha; LXXXI *Gabriel*, Arius; LXXXII *Ananje-* 153, 154.
ius Haghira, Patriarcha; LXXXIII *Aba*, hoc est, *Abraham*,
Cascarenfis; LXXXIV *Ananjesus II*, Patriarcha; LXXXV 155, 157.
Mar Aba II, Patriarcha; LXXXVI *Timosheus*, Patriarcha; 158.
 LXXXVII *Ephram*, Episcopus Elamitarum; LXXXVIII *Ho-* 163, 164.
manius, Medicus, filius *Isaaci*; LXXXIX *Josue bar Nun*, Pa- 165.
 triarcha; XC *Eliseus*, Commentator, Patriarcha; XCI *Si-* 166, 168.
meon Carmey; XCII *Surinus*, Commentator, Patriarcha.
 XCIII *Barbudescibiada Arabs*; XCIV *Michaas*; XCV *Cyry*; 169, 170.
 XCVI *Paulonas*; XCVII *Sorgius*; XCVIII *Mares*, Persa; 171, 172.
 XCIX *Abraham*, Mahuzita; C *Paulus Anbara*, Episcopus;
 CI *Gabriel*, Catarenfis; CII *Jacobus*, Calatensis; CIII *Bar-* 173.
sumas, Charchensis; CIV *Ebed Jesus*, Assyriae Episcopus;
 CV *Daniel*, Episcopus Tahal; CVI *Abraham*, Episcopus 174, 175.
 Bassora; CVII *Job*, Catarenfis; CVIII *Ibus*, aliis *Benba*;
 CIX *Scialita*, Episcopus Rhensinæ; CX *Babaus*, Persarum 176.
 Episcopus; CXI *Sciaadostus*, Tihanz Episcopus; CXII 177.
Abibus, Monachus; CXIII *Babaus*, Nisibenus; CXIV *Si-* 181.
meon, Taibutha; CXV *Joannes Azrak*, Hirtæ Episcopus; 182.
 CXVI *Joannes*, Dilumita; CXVII *Marjabus*, & *Aphnima-* 186.
ranus; CXVIII *Jesuphana*, Catarenfis; CXIX *Babaus*, 188.
 Maarenfis; CXX *Sciubehalmaranus*, Seleuciensis; CXXI 189.
Joannes Bar-Phincaje; CXXII *Abraham*, Nepharenus; 191.
 CXXIII *Gregorius*, Abbas; CXXIV *Ebedjesus*, Monachus,
 CXXV *Achudemas*, Metropolitæ; CXXVI *Abraham Bar-* 192, 194.
descendad; CXXVII *Jesubochsus*, Persarum Metropolitæ; 198.
 CXXVIII *Jesudenba*, Episcopus Kosræ; CXXIX *Abraham* 195, 196.
Bar-Liphe. CXXX *Alexander*, Episcopus Hierapolis. CXXXI 197.
Proclus, Patriarcha Constantinopolitanus; CXXXII *Ebedmes-* 198.
fas, Hirtensis; CXXXIII *Theodorus Bar-Choni*; CXXXIV 199.
Ebedjesus I, Patriarcha; CXXXV *Andreas*, Episcopus Sa- 202.
 mosafa; CXXXVI *Gabriel*, Episcopus Bassora; CXXXVII 303.
Joannes, Garmachita; CXXXVIII *Abraham*, Beth-Halensis. 205.
 CXXXIX *Salomon*, Episcopus Hadathæ; CXL *Jesudadus*, 210.

- Pag. 212, 213. Episcopus Hadathæ; CXLI *Abu Nos*; CXLII *Cebadua*;
 214. CXLIII *Joannes*, Ninivita; CXLIV *Dandjesus*, Patriarcha;
 215. CXLV *Cyriacus*, Episcopus Nisibis; CXLVI *Simcon*, Casca-
 216. rensis; CXLVII *Messias-Zarba*, seu *Jesus-Zarba*; CXLVIII
 217, 219. *Mar Akenus*, Monachus; CXLIX *Georgius*, Nestæus; CL
 223. *Enos*, Episcopus Anbaræ; CLII *Bud Perodevtes*; CLIII *Da-
 224. niel Rbestina*; CLIII *Abraham Bar-Kadacbe*; CLIV *Na-
 225. thanael*; CLV *Eliseus*, Bar-Saphanin; CLVI *Abraham*, Ka-
 226. tina; CLVII *Simcon*, Abbas; CLVIII *Jazidades*, Abbas;
 227. CLIX *Bar-Jacob*, seu *Bar-Sabak*; CLX *Domnius*; CLXI
 228. *Susaus*, Sufenis; CLXII *Abraham*, Saba; CLXIII *Grego-
 rius*, Sultrensis; CLXIV *Barschodes*, Charchæus; CLXV
 229, 230. *Jacobus*, Edeffenus; CLXVI *Simcon*, Charchæus; CLXVII
Ara, & *Pacorus*; CLXVIII *Bar-Kofinus*, seu *Bar-Kofra*;
 231. CLXIX *Daniel*, Mariæ filius; CLXX *Zachæus*, Surenis;
 232, 238. CLXXI *Joannes Bar-Kainaus*; CLXXII *Joannes Bar-Ab-
 249. gari*, Patriarcha; Ejusdem Canones de Altari & Euchari-
 254. stia; Quæstiones Ecclesiasticæ; CLXXIII *David*, Beth-Ra-
 256. banensis Episcopus; CLXXIV *Joannes Stylita*; CLXXV
 257. *Joannes*, Chamisii Episcopus; CLXXVI *Josue Bar-Babul*;
 258. *Josue Bar-Ali*, *Josue Maruzaus*, & *Gabriel Boobjesu*;
 261. CLXXVII *Elias*, Episcopus Anbaræ; CLXXVIII *Ananjesus*
Bar-Sarusuans, Episcopus Hirtæ; CLXXIX *Abzud*, Schola-
 262. sticus; CLXXX *Elias*, Episcopus Cæsarensis; CLXXXI
 265. *Elias I*, Patriarcha; CLXXXII *Joannes Bar-Chaldon*;
 266, 275. CLXXXIII *Elias*, Episcopus Nisibensis; CLXXXIV *Bedje-
 276. sus*, Camulæus; CLXXXV *Moyse*, Charchensis Episcopus;
 277. CLXXXVI *Joannes Hermes*; CLXXXVII *Emmanuel*, Do-
 ctor; CLXXXVIII *Gabriel*, Episcopus Persarum; CLXXXIX
 278, 279. *Synodi Occidentalium*; CXC *Statuta Imperatorum*; CXCI
 280. *Synodi Orientalium*; CXCH *Collectores Canonum*; CXCH
 287, 295. *Libri Anonymi*; CXCV *Elias III*, Patriarcha; CXCV *Je-
 307. susabus*, Episcopus Nisibis; CXCVI *Joannes*, Zughî Pres-
 309. byter, & Monachus; CXCVII *Salomon*, Episcopus Bassoræ;
 325. CXCVIII *Ebedjesus*, Metropolita Sobensis, Catalogi hujus
 361. Autor; CXCLX *Epilogus*; Cum vero *Hsbedjesu* non pau-

cos Scriptores Nestorianos prætermiserit, ipse, ut plenior eorum notitia habeatur, appendicis loco plures ordinè sequenti adjecit. Cap. I <i>Isaac</i> , Seleuciz & Ctesiphontis Archi-Episcopus;	Pag. 363.
II <i>Achans</i> , Seleuciz & Ctesiphontis Archi-Episcopus;	368.
III <i>Jabalkha</i> , Seleuciz & Ctesiphontis Archi-Episcopus;	370.
IV <i>Minnes</i> , Persa; V <i>Acacius</i> , Seleuciz & Ctesiphontis Archi-Episcopus;	376, 378.
VI <i>Babans</i> , Nestorianorum Patriarcha; Chronologia Regum Persarum ab <i>Iezdegerde I</i> , ad <i>Iezdegerdem</i> postremum ejus gentis Regem, hoc est, ab Anno Christi 399 ad Annum 651;	395.
VII <i>Job</i> , Monachus.	396.
VIII <i>Joseph</i> , Patriarcha; IX <i>Ezechiël</i> , Patriarcha; X <i>Paulus</i> , Persa;	431, 432, 435.
XI <i>Bautba</i> , Monachus; XII <i>Sergius</i> , Monachus;	439.
XIII <i>Sabarjesus</i> , Patriarcha; XIV <i>Gregorius</i> , Patriarcha;	441, 449.
XV <i>Schadunas</i> , Episcopus Garmæorum; XVI <i>Sabarjesus</i> , Rostamus Monachus;	453, 454.
XVII <i>Georgius</i> , Episcopus Nisibis;	456.
XVIII <i>Gabriel Taurasa</i> , Monachus; XIX <i>Barita</i> , Monachus;	458.
XX <i>Salomon Bar-Garaph</i> , Monachus; XXI <i>Gabriel Rakoda</i> , Episcopus Garmæorum;	459, 460.
XXII <i>Saliba</i> , Presbyter Manfurensis; XXIII <i>Thomas</i> , Episcopus Margensis; Historia monastica <i>Thoma</i> ;	463.
XXIV <i>Joannes Mesue</i> ;	464.
XXV <i>Sabarjesus</i> , cognomento Damascenus, Patriarcha;	501.
XXVI <i>Abraham</i> , Patriarcha; XXVII <i>Abraham Auni</i> ; XXVIII <i>Theodosius</i> , Patriarcha;	504, 508, 509.
XXIX <i>Sapores Sabeli</i> ;	512.
XXX <i>Israel</i> , Episcopus Cascaræ;	513.
XXXI <i>Elias</i> , Damasci Metropolitæ;	517.
XXXII <i>Joseph Sabor</i> , Presbyter; XXXIII <i>Matthæus Jona</i> ;	518.
XXXIV <i>Cyriacus</i> ;	518.
XXXV <i>Georgius</i> , Arbelæ & Mosuli Metropolitæ;	540.
XXXVI <i>Jeussabus</i> , Arbelæ Metropolitæ;	541.
XXXVII <i>Abdjesus Sciabari</i> ;	541.
XXXVIII <i>Abusabulus</i> , Medicus;	541.
XXXIX <i>Sabarjesus</i> , filius Pauli;	544.
XL <i>Abulpharagius</i> , <i>Abdalla</i> Benatibus;	544.
XLI <i>Jabia</i> , <i>Giazala</i> filius;	548, 549.
XLII <i>Machicha</i> , Patriarcha;	548, 549.
XLIII <i>Sabarjesus</i> , Episcopus Cascaræ;	554.
XLIV <i>Mares</i> , <i>Salomonis</i> filius;	554.
XLV <i>Hebatolla Ebn-Talmid</i> ;	555, 556.
XLVI <i>Saidus Abulbasanus</i> , & <i>Maras Abulchaitrus</i> , Archi-Diaconus;	555, 556.
XLVII <i>Jabia</i> , <i>Saidi</i> filius;	557.
XLVIII <i>Joannes</i> , <i>Zabarum</i> & <i>Nili</i> Episcopus;	557.
XLIX <i>Michael</i> , <i>Amidæ</i> & <i>Majapharchini</i> Episcopus;	561, 562.
L <i>Georgius Varda</i> ;	561, 562.
LI <i>Masudus Kascia</i> ;	561, 562.
LII	561, 562.

- Pag. 564. *Simeon*, Presbyter & Monachus. LIII *Denba*, Patriarcha.
 566. LIV *Gabriel*, Metropolita Mofulanus. LV *Chamifius Kar-*
 567, 580. *dachi*. LVI *Thimosheus II*, Patriarcha. LVII *Amrus Mat-*
 589. *rbai*. LVIII *Thomas, Faballaba, Jacobus, & Denba*, India-
 599. rum Episcopi. LIX *Abraham*, Episcopus Seleuciz. LX
 600. *Elias*, Patriarcha. LXI *Simeon*, Episcopus Amidæ. *Gabriel*,
 603. Episcopus Hefnz. *Elias*, Patriarcha. LXII *Josephus II*,
 608. Patriarcha. LXIII Scriptores incertæ ætatis. *Omarus*, Bas-
 609. sorenfis. *Joannes*, Scholasticus, qui & *Philopanus*, Monophy-
 sita. *Jabia*, seu *Joannes, Hariri*, Tagritensis, filius, co-
 gnomento *Abul-Nafry*, Jacobita. *Theodorus Abucara*, Epi-
 scopus Haran. *Andreas*, Edessenus. *Elias*, Edessenus, Epi-
 scopus. *Abraham*, Bassorenfis. *Abulezzus*, *Chedri* filius,
 610. Presbyter. Patriarchæ Chaldæorum seu Nestorianorum, a S.
 611. *Thoma* Apostolo ad præsentem usque diem. Patriarchæ
 624. Chaldæorum ordine Alphabeticò. Index Syriacus Alphabe-
 627. ticus Patriarcharum Chaldæorum. Addenda, & corrigenda.
 635. Codices manuscripti Syriaci, Coptici, Arabici, & Armenici, ty-
 pis impressi, ad sacram Congregationem de propaganda fide
 ex Oriente transmissi, ejusdem decreto in Bibliothecam Vati-
 canam illati.

- Abfoluto sic tum Canonicorum utriusque Fœderis Libro-
 rum, Patrumque e Græco & Latino in Syriacum converforum,
 tum Syrorum maxime Nestorianorum, Indice, *Parte Secunda*
 historiam illorum inde a principio texere aggreditur; &
 3. Cap. I eorum religionem a temporibus Apostolicis susce-
 4 - 35. ptam exponit, fuse quoque de eorum Apostolis, *Petro, Tho-*
ma, Bartholomæo, Matthæo & Juda, Jacobi seu *Thaddæo*,
 qui & *Lebifus* dicitur, ex duodecim, nec non *Thaddæo* alte-
 ro ex septuaginta, & *Marcæ, & Agbæo*, differit. Cap. II sequitur
 eorumdem status post acceptam Christianam religionem us-
 que ad initia Nestorianæ hæreseos. 1) Primum Christi Se-
 culum: ubi de primæva Syrorum Ecclesia, deque Parthis,
 Edessenisque Regibus. 2) Secundum Christi Seculum: ubi
 38. de persecutione *Trajani*. 3) Tertium Christi Seculum: ubi
 40. de hæresi Manichæorum. 4) Quartum Christi Seculum: ubi
 43. de

de Monachatus origine, deque Persica persecutione. 5) Quin-	Pag. 47.
tum Christi Seculum : ubi de persecutione Vararanis, & de	
<i>lezdegerde</i> , & reliquis Persarum Regibus, & Archi-Episcopis	
Seleuciz. III Nestorianismi origines in Oriente. 1) Aucto-	60.
rum sententiz de origine <i>Nestoriana</i> hæreseos. 2) Vera Ne-	67.
storianismi origo : ubi de Persica Schola, & Edeffenis Episco-	
pis, <i>Rabula</i> & <i>Iba</i> . 3) <i>Nestorii</i> nomen <i>Nestorianis</i> exosum.	69 - 75.
IV Eju- dem hæreseos progressiones. 1) Progressiones Ne-	
storianismi in Syria, Mesopotamia, Chaldæa, & Perside : ubi	
de <i>Barsuma</i> Nisibeno, <i>Narsete</i> , ejusque sociis : deque <i>Acacio</i> ,	
<i>Babeo</i> , <i>Sila</i> , & reliquis Seleuciz Archi Episcopis. 2) Eju-	77.
dem hæreseos initia & incrementa in Arabia, Ægypto, India,	
Tartaria. V <i>Nestorianorum</i> status sub Regibus Romano-	81.
rum, Persarum, Arabum, Tartarorum, & Turcorum. 1) <i>Ne-</i>	
<i>storianorum</i> status sub Imperatoribus Romanorum : ubi de	
<i>Paulicianis</i> hæreticis in Thracia. 2) <i>Nestorianorum</i> status	83.
sub Regibus Persarum ab Anno Christi 485 ad Annum 640.	
3) <i>Nestorianorum</i> status sub Caliphis Saracenorum, seu Regi-	87.
bis Arabum, ab Anno Christi 622 ad Annum 1257. 4) <i>No-</i>	94.
<i>storianorum</i> status sub Tartaris, seu Mogulis, ab Anno Christi	
1257, ad Annum 1404 : ubi de Regibus Tartaris a <i>Ginchiz-</i>	
<i>Chano</i> usque ad <i>Timurchanum</i> : deque hujus Successoribus in	
Transoxana & India. 5) <i>Nestorianorum</i> status sub Regibus	101.
Turcomanis Nigris & Albis : de Regibus Persarum <i>Sofsi</i>	
<i>Ismaelis</i> Successoribus : de Regibus Turcorum, qui <i>Osbo-</i>	
<i>manida</i> audiunt : de <i>Nestorianis</i> in Cypro & India : de-	
que tripartito hujus gentis Patriarchatu in <i>Elias</i> , <i>Simeone</i> , &	
<i>Josephos</i> . VI <i>Nestorianorum</i> schismata, & Synodi. 1) Schi-	138.
smata <i>Nestorianorum</i> . 2) Synodi <i>Nestorianorum</i> , 8 catholi-	
corum, & 24 hæreticorum : & collectores Canonum. VII	175.
<i>Nestorianorum</i> veterum & recentiorum errores ; 1 <i>Diodori</i> ,	
<i>Theodori</i> , ac <i>Nestorii</i> hæresis circa Incarnationem Verbi : ubi	
de duodecim ineditis <i>Nestorii</i> Anathematismis ; 2 errores	190-203.
<i>Theodori</i> Mopsuesteni ; 3 errores <i>Nestorii</i> ; 4 errores <i>Ne-</i>	207.
<i>storianorum</i> : ac primum de Christo Domino, ejusque per-	
sona, hypostasi, naturis, voluntatibus ; 5 de hæreticis, quos	210.
reci-	

- Pag. 224. recipiunt, & Synodis ac Patribus, quos repudiant; 6. erro-
 232, 236. res eorum de Deo; 7 de Sacra Scriptura; 8 de Sacramen-
 240. tis Ecclesiz; 9 de Baptismo: ubi ordo & ritus describitur,
 quo Baptismus ab eis confertur: deque oleo catechumenorum,
 241. & peccato originali; 10 de Confirmatione & extrema
 271, 285. unzione; 11 de poenitentia. 12 de Eucharistia, & liturgia;
 290. 13 de Matrimonio, & gradibus consanguinitatis & affinitatis:
 deque nuptiis Presbyterorum, Diaconorum, & Monachorum;
 317. 14 de ordine: deque Clericorum aetate, & vestibus,
 331, 337. & iteratis ordinationibus; 15 de horis Canonicis; 16 de
 342. statu animarum corporibus exutarum; 17 de sacris Imagi-
 349, 355. nibus; 18 de reliquiis Sanctorum; 19 de jejuniis; 20 de
 358, 362. lumine sancti sepulchri; 21 de prerogativis, quas *Nestoriani* sibi
 369. vindicant; 22 Ritus & consuetudines peculiare *Nestorianorum*;
 377. 23 Responso ad libellum *Crozii*, Gallice inscriptum,
 391. *Histoire du Christianisme des Indes*. VIII Conversio
 407. *Nestorianorum* ad fidem orthodoxam; 1) Armenorum reconcilia-
 408. tiones cum Ecclesia Catholica a *Morino* ad *Nestorianos* referuntur,
 410. de *Maraba*, & *Arama* Chaldaeis; 2) Particulares & generales
Nestorianorum conversiones. IX De Christianis *Sancti Thomae* in
 413. India; deque *Nestorianis* in Tartaria, & vasto Sinarum Imperio;
 1) Christiani in Adjabena, Elamitide, Perside, Parthia, Media,
 414. Hyrcania, & Bactriana; 2) *Nestoriani* in Mesopotamia, Armenia, Syria,
 428, 435. Palesina & Cypro; 3) Christiani *S. Thomae* in India, *S. Thomas*,
Indorum Apostolus. An etiam Sinarum? Indiz limites: & an alii
 praeter *Thomam* Apostoli ibi praedicaverint. Metropolitanus &
 436, 437. Episcopi Indorum. Antiqua Indorum Christianorum monumenta
 usque ad Lusitanorum adventum. 441, 442. De *Thoma Cana*, deque
Epocha Indorum. Res gestae in Malabaribus ab adventu
 Lusitanorum usque in praesentem diem. 446, 449. Christianorum
 Malabarum numerus & Ecclesiae. 4) Syri Monoptylitae in India.
 451. Indi septimo exeunte Christi Saeculo Episcopum ab *Alexandrino*
 452. Patriarcha postulant. Illos Indiz Gangeticae populos esse,
 affirmat *Renaudotius*. Ostenditur, eos Indos fuisse Homaritas
 vel Aethiopas, non Indiz Gangeti-

geticæ populos. De Phantasiatarum in Indiam Arabicam Pag. 453.
 vel Æthiopicam irruptione. Respondetur *Renaudotio*. Kir- 455.
cheri & *Mülleri* opinio confutatur, agentium, ab *Alexandrino* 459.
 Patriarcha Copto-Æthiopes Evangelii præcones in Indiam &
 Sinam missos fuisse exeunte Sæculo octavo. De *Atallo*, Sy-
 ro Episcopo. De *Stephano*, Armeno. Episcopi Syri Jaco- 460 - 461.
 bitæ in Malabaria *Gregorius*, *Andreas*, *Basilus*, *Joannes*, & 463.
Thomas. De *Thoma*, Syrorum Jacobitarum Episcopo. E-
 jusdem *Thoma* Epistola Syriaca ad *Ignatium*, Antiochenum
 Jacobitarum Patriarcham. 5) Christiani in Tartaria. Tar- 464.
 tari, seu tartari, iidem ac Scythæ. Scythæ utriusque limites
 ac populi. Tartariæ proprie dictæ fines, & qui sint Iguritz 468.
 seu Jaguritz, a quibus Tartari literas acceperunt. Tartaro- 469.
 rum imperium & mores. Eorundem idololatria, & Ma- 471.
 hometia superstio. Christiana fides in Scythia utraque, ac 472.
 primum in Hyrcania, Chorasana, Mavaralnahra seu Trans-
 oxana. Christiani in Scythia ultra Imaum, seu apud Tur- 476.
 eos & Tartaros proprie dictos. Regis Turcorum seu Tar- 481.
 tarorum, quos *Cherith* vocant, ad Christi fidem conversio
 circa annum millesimum. Quatuor Turcorum seu Tartaro- 483.
 rum Cheritensium Reges, qui *Unch-Chani* & *Joannis* Regis no-
 men gessere: ab Anno scilicet Christi 1000 ad Annum 1200.
 Primus & alter *Unch-Chanus*, seu *Joannes Rex*. Tertius 487.
Unch-Chanus, seu *Joannes Rex*, vulgo *Joannes* Presbyter.
 De Presbyteri *Joannis* nomine. Quartus *Unch-Chanus*, seu 488, 494.
Joannes Rex, quem *Ginghiz-Chanus*, primus Tartarorum
 Imperator, interfecit. De posteris *Unch-Chani*, seu *Joannis* 495.
 Regis, usque ad Annum Christi 1703. Christianorum in Tar- 500.
 taria status sub imperio Regum, qui *Unch-Chani* dicti sunt,
 eorumque posterior. 6) Christiani in Chataja & Sina. Cha- 502.
 taja seu Sinæ borealis nomina & fines. Chataja Tartaris 504.
 subjecta. Chatajensium religio & mores. Chatajæ & Si- 505, 506.
 næ status sub Tartaris Imperatoribus. De *Mangi* seu Sina: 508.
 de *Cambalu* seu *Pekino*: deque muro Sinensi. Annalium Si- 512.
 nensium cum aliis historiis comparatio. An *S. Thomas* fu- 515.
 erit Sinarum Apostolus. An Christiana fides invec- ta in Si- 516.

- Pag. 521. nas ante hærefin *Nestorianam*. Antiquitates Christianæ in Si-
 522. nis ex testimonio Orientalium. Latinorum testimonium de
Nestorianis in Sinarum regno versantibus: deque prima
 524. Fratrum Minorum in idem regnum missione. Christianæ
 fidei progressionem in Sinarum regno opera *Joannis de Mon-*
te Corvino, sociorumque fratrum Minorum, ab Anno 1293 ad
 527. Annum 1369. Christianæ religionis status in Sinarum regno
 535. post Annum 1369. Quis primus Latinorum in Sinis Roma-
 537. nam Catholicam fidem annuntiaverit. 7) De monimen-
 to Syro-Sinico. Monumenti Syro-Sinici reperti tempus,
 538, 539. locus, versiones. Expositio Inscriptionis Sinicæ. Pars pri-
 542. ma Inscriptionis Syriacæ. Pars secunda Inscriptionis Syri-
 548. acæ. X De Christianis *S. Joannis* in Arabia, Perside & In-
 552. dia; 1) Arabum fines, genus, populi, oppida. Arabia deserta,
 553. petraea, & felix. Arabum indigenarum origo ex *Ischane*,
 & *Cbus*, eorumque filiis. Arabum advenarum origo ex
 554. filiis *Hagar*, & *Cetura*: ex filiis *Loth*, & *Esau*, seu *Edom*,
Minei, *Nabataei*, *Hurai*, *Butanai*, *Auraxita*, *Gaulonita*, *Ar-*
 555. *gabeni*, *Ammonita*, *Moabita*, *Madianita*, *Idumai*. Arabum
 nomina & oppida apud antiquos recentesque scriptores, tam
 558. in felice, quam in petraea ac deserta, Arabia. Arabum no-
 565. men in sacris Scripturis. Unde Arabes dicti. De Saraceno-
 567. rum nomine. *Homeritz*, *Æthiopes*, & *Indi*, Arabiæ felicis
 568. incolæ appellati. Arabum *Jamaitarum* tribus ex propriis
 570. ipsorum monumentis. *Ismaelitarum* tribus ex Mahometani-
 573. scriptoribus. Septem Arabum Poetæ ante Mahometi tem-
 579, 580. pora. 2) Arabum Religio ante Christum natum. Primi A-
 581. rabes verum Deum coluerunt, etsi postea in Idololatriam pro-
 lapsi sunt. Præcipuum eorum Numen *Sol*, qui *Madianitis* &
Moabitis *Chamos* & *Beelphegor*, *Aminonitis* *Moloch*, reliquis
 582. *Vrotal*. Alterum Numen *Luna*, seu *Venus*, quæ *Allat Ozza*
 583. & *Zobara*. Tertium Numen *Saba*, *Cbusi* filius, qui & *Bac-*
 584. *chus* & *Dufares*. Delubri Meccani Idola *Bacchus*, &
 585. *Allatza*. De *Caaba* & lapide nigro; Fabulæ Maho-
 587. metanorum de fano *Mecchæ*. Cetera Idolorum Arabico-
 590. rum nomina. Reliquæ Arabum sectæ. Arabum Instituta
 ante

ante Mahometismum. 3) Christianæ religionis initia & Pag. 591.
 progressus in Arabia. Primi Arabum Apostoli Magni : deinde
Petrus, Apostolorum princeps. Arabum Apostoli *Pau-* 592.
lus, Andreas, Joannes, Matthæus, Thaddæus, Adeus, Philip-
pus, Timon, & Mares. Episcopales sedes in Arabia, quarum 593.
 primo una Metropolis fuit Bostrorum, deinde altera *Petra*, 597.
 Saraceni Scenitæ ad fidem Christi traducti. Homeritæ sa- 599.
 cra Christiana amplexi. Menenses, Cataræi, & Raminitæ A-
 rabes ad Christum conversi. 4) Monophysitæ & Nestoria- 603.
 ni in Arabia. Monophysitæ in Arabia. Nestoriani in Ara- 605.
 bia. 5) De Sabæis in Arabia & Perside, quos Christianos *S.* 607.
Joannis vocant. Quæ *Ignatius* a Jesu tradit de origine, lo- 609.
 co, numero, & erroribus Christianorum *S. Joannis.* An ii 610.
 fuerint Chaldæo-Nestoriani. Ostenditur, illos fuisse Sabæos 611.
 Haranitas, & Paganos. Sarigani & Ariani Sabæis conjuncti
 videntur. XI De Patriarcha Nestorianorum; 1) Patriar- 614, 615.
 chæ dignitas, quo primum tempore a Syris Nestorianis usur-
 pata. Universus Oriens proprie dictus sub unius Antiocheni
 Patriarchæ potestate olim fuit. Catholici seu Primates qua-
 tuor sub eodem Antiocheno Patriarcha: nimirum Seleuciæ,
 Persidis, Armeniæ, & Iberiæ. Apud Græcos bini Catholici 616.
 in Patriarchatu Antiocheno perhibentur: Bagdadensi scilicet,
 & Persidis, seu Indiæ. In communionem Nestoriana Se-
 leuciæ Catholicus Patriarchicam dignitatem usurpavit A.
 C. 498. Idem Seleuciæ Catholicus Primatem Persidis 617.
 sibi subjecit usque ad A. 1580, quo hic antiqua Ecclesiæ
 suæ jura restituit. 2) Patriarchæ Nestorianorum tituli. Epi-
 scopus Seleuciæ & Ctesiphontis. Idem Archi-Episcopus & 619.
 Metropolitæ dictus. Idem Catholicus. Idem Patriarcha.
 3) Sedes Patriarchæ Nestorianorum. Seleuciæ & Ctesiphon. 620.
 Seleucia alias Coche. Ctesiphon alias Chalane & Spanira. 622.
 Bagdadum & Babylon Seleuciæ successore. Mosulana urbs, 625.
 & Amida, sedes Patriarchæ Babylonici. Item dicta sedes *S.* 626.
Thaddei, sedes *S. Mariæ*, sedes Orientis, sedes Chaldæorum,
 & sedes Orientalium. Loca, ubi domicilium fixere Patriar- 627.
 chæ Nestorianorum. 4) Provincia Patriarchalis. Patriar- 628.
 chæ

- Pag. 630. chæ autoritas in omnes ubique locorum Nestorianos. Metropolitanus Catholico Nestoriano subiecti. Episcopalis Patriarchæ diœcesis. Provincia Patriarchæ & Archi-Episcopi.
631. 5) Patriarchæ autoritas in subiectos Metropolitanos & Episcopos. Patriarchæ Nestoriani potestas quoad Metropolitanorum & Episcopaliū Ecclesiarum institutionem. Metropolitanarum & Episcoporum ab una Ecclesia ad alteram translatio, eorum depositio. Metropolitanæ & Episcopi a Patriarchis ordinati, profecti, translati, ac depositi. Ecclesiæ & cœnobia autoritate Patriarchæ ab ordinariorum potestate eximuntur. Nomen Patriarchæ in omnibus Ecclesiis prædicatur. Rituū Ecclesiasticorum forma a Patriarchis præscripta, ab omnibus observatur. 6) Patriarchæ electio. Ritus electionis Patriarchæ ex Constitutionibus *Marabæ*, *Josephi*, *Timosbei*, *Jesujabi*. Quot Metropolitanæ & Episcopi ad electionem Patriarchæ requirantur. De sedis Patriarchalis Custode, deque primoribus laicis, qui in electione Patriarchæ dant suffragia. Exempla electionum. Electio per sortem. Mutatio nominis. Diploma regium. Dona a Regibus electo concessa. Vestis communis Patriarcharum. Cidarum Patriarchalis colores. 7) Ritus consecrationis. Patriarchæ electio. Ante consecrationem officium vespertinum. Officium nocturnum, & matutinum. Patriarchæ consecratio. Consecrati Enthronisraus. Post consecrationem Liturgia. Post Liturgiam consecratus adit cœnobiū *Timosbei*. Die sequenti adit cœnobiū *Salibæ*, & Ecclesiam *Cochensem*: tum cœnobiū *Mariæ* in *Dor-Kena*, & *Gabrielis* in *Charfa*. Postremo *Bagdadum* redit, ibique triduo excipitur. 8) Observationes in præcedentem ritum. Quæ sint partes Clericorum primatumque laicorum Ecclesiæ Patriarchalis in electione Patriarchæ, & in administratione sedis vocantis. Episcopus *Cascarensis* quamdiu sedem Patriarchalem custodiat. Numerus electorum Patriarchæ. Quæ fieri consueverint apud *Calipham* ejusque administratos ante consecrationem Patriarchæ: deque solenni epulo. De horis canonicis, quæ consecrationi præmittuntur. Electus Presbyterialibus paramentis
- 632.
- 638.
- 640.
- 642.
- 643.
- 647.
- 650, 652.
- 662, 663.
- 664, 665.
- 666, 667.
- 668.
- 669.
- 675, 676.
- 678.
- 679.
- 680.

tis induitur, antequam consecratur. Una eademque est consecrationis forma, sive electus Metropolita fuerit, sive Episcopus, aut Presbyter. Cascaræ Episcopus paramentis Diaconalibus utitur in consecratione Patriarchæ. Eadem precatio in consecratione Episcopi, ac Patriarchæ, mutato tantum dignitatis nomine. Ab Archi-Diacono perperam proclamatur Patriarcha Orientis & Occidentis. Discrimen in acclamatione Patriarchæ, Metropolitz, Episcopi. Paramenta sacra Patriarchæ. XII De Metropolitanis & Episcopis; 1) Episcoporum & Metropolitanorum consecratio. Ante consecrationem officium vespertinum, nocturnum & matutinum. Episcopi vel Metropolitz consecratio. De ritu consecrationis Metropolitz & Patriarchæ. 2) Observationes in præcedentem ritum. Dies Dominicus consecrationi Episcoporum destinatus. Ode, Sessiones, Psalmi, & Cantus, qui & Canones vocantur. *Morini* hallucinationes. Episcoporum ordinatio ad Patriarcham vel Metropolitanum spectat. Clerici per saltum promoti. Hæretici inter Sanctos commemorati. Evangelium electo Episcopo imponitur. Evangelii lectio peculiari ritu Nestorianorum. Promulgatio decreti de electione facti. Precatio consecratoria Episcopi. Privilegium a Patriarcha Antiocheno concessum Primati Seleuciensi, ut Episcopos ordinare possit. Consignatio capitis ordinati. Archi-Diaconi proclamatio. Populi acclamatio. Episcopi officia. De unctione chrisimatis aut olei. Ordinandus utrumque genu flectit. Nestorianorum dissensio in crucis describendæ forma. Ordinati ad osculum admissio. Enthronismus Episcopi recens consecrati. Quo Liturgiæ loco fit Episcopi consecratio. Ter sanctus hymnus lectioni Epistolæ permixtus. Antiqua consuetudo a Patriarchis Nestorianis abrogata. Ritus ordinationis Metropolitanorum & Episcoporum. 3) Episcoporum, qui a Metropolitanis consecrati sunt, per Patriarcham perfectio. 4) Observationes in præcedentem ritum. 5) Notitia Ecclesiarum Metropolitanarum, & Episcopaliurn, quæ sunt Patriarchæ Nestoriano subjectæ, ordine Alphabetico, una cum recensione Episcoporum vel Metropolitanorum.

- pag. 705. politanorum, qui singulis Ecclesiis profuere. XIII De Lectoribus, Hypo-Diaconis, Diaconis, Archi-Diaconis, Presbyteris, Chor-Episcopis, Periodevtis, Oeconomis, & Diaconissis.
788. Clericorum nomen, & ritus sacrarum ordinationum apud Syros Nestorianos. Eorundem Codices MSS. Pontificales, qui
789. exstant in Bibliotheca Vaticana. Græcorum, Coptorum, & Syrorum Maronitarum atque Jacobitarum, ordinationes. *Morinus* imperfectas edidit Ordinationes Syrorum Maronitarum, Jacobitarum, & Nestorianorum. 1) Numerus ordinum apud
790. Syros Nestorianos. 2) De Lectoribus. Ritus ordinationis
- 791, 793. lectorum. Tonsura Lectoratui præmissa, alique minores ordines a Nestorianis & Græcis omitti. Ordinandus Lector cingulo præcingitur. Lector extra Sanctuarium ordinatur.
795. Orarium Lectorum, & libri, qui eis traduntur. *Morini* hallucinatio. Episcopus *Rabba*, & Presbyter *Rabban* apud Syros vocatur. De decreto electionis Lectoris, Sub-Diaconi, Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, cujus initium, divina gratia, in quo nonnulli formam ordinationis consistere arbitrantur.
800. De forma lectoratus, ejusque officiis. 3) De Hypo-Diaconis.
801. Ritus ordinationis Hypo-Diaconorum. Tres gradus ante portam Sanctuarii pro Lectoribus, Hypo-Diaconis, & Diaconis. De forma & officiis Hypo-Diaconatus. De osculo in capite ordinati Hypo-Diaconi, Diaconi, & Presbyteri. De veste, & orario Sub-Diaconi. 4) De Diaconis. Ritus ordinationis Diaconorum. Observationes in ritum præcedentem. Forma Diaconatus. Instrumenta, quæ Diacono traduntur. Enunciatio ordinationis Diaconi, Presbyteri, & Episcopi. Diaconi ordinationis tempus. Quæ ordinationes in Missa, & quæ extra Missam peragi soleant. 5) De Presbyteris. Ritus ordinationis Presbyterorum. Observationes in ritum præcedentem. De tonsura Presbyterorum. Ritus genuflexionis in ordinationibus Diaconi, Presbyteri, & Episcopi. Decretum electionis apud Nestorianos, & apud ceteros Orientales. Forma Presbyteratus. Vestis Presbyterorum propria. Orarium & sacræ vestes Presbyterorum. Instrumenta, quæ Presbyteris traduntur. 6) De Presbyteris, quos Nesto-

storiani Sciaharas, hoc est, Vigiles seu Excubitores, vocant. Pag. 820.
 Quinam sint Sciaharæ, hoc est, Vigiles, seu excubitores. An
 licita sit ordinatio Presbyteri cæci, & qualis debeat esse. Ri- 821.
 tus ordinationis Sciaharæ. Observationes in ritum præceden- 823.
 tem. 7) De Chor-Episcopis, Periodevtis, & Archi-Presby- 825.
 teris. Chor-Episcoporum nomen, origo, officium, duratio. 826.
 Ampla Chor-Episcoporum potestas quoad ordinationes, &
 alia munera Pontificalia. Eorundem ordinatio in Eucho- 827.
 logiis Arabicis, & Syriacis Patriarchatus Antiocheni, & du-
 ratio usque in præsentem diem. Exarchi & Periodevtæ in 828.
 locum Chor-Episcoporum succedere apud Græcos Melchita-
 tas, & Nestorianos: secus apud Maronitas & Jacobitas. Dis- 829.
 crimen in ordinationibus Periodevtæ, Chor-Episcopi civitatis
 five Archi-Presbyteri, & Chor-Episcopi vicorum, apud Sy-
 ros Maronitas: item in usu mitræ geminæque crucis, qui
 Periodevtis negatur: par tamen est omnium potestas. Chor- 831.
 Episcopi, & Periodevtæ ordinatio, potestas, & ornamentum
 apud Græcos Melchitas, Jacobitas, & Nestorianos. Ritus or- 832.
 dinationis Chor-Episcopi & Periodevtæ juxta Syros Nestoria-
 nos. Tres post Episcopum dignitates apud Nestorianos: 835.
 Chor-Episcopi scilicet, Archi-Presbyteri, & Archi-Diaconi. 836.
 8) De Archi-Diaconis. Archi-Diaconi nomen, institutio, & 838.
 electio. Ejusdem potestas in Ecclesiis, Latina, Græca, & Sy- 839.
 riaca, Maronitarum atque Jacobitarum. Archi-Diaconi privi- 840.
 legia apud Nestorianos. Ritus ordinationis Archi-Diaconi
 juxta Nestorianos, Græcos, Maronitas, & Jacobitas. 9) De 842.
 Oeconomis. Oeconomi dignitas, officium, & promotio apud 845.
 Syros Maronitas, Nestorianas, & Jacobitas. Tres Oeconomorum 846.
 species. 10) De Diaconissis. Diaconissarum species & institu- 847.
 tio. Earundem officia. An & quando mulieribus interdictus 848.
 sit accessus ad altare: & quamdiu officium Diaconissarum
 duraverit in Oriente. Ritus benedictionis Diaconissæ. Obser- 849, 852.
 vationes in ritum præcedentem. XIV De Monachis. Mo- 853.
 nachorum nomina & genera. De Monachis Cœnobitis & 857.
 Anachoritis, seu Eremitis. 1) Monachorum origo, & pro-
 gressiones in Mesopotamia, Assyria, Arabia, Perside, Scythia
 &

- Pag. 86c. & India. *Anthonius Magnus* fuit Pater Monachorum omnium, primusque instituti monastici in Ægypto autor. *Hilari-
 861. rion* in Palæstinam & Syriam; *Amon*, live *Eugenius*, in Me-
 862. sopotamiam & Assyriam, idem institutum invexere: *Basilius*
 863. *Magnus* post utrumque in Pontum & Cappadociam. De *A-
 869, 871. onis*, seu *Eugenio*, ejusque discipulis & imitatoribus. Cœno-
 872. bia in Mesopotamia & Assyria. Cœnobium in Babylonia &
 Arabia. Cœnobium in Corduene & Garmæa. Cœnobium apud Ba-
 ctros, Hunnos, Persas, Pergamenos, Medos, Elamitas, Indos.
 874. Monachorum & Clericorum mores, *Barsuma Babai*que ope-
 ra, corrupti. *Marabas* Clericos, *Abram* vero Monachos
 ad pristinam disciplinam reduxit. 2) Monachus apud Sy-
 ros Nestorianos restitutus & auctus. Cœnobium *Abraba* in
 monte Izlensi apud Nisibin, ubi monastica disciplina refloruit.
 875. Ex monasterio Izlensi Coloniz in diversas regiones
 881. deductz. 3) De Monialibus. Qui Monachorum, iidem &
 monialium parentes fuere in Ægypto, Palæstina, Syria, Me-
 sopotamia, Ponto & Cappadocia. De Cœnobio Monialium
 Nisibi in Mesopotamia, quod in Actis Febroniz memoratur.
 882. Neque Monachorum, neque Monialium, monasteria in Sy-
 ria fuisse, nisi post *Diocletiani* persecutionem, & *Aonis* Ab-
 884. batis ætatem. *Parergon* de Ecclesia Nisibena, deque Mona-
 chis nonnullis in Syria & Mesopotamia: ac præsertim de in-
 886. stituto Aroemetarum. Monialium monasteria in Mesopota-
 887. mia seculo quarto exeunte. Post seculum quintum frequens
 889. Monialium mentio apud Syros & Chaldæos. Canones An-
 tislitum Nestorianorum de Monialibus. Monialium Cœno-
 892. bia in urbibus & pagis. Monialium Monachorumque disci-
 plina collapsa apud Nestorianos. Veterum Monialium Mo-
 894. nachorumque disciplina. 4) De tonsura Monachorum. Tres
 896. Monachorum gradus apud Græcos, & quisnam sit proprius
 uniuscujusque habitus. Gradus & habitus Monachorum
 898. penes Ægyptios & Syros. Tonsuræ monasticæ & clerica-
 lis multiplex forma. 5) Ritus Tonsuræ Monachorum, Du-
 900. plex Tonsuræ Monachorum officium apud Nestorianos.
 Notæ in præcedentem ritum, ejusque cum ritu Græcorum,
 Ægypti-

Ægyptiacorum, Syrorumque Maronitarum & Jacobitarum, Pag. 903.
 comparatio. 6) Ritus tonsuræ monialium apud Græcos, Ægyptios & Syros. Idem apud Nestorianos. Notæ in præcedentem ritum. 7) De Abbate, seu monasterii præfecto. Abbatis, seu Hegumeni Monachorum, nomina apud Syros Orientales. Canones de Abbatibus. Abbatis benedictio apud Syros & Græcos. Ritus benedictionis Abbatis penes Nestorianos. 8) De Abatissa, sive monasterii Præposita. Monialium Abbatissæ, seu Præpositæ, nomina. Ejus benedictio ab Episcopo facienda, & officia. XV. De Scholis & literarum studiis; 1) Scholarum institutio & antiquitas in Oriente. Scholæ nomina, & variz significationes. Scholarum institutio ab ipsis fidei Christianæ primordiis: ubi de Doctoribus & Catechistis primorum Ecclesiæ seculorum. Divinarum humaniorumque literarum studia in scholis exculta, & a Patribus commendata. 2) Antiquæ recentisque scholæ Syrorum, Chaldæorum & Persarum. Schola Edessena. Schola Nisibena. Schola Seleuciæ, seu Modainæ. Schola Dorkenæ. Schola Mahuzæ, Ædium Romæorum, & Callisæ apud Bagdadum: & S. Gabriellæ ad Tigrim. Scholæ in regione Garinæorum. Schola in regione Elamitarum. Schola Persarum. Schola Arabum. Schola Corasanæ. Scholæ Adjabenicæ, ac præsertim in regione Margensi. 3) Scholæ apud Ecclesias & Monasteria. Scholarum cura ab Episcopis commissa Chor-Episcopo & Monachis. Clerici & laici in scholis Monasteriorum instituti. 4) De studiorum methodo, librorumque examine. Methodus studiorum apud Jacobitas. Quæ in scholis Nestorianis studia floruerint. Regula scholarum. Quæ studiorum methodus fuerit in scholis Orientis & Occidentis. De librorum, qui in vulgus prodierunt, examine. 5) Privilegia scholis, Doctoribus, & Scholaribus concessa. Privilegia Magistrorum & Scholarum. Privilegia scholarum & Monasteriorum. Inscriptiones sepulchrales Patriarcharum Nestorianorum in Mosulana Ecclesia.

Job. Sriedrich Pseffingers Historie des Braunschweig-Lüneburgischen Hauses, und selbiger Landen, ic.

h. e.

D d

70.

JO. FRID. PFEFFINGERI, CONSILIARII HAN-
 noverani, & Inspectoris Academiae Luneburgi equestris,
 Historia Domus Brunsvicensis ac Luneburgensis Sere-
 nissime, Accessionibus historicis de familiis Comitum,
 Baronum & Dominorum, nec non de Capitulis, Cæno-
 biis, juribus urbium, speciatim Luneburgi, aucta &
 edita a patruelo, JO. FRID. PFEFFINGERO,
 JCo Argentino.

Tomii II.

Hamburgi, sumptibus Koenigii & Richteri, 1731 & 1732, 8.
 Tom. I Alph. 2 pl. 17. Tom. II Alph. 3 pl. 4.

Haud ignorant eruditi summa Pfeffingeri, Professoris Lu-
 neburgensis & Consiliarii Britannici, merita in histori-
 am Germaniæ, in Jus publicum, a *Vitriario* succincte con-
 cinnatum, & nominatim in historiam Saxonie inferioris.
 Id tamen in eo omnes notant, quod haud satis explicate ea,
 quæ per maximam industriam hinc inde collegerat, edisserue-
 rit. Dolendum est, eadem labe hoc Opus posthumum la-
 borare; quod quidem manibus defuncti condonandam, si-
 quidem hanc ultimam Compendio huic historico addere
 non potuit. Insunt tractationi haud inexpectata; sed histo-
 ria Ducum e *Vitriario illustrato*, Ven. *Rehtmsieri Chronico*
Bündingo-Lezneriano, & aliis recentiorum scriptis, excerpta &
 in compendium missa sunt, eo quidem fine, ut beatus Pfeff-
 ingerus adolescentes generosos hac promulside ad qualem-
 cunque patriæ notitiam excitaret. *Pars prior* inscripta est
Fridrico Ludovico, hæredi Magnæ Britannie Serenissimo,
Georgique II, Regis invictissimi, filio natu maximo. *Pars*
posterior præfert icona Serenissimi Principis, *Wilhelmi Augu-*
sti, Ducis Cumberlandie, & Principis Electoralis Brunsvico-
 Luneburgici, ejusque meritas prædicat laudes, encomio ma-
 jores, in Dedicationsis formula. In Præfatione, quæ *Parsi*
priori præmittitur, præter ea, quæ ad scopum declarandum
 faciunt, proferuntur nonnulla de collectaneis Pfeffingeri senio-
 ris,

ris, ad pertexendam historiam *Domnorum de Grose, de Meding, de Estorf, de Wittorf, seu Luneburg, & de Sparke*, facientibus, e quibus in præsens paucula duntaxat inferuntur. Adjungit *Pfessingerus*, junior, simul in Præfatione, nobilitatem Germaniam ab ævo *Henrici* Aucupis arcessendam esse, & exoptat, ut nobiles nostræ ætatis per incrementa tirociniorum equestrium ad fastigium virtutum dignissimarum, more præfco, præparentur. Provocat ad *Rixneri* libellum, dictum *Turnier-Buch*, tanquam idoneum testem hastiludiorum seculi decimi. Liceat nobis ea minus negligere, quæ de origine torneamentorum doctissimi *de Fresno, J. G. ab Eckard, & Gabelius*, in lucem protulerunt. In tractatione ipsa notamus, quod historię Cœnobiorum & Nobilium accuratius sint elaboratæ, rebusque Ducum passim insperatè diligentius, quam Principum Genealogiæ & historię. Molestum videbitur nonnullis, res Ducum non separatim prodiisse, siquidem id commode fieri poterat. Insitari tamen vix licet, compendii leges debite fuisse servatas, Diplomata nonnulla inedita in lucem esse protacta, & diligentis specimina ubique exstare hæud contemnenda. *Libri primi Caput primum* Autoribus, rerum Brunsvicensium ac Luneburgensium momenta recensentibus, est consecratum. Librorum singulæ editiones haud sunt adductæ. Forma libri editi plerumque fuit neglecta. Catalogus *Cl. Baringii* est locupletior, qui in posteriori editione ejusdem judicia quoque addidit, quæ hic desiderantur. Generosi Domini *de Campen* confunduntur, & tum Luneburgici, tum ii, qui Kirchbergam ac Ildehusam inter Sefam & Stauffenburgum tenent, ad unam stirpem revocantur. Falso quidem. Priores enim incoluerunt prædium *Campen*, inter Brunsvici & Regiolothariæ urbes situm: ac dudum interciderunt. Posteriores a Doctore quodam *Campen*, Consiliario Guelferbitano, superiori seculo orti sunt, ac de Ducibus, Guelferbiti sedentibus, receperunt beneficiaria prædia, quibus quondam Dux *Henricus*, junior, spurios suos, ex *Eva de Trotten* genitos, donaverat, nominatim *Theuerdanchsum* ac *Eitel-Henricum*. Ergo hic fuit subindicatus

Pag. 3 sq.

Pag. 6.

16.

20.

ad calcem *Partis posterioris*, sed ita, ut lector haud abeat scientior. Animadvertimus porro, libros Auctorum huc facientium secundam inscriptionem integram haud fuisse laudatos. Testatur librum Cel. *Ludovici Antonii Muratorii de Antiquitatibus Saxonibus*, cujus quippe, A. 1717. fol. Mutinæ prodit non nisi *Parti prior*, quam proxime excipiet editio *Tomi posterioris*. Auctor Clarissimus mentionem *Partis prioris* haud fecit. Omisit idem vetustissimam historiam Ducum Saxoniz, qui hæc terras gubernarunt, tum *Ludolfadum*, tum *Billungicorum*, Comitumque *Northheimensium*. Prætermisit *Alberti Azonis II*, qui ex *Cunigunda*, *Welfi III* filia, *Welfonem IV*, Ducem Bavariz, *Henrici Nigri* patrem, progeniit, majores, ex *Bonifacio*, primo Comite Lucensi & Duce Thusciz, cujus ad A. 811 injicitur mentio, procreatos. Primordia hic capiuntur a *Welfone IV*, Duce Bavariz, patre *Henrici Superbi*. Nomen *Superbi* retinebimus, quippe quod per sese elationem animi immodicam haud denotat. *Welfonem* sibi desponsasse *Ethelindam*, *Otonis*, Comitis Bavariz Ducisque Bavariz, filiam, negari non potest; nuptiæ ipsæ argumento satis firmo sunt comprobandæ. Vix enim illud, a repudiatione ductum, sufficit. Ponitur, *Wulfidem*, *Henrici Nigri* uxorem, filiam *Magni*, ultimi Ducis Saxoniz ex *Billungis*, attulisse marito jus succendi in Principatum Luneburgicum. Evincendum erat, ipsam fuisse natu majorem, solamque natu majorem extitisse successionis capacem. Hæreditatis illius rationem sic expedire liceat. Ducatus fuit beneficium Cæsaris Regisve Germanorum, ideoque per filias transferri in alios non potuit. Patrimonium *Ludolfiadum* Luneburgense tradi non potuit filiabus, donec stirps tota mascula defecisset. At ea non intercedit in *Magno*, quippe qui hæredia *Ludolfiadum* jure singulari sibi vindicare non potuit. Comites Brunsvicenses ex *Brunone*, *Ludolfi* filio natu majore, progeniti, jure quaesito in patrimonium Luneburgense gavisi sunt, defuncto *Henrico II*, Imperatore. Quare idem jus per *Gertrudem*, *Ecberthi II*, Comitis Brunsvicensis ac Marchionis Thuringiz, sororem, ad *Henricum Pinguem*, ejusque generum, Lotharium Regem

Regem, fuit translatum. Sed persequamur reliqua. *Welfo-* Pag. 23.
nam VI A. 1191 d. 14 Dec. obiisse, perhibetur. *Chronicon Wingar-*
tense habet *A. 1191 d. 18 Cal. Januar.* Qui norunt discrimen inter
 fastos Romanos & nostros, credent, significari *A. 1191 d. 15 Dec.*
 Autori probatur sententia, qua commemoratur, *Henricum Ma-* 24.
gnanimum anno demum 1136 Ducatum Saxoniz per *investi-*
turam suscepisse. Traditio possessionis tum evenit, ut ex *Al-*
berto Stadenf. Autore Historiz, *Archi-Episcoporum Bremensiu-*
um, aliisque, constat; declaratio autem & *infudatio* jam *A.*
1127 contigit. *Chronicon Holsaticum Cap. 13 p. 23 Leibn. Vi-*
tus Arenpeck p. 662. Urspergensis p. 211, alique, sic testantur.
 Omittendum non fuisse videtur id, quod de beneficiariis pos-
 sessionibus, a *Lothario* in generum collatis, veteres memoriz
 prodiderunt. Nam *Noriberga, Gredinga,* & tutela armata in
Episcopos & Præfules Bavariz fuit *Henrico Superbo* circa *A.*
1127 omnino concedita a socero. Hoc satis perspicitur ex
 collatione *Conradi Urspergensis ad A. 1127 p. 740, Aventini*
L. VI Cap. 3, & Chronici Weingartensis Cap. 11 p. 786. Verum Au-
 tori placuit, fines compendii non transilire. Idem in ea est 28.
 opinione, *Brunonem, Melveroda* Dominum, unde *Comites*
Brunsvicenses solent deduci, fuisse filium *Henrici,* Ducis *Ba-*
variz & Lotharingiz, ex *Henrico* Aucupe nati, & *Marchionis*
Saxoniz. At *Comites Brunsvicenses* dicti sunt *Marchiones*
 demum, ex quo *Egbertus I* *Marchionatum Thuringiz & Sa-*
xoniz, seu potius *Misniz,* obtinuit *A. 1067,* eumque morti pro-
 ximus *A. 1068* pro filio *Egberto II* ab Imperatore precibus
 impetravit. Hæc ex *Annalista Saxone* patent. Deinde memo-
 ratu dignum est, *Brunonem II,* *Comitem Brunsvicensem,* ex
Brunone, filio *Ludolfi,* Ducis *Saxoniz Orientalis,* fuisse per ma-
 res exortum. Id certe ex *Autore Chronici rhythmici Princi-*
pum Brunsvicensium Cap. 14 v. 90 sq. & 119 sq. p. 25 Tom. III
Leibn. dilucide intelligitur. Est, qui hæc loca & competitio-
 nes regni ad calculos revocat, ideoque hanc effingit Tabulam
 de *Comitibus Brunsvicensibus* genealogicam, in qua genera-
 tionum series indicatur numeris a *Brunone* ad *Brunonem II,*
 & ab *Ottone III* atque *Henrico II* ad *Ottone Illustrum* ordi-
 ne retrogrado. En illam plane novam:

BRUNO seu Beruo, 775.

ux. *Geat. Gisela, Helia, filia Wittkindi M.*
ex *Geat. filia Sigfridi, Regis Dantæ.*EGBERTUS, seu Wigbertus,
uxor *Ldi, A. 785.**Hedwig,*
uxor *Wesf.**Addila,*
Abatissa Herivord. amita
H. humoda.*Warinus,*
Abbas
Corbei.
† 856.*Cobbo,*
Comes Na-
xoniz Oc-
cident.*Filia,*
nupta
*Warino.*LUDOLFUS, Dux
Saxonie Orientalis,
† 875 initio Qua-
dragesimæ. Uxor
Odil, nata ex Billun-
go C. & Æda A. 807,
† 913.*Cobbo,*
† 835.*Hedwig,* Abba-
tissa Herivord.
post *Addilam.**Filii tres & una filia in tenera infanciam fundi.*1 BRUNO,
Dux Sax.
† 890 d. 2
Februar.v OTTO M.
& *Illustis* †
912, ux. *Har-
nig.**Filius,* *Harbamede,* *Ende*
nata 840, nupta
Abbatissa N. N.
Brunshuif-
na 852, †
874 d. 29
Nov.*Gerbir-
gis,* Ab-
batissa
Gan-
dersh.
† 875, †
896 d.
24 Jul.*Chri-
stina,*
Abb.
Gand.
† 919.*So-
phia.**Liutgarda,*
uxor *Ludo-
vici,* Regis
Germ. juv.
866, † 885
d. 31 Nov.
sepulta
Alchafna-
burgi.

2 Ludolfus.

iv Henricus Au-
ceps, uxor *Mec-
sildis,* soror *Fri-
deruna.*3 Ekebar-
dus, mari-
tus *Fride-
runa,* Co-
mes Mel-
veroden-
sis.

iii Otto I.

iii Henricus.

ii Otto II.

ii Henricus.

i Otto III.

i Henricus II Imp.

4 BRUNO I,
† 973, uxor *Hil-
defrudus* † 25 Dec.*Echertus*
Monoculus,
† 902.*Mech-
sildis,*
avia
*Dit-
mari.*BRUNO II,
inhiat regno A.
1002, † 1006.
Uxor 1) *Gisela,*
filia *Hermann,* C.
de Werle & Jucæ;
2) *Gisela,* filia *Her-
manni II,* Ducis Sue-
viz, † 1043 d. 14 Feb.*Ermildis,*
† 991.*Filii Echerti,*
Comites Seburgen-
ses, e quorum foro-
re Comites Quer-
furtani.*Ludolfus,* † 1023.*Sigfridus,*
Com. Pal.*Bruno,*
Ep. Mind.LUDOLFUS,
† 1030 d. 23 April. uxor *Ger-
trudis,* filia *Arnolfi* Gauda-
ventis, Com. Frif.BRUNO III,
Conditor Brunfui-
ci, † 1057.EGBERTUS I,
fit Marchio A. 1067, † 1068.
Uxor *Irmegardis* A. 1057.EGBERTUS II,
natus 1065,
† 1090. Uxor
*Odil.**Gertrudis,*
uxor 1) *Theoderici,* C.
de Cateinburg, qui †
1025 d. 20 Jan. 2) *Henri-
co Pinguis,* C. Northeim.
qui † 1101 d. 10 April. 3)
Henrico Wettinensi, C.
Marchioni Heburg.
Ipsa † 1117.1 *Friedericus,* junior,
C. Cateinb. † 1103. Uxor *Ada-
la,* filia *Canonis,* C. *Beichling.*

Otto, † tener.

2 RICHENZA,
nupta *Lothario.*3 *Gertrudis,*
nupta *Sigfrido,* C.
Palat. ad Rhenum.*Henricus,* junior,
† 1127.

Ebertum II in *mbia* ad Brunsvicum fuisse trucidatum, vulgo referunt ii, quos Auctor sequitur. Credibile autem est, locum necis ad *Salicam* amnem, haud procul Quedlinburgo, esse quaerendum. Argumenta enim sunt in promptu. *Lambertus Schafnaburgensis* ad A. 1089 distincte: *Eckibertus Marchio juxta-aquam, qua dicitur Selicha, in molendino quodam miserabiliter interfectus occubuit. Sigebertus* ad A. 1090 ostendit, *Ebertum* tum consecratum fuisse sectatores Imperatoris. Unde consequitur, ipsum ea tempestate a domo sua absuisse, ac foris arma tractasse. Perit *Ebertus* praeterea occisus a percussoribus, ab *Adelheida II*, Abbatissa Quedlinburgensi, *Henrici IV* sorore, immixtis. Quamobrem rursus sit verosimile, prope Quedlinburgum in Episcopatu Halberstadenfi aut Magdeburgensi caedem fuisse commissam. *Conradus Botho* in Chronico picturato Brunsvicensi p. 330 *molam Aysenbüttel* determinat. At is est scriptor recentior, qui saepe ex rumore incerto antiquiora arripuit. *Bothonem* secutus est *Krantzius Saxon. L. V Cap. 44. Henricum Leonem* fuisse natum A. 1129, asseritur ex testimonio *Gerhardi*, Abbatis Steterburgensis, p. 687 Tom. I *Leibn.* Sed qui fieri potuit, ut A. 1136 in festo Pentecostes baptizatus sit? Hoc habet *Conradus Urspergensis* p. 792. Nuptias contraxisse dicitur *Henricus Leo* cum *Clementia* A. 1146; sed *Joanis Ruffi* Chronicon Lubecense definit annum 1147. *Liuppoldus de Herzesberg* hic vocatur *de Harzburg. Albertus*, Monachus trium fontium, quem nuper recudi fecit *B. Menckenius*, dicendus erat *Albericus*. Episcopatum Bardevicensem esse *Verdam* translatum, hic ostenditur. Circa liberos *Henrici Leonis* monemus, *Rixam* ex *Clementia* unicam fuisse natam, nuptam A. 1167 *Friederico* Rotenburgensi, Duci Sueviae, eoque defuncto A. 1167 d. 19 Aug. perrexisse A. 1169 ad nuptias, cum *Canutò*, filio *Waldemari*, Regis Danicae, contractas. *Ericus* p. 272 ad A. 1221: *Obiit Rikoco Regina*. Ipsa fuit sterilis, teste *Alberto Stadenfi* ad A. 1171. *Helmoldus* eam vocat *unicam filiam*, respectu ad *Clementiam* habito. Nomen *Rixae* servavit *Botho* p. 344. Ut dux *Rixa*, ex *Clementia* natae, attribuantur *Henrico*, efficit *Saxo Grammaticus*, qui

Pag. 31, 32.

40.

41.

57.

65.

71 sq.

Lib. 14

Lib. XIV rerum Danicarum p. 205 memorizæ prodidit, *Henricum* filiam suam *minorem* filio Regis Danizæ obtulisse, quia major natu, quæ prius ei desponsata fuerit, morbo perierit. Sed *Helmodi* fides est major. *Athenora*, quam *Gervasius* Tilberienfis vocavit *Comitissam*, nupsit *Ludovico*, Comiti de *Dempnowe* seu *Dipenau*, uti docuit *J. G. Eccardus* in *Erklärung eines alten Kleinodien-Kastleins* §. 15 p. 35. *Rogerus Hovedenus* ad A. 1182 methorat, *Henricum* in Normannia ad *Argentonium* filium suscepisse. Si is non est ipse *Otto IV*, numerus filiorum *Henrici Leonis* videtur dilatandus. Verum in Compendio historico hæc fortassis fuerunt negligenda. Priorem *Henrici Longi* uxorem Autor vocat *Agnescam*. Ita etiam dicitur in Dipl. XX in Sylloge *Gudoni* p. 48, in Chronico *Weingartensi* p. 805. At narratio *Altabensis* p. 21 T. II *Leibn.* eam appellat *Juditham*, concinente *Joach. Frid. Feller* p. 371. De cornobio *Winbushensi* inseruntur notabiliora. Utrum *Maria*, an *Beatrix*, *Otonis IV* fuerit prior uxor, Autor pronuntiat incertum. *Otto* cum *Beatrice* fuit desponsatus A. 1208 & 1209 *Francofurti* & *Wirceburgi*, prævia Papæ concessione. Erat ipsa *Philippi*, *Suevi*, filia natu maxima ex *Irene*. Nuptiæ celebratæ sunt A. 1212 *Northusæ*, nequaquam *Brunsvici*, ita tamen, ut ipsa quarto die vel decimo quarto a nuptiis peractis obierit. Cl. *Jo. Dav. Kælerus*, secutus *Chronicon* vetus *Ducum Brunsvicensium*, quod *Chronico* rhythmico & *Boboni* non erat præferendum, eam putat obiisse A. 1213 d. 11 Aug. *Otto* jam inierat sponsalia A. 1199 cum *Maria*, filia *Henrici I*, *Ducis Brabantiz*, & *Matbildis*, *Comitis Bullionensis*. Duxit vero ipsam A. 1214, teste *Alberico*. Ita id, quod videbatur incertum, facile innotescit, præcipue ubi vita *Otonis*, a *B. Simone Friderico Habnio* conscripta, consulitur. Imperante *Otone IV*, imperium pace exoptata gavissimum esse, nescio, quid dici queat, ubi turbas Papæ & Anticæsarum memoria recollis. *Otonem* ex veneno occubuisse, ex *Alberico* videtur colligi posse. *Henricum* A. 1204 a fratre *Otone* discessisse ad partes *Philippi*, *Anti-Cæsarum*, verum est. At fratres demum A. 1208, occiso *Philippo*, in gratiam rediisse, stare non potest cum iis, quæ *Eccardus* quondam demonstravit. Poteramus longe plura emendare, si ea nobis provincia jam esset

Pag. 74.

75 sq.
85.

86.

set demandata. Excerpemus hinc inde adhuc nonnulla, ut Lectori constet, de quibus cœnobiis ac nobilibus viris familiisque hic varia sint in medium allata. Libet enim fateri, inedita Diplomata tractationi huic, ad calcem paginæ plerumque rejectæ, sæpius fuisse adjuncta. De cœnobio Neo-Isen-
 hagenfi diligenter Vir Cl. commentatur, nec non de Comitibus Asseburgicis, quos tamen cum ipso ex ætate *Henrici Aucupis* repetere recusamus. De *Steinbergiis* reponitur opinio ex *Piermont*. At constat satis, vocem *Steinberge* esse ex castro (a) prope Goslarium sito: vocem *Piermont* esse deducendam ex aiane *Viermont*, qui ab oppidulo *Lüde* non adeo remotus, *Emmeram* influit: & Comites de *Bodenburg* ac *Monte lapideo* ex Comitibus de *Haldensleve* fuisse exortos. Falsum est, *Georgium de Steinberg* esse adhuc in vivis. Perstat patris dudum defuncti gloria in duobus filiis, quorum natu major Satrapam provincialem *Osterodæ* agit, ac olim Episcopi *Osnabrugensis* a Consiliis fuit intimis. In *Conradi Bertoldi Bebreusii* Genealogia *Steinbergica* restant multa emendanda, tantum abest, ut Lector tuto ad eam remitti possit. *Henrici Mirabilis Grubenhagici* liberi accurate percensentur, ac in ejus prosapia exsequenda Autores ætate supparès dextre sunt consulti. Optandum esset, ut de oppignoratis bonis *Aichsfeldicis* Cl. *Joannis* scrinia fuissent sollicitata. *Ernesto* *Osterodensi* asseritur filia, quæ fuit *Abbatissa Osterodensis*, ex testimonio *Engelhusii* p. 21 Tom. II *Leibn.* *Dominici de Helden* perhibentur olim tenuisse salinas *der Hellen*.

Pag. 108 sq.

117.

141 sq.

142.

144.

145.

153.

E e

At

(a) Castrum Seculo XI fuit eversum. Sed id reedificare jussit *Henricus IV*, Imperator, *Ottone*, Comitem *Northeimensem*, A. 1076. Seculo XII id fuit instauratum, & Seculo XII denuo destructum; mons ipse in manus Comitum *Wernigerodensium* incidit. *Henricus*, Comes, montem *Reipublicæ Goslariensi* vendidit in perpetuum. *Venditionem* confirmavit A. 1410 *Rupertus Palatinus*, Rex Romanorum. *Habnii* confirmationis formulam edidit *Tom. Collect. 154 Monum. inedit.*

- Pag. 154. At dicti sunt *ab Inferno, von der Hellen*. *Albertus & Joannes* capti sunt A. 1362 a Comitibus Waldeccensibus, teste *Prassero p. 822 Tom. I ineditorum Hahnii*. A Nostro ponitur annus 1361. Circa liberos *Erici Grubenbagici* nonnulla hic afferuntur, quæ limam expectant. Nam *Sophia*, Abbatissa Gandershemensis, A. 1412 obiit. *Elisabetta* maritus non dictus fuit *Bogislaus*, nec ipsa fato concessit A. 1454. *Sophia*, junior, Abbatissa Gandershemensis, haud exstitit *Alberti III* filia, nec obiit A. 1481. *Otto* Einbecensis non obiit A. 1411, ut hic notatur, sed A. 1451. Domini *de Saldern* succincte pertextuntur. Cœnobium *Medingen, Schärenbeck*, Nobiles *de Mandelslo, de Sparke, & Schwigelt*, cœnobium *S. Michaelis* Luneburgicum, Nobiles Domini *de Grote, de Monte*, seu *von dem Berge*, cœnobium *Zibelingsborfeld*, seu *Sancta Vallis*, seu *S. Joannis*, Luneburgicum, Nobiles *de Melzing & de Grone*, locus Gruona ad Gottingam, Nobiles *de Estorf, de Rostorf, de Gilten, de Veltheim, de Wrisberg, de Plesse* per Saxoniam Holsatiamque & Meclenburgum obvii, *de Schulenburg, Medingi, Alvensleben, de Wittorf, de Knesbeck*, magna sane cum industria enarrantur, Diplomatum illustrantur, & ad gustum familiarum florentium attemperantur. Addeamus paroramata nonnulla, ab Autore haud evitata. *Rostorf* dicitur p. 487 præfectura *Calenbergensis*. Insignia Baronum *de Wrisberg p. 550* nova ratione recensentur. Error fuit emendatus sub calcem *Partis posterioris*. Initia genealogiæ Dominorum *de Plesse p. 589 sq.* ab *Immedo & Adela* erant pertextenda, ac ab *Hermannno Bavaro*, qui *Meinweri*, Episcopi, sororem in matrimonium duxit. *Autor Vitæ S. Meinweri* hic facem præferre potest. *Udo*, Episcopus Hildeshemensis, annumeratur Comitibus Alsleviensibus p. 676 sq. At *Reinhardi Opusculum & Diplomata Udonis* docent, ipsum fuisse Comitem *Gleichen*, ad *Gottingam* sitæ. Tantum de *Parte-priori*. Progredimur nunc ad *posteriores*. Præter compendiarium Ducum genealogiam & historiam hic rursus occurrunt varia, quæ ad exactiorem cœnobiorum Saxoniarum inferioris & familiarum generosiorum notitiam faciunt.
- Ad

Ad sepulchrum *Ottonis Claudii*, quod in cœnobio *S. Michaelis* Luneburgico exstat, adjungitur series Ducum & virorum primariorum, qui in æde sacra ejusdem cœnobii terræ fuerint mandati. Epitaphium *Ottonis Srenusii*, de quo Ven. *Rehtmeyerum* inter & *J. G. Eccardum* olim glifcebat liticula, accurate hic exhibetur. Initium est: *Anno. dni. MCCCXXX. quinto. Nonas. Aprilis. in. secunda. feria. post. diem. pascha. obiit* - - De cœnobio *Ebstorff* afferuntur nonnulla, nec non de *Urfinis*, seu *Bariis*. Principes *Anhaltinos* ex *Urfinis* deduxit Autor, inductus insigni gentilitio *Anhaltino*, scilicet *urfo mania scandente*. An aliis id approbari possit, qui *Eccardianam* perspexerunt genealogicam de Principibus *Anhaltinis* tabulam, divinare nolumus. Monasterium *Scharnebeck* olim dictum *Steenbeck*. De *Salinis* Luneburgicis agitur p. 40 - 66. De *Capitulo Ramelsloensi* non pauca inferuntur p. 75 - 119. Diploma vero *Ludovici*, Regis Germanorum, A. 945 datum, est omnino suppositum. De tribus sequentibus idem judicium videtur ferendum. De *Salinis* Luneburgicis resumitur filum historicum p. 121, ac pertexitur usque ad p. 149. De *Generosis* viris, a *Gustede* dictis, differitur p. 152 - 180. De præcellentissima *Bulowiorum* gente producuntur momenta, alibi nondum obvia, p. 181 - 239. De urbe *Harburgi* nonnulla habentur p. 307 - 311. Nobiles *de Weybe* recensentur p. 312 - 333. *Comites de Dannenberg* & Nobiles ex eis orti enarrantur p. 358 - 379. Nobiles *Domini de Hodenberg* representantur p. 403 - 425. *Comites & Domini de Hoya* commemorantur p. 551 - 580, ita tamen, ut pleraque ad immunitates *Nobilium Hoyensium* spectent. Autor promittit historiam de *Comitibus Luchoviensibus* p. 597. Nobiles *de Hitzacker* persequitur p. 598 - 617. De cœnobio *Lune* differuntur varia p. 625 - 667. De collegio sacro *Raceburgensi* exquisita suppeditantur p. 671 - 681. Urbs *Munda*, ad confluentem *Fuldae Werra* que posita, fuit olim juris *Francici*, dicta *Gemünda*, & *Ottoni Puero* sese dedit A. 1246. Jus *Stapulæ* ab Imperatoribus ei fuit concessum & confirmatum. Sequuntur *Domini de Bardeleben* p. 724 - 729.

P. II
Pag. 3 sq.

10 sq.
25.

36.

698.

703 sq.

electio *Statii Friderici de Post* in Abbatem *S. Michaelis* *Lunenburgensem* p. 730-735; Inspectores *Gymnasii & Academiae equestris Lunenburgensis* p. 736, cum *juribus ipsius Academiae* p. 737-760, genus *generosissimorum de Post* p. 761-771, *conobium Medingen* p. 775-779, *progenies virorum encomiis summis dignissimorum, qui de Wackerbart cognominantur,* p. 782-801, *stirps Hammersteinia* p. 804-807, *descriptio terrae Hadelensis* p. 888-913, *Barones de Marschalck* p. 913-921, *castrum Heimburg* p. 925-932, *Domini de Lafferde* p. 934-941, *descriptio Capituli Bardevicensis* p. 943-953, *urbisque Hannoverae* p. 953-960, *Barones de Bothmer* p. 961-999, *Domini de Honhorst* p. 1063-1068, & *Püchler* p. 1069, 1070. *Duces hisce urbibus, collegiis sacris, Comitibus, Baronibus, Dominisque, quorum elaboratio ad Cl. Pseffingerum maximam partem spectat, immisti sunt, siquidem eorum historia multam lucem ex historia subditorum ipsis sceneratur. Qui methodum reprehendent, copioso Indice querelas suas facile sublevabunt. Faxit supremum Numen, ut tandem monumenta illa Brunsvicensia ac Lunenburgensia, quibus Leibnitius, Ecardus & Habnuius, immortui sunt, in perennem Regum Angliae potentissimorum ac Ducum Brunsvicensium gloriam, in lucem emittantur.*

IUS PUBLICUM ROMANORUM, ID EST, Fasciculus I & II Arcanorum Status Reipublicae Romanae, descriptorum opera clarissimorum Auctorum, cura JOANNIS GODESCHALCI CLAUSINGII, Consil. Lippiaci, & F. U. D.

Lemgoviae, ex officina Meyeriana, 1726 & 1731, 8.

Fascic. I Alph. 1 pl. 23. Fascic. II Alph. 2 pl. 19.

Fasciculo primo exhibentur libri *Pseudo-Fenestella de Sacerdotiis & Magistratibus Romanorum; Pomponii Latii scriptum de Magistratibus Romanorum; Nicolai Grucchi libri tres de Comitibus Romanorum; nec non Justii Lipsii octo*

oçto peculiare Tractatus, ad cognoscendam historiam Romanorum apprime utiles. Promittit hæc Index, libro præfixus. At in *Fasciculo* ipso etiam continentur complura alia. Habes enim hic quoque *Valerii Probi Opusculum de Literis antiquis*, vel potius de compendiis scripturæ Romanæ, & præterea *Alexandri Sardi* librum *de nummis*, in quo numismata & pecunia Romana æstimantur numinis notioribus nationum Europæ, idque admodum compendiose. *Lipsii* octo libelli sunt hi: 1) *de Magistratibus veteris populi Romani*; 2) *de Vetere Latinorum scriptura*; 3) *de Pecunia veterum Romanorum*; 4) *de Nominibus veterum Romanorum*; 5) *de Ritu conviviorum apud Romanos*; 6) *de Supplicio crucis*; 7) *de Censura & Censu*; 8) *de Anno ejusque ratione & intercalatione*. Adjecta est *Lipsii* Epistola, qua *Viro cuidam Principi, deliberanti, bellumne an pax, an potius induciæ, expediant Regi Hispaniarum, cum Gallo, Anglo, Batavo, &c. respondet*. An hæc scripta singula ad arcana dominationis Reipublicæ veteris Romanæ spectent, facile patet. Usus collectionis hujus Autor Consultiss. in Præfatione prædicat, pungitque in ea Theologos, eo quod autoritate & vastitate doctrinæ ceteteris eminere mortalibus audeant, eas fortasse urbes & terras ignorans, in quibus primarii Theologorum negant, fas esse, ut is muneri Ecclesiastico vel scholastico adhibeatur, qui librum ullum conscribit. Rationem inscriptionis Autor depromit ex scopo librorum, quos hoc *Fasciculo* est complexus. Existimat enim, *munia Reipublicæ & arcana status Reipublicæ Romanæ* iis contineri. Ne moneas, *Pseudo-Festellæ* librum patre usum esse satis novitio, videlicet *Andrea Dominico Flocco ad Brandam*, Cardinali Placentino, ad A. 1443 defuncto, ideoque Antiquitates Romanas ex fontibus antiquis & genuinis gratius hauriri; Autor *Festellæ* commentitio adjecit additamenta *Joannis Camerti*, singulis Capitibus suffixa, infra autem passim adscivit in notulis adscriptis loca veterum, ac *Rosini, Nieupoortii, Heinzeccii*, quæ vel comprobandæ vel fusius exponendæ infervire sententiæ videntur. *Pomponius Latus* ap-

paret nudus. *Grucchius* ipse libros suos rationibus testimoniisque veterum scriptorum exornavit. Hosce ob pretium singulare *Gravius Thesaurus* suo inseruit, adjectis ipsius cum *Carolo Sigonio* doctis concertationibus, quas hic desideramus. *Alexandri Sardi* libellum *Gravius Tomo XI* jam iudiderat. In Collectione altera, quæ inscribitur *Respublica Romana, Pseudo-Fenestella* ac *Pomponius Latus*, nec non *Lipfii* Commentariolus *de Magistratibus veteris populi Romani*, exhibentur. Libris quatuor, quos sub nomine *Antiquitatum Romanarum Philippus Carolus Francof. 1570, 12*, edidit, subiiciuntur idem *Pseudo-Fenestella, Pomponius Latus, & Valerius Probus, de interpretandis literis antiquis Romanorum*. In *Fasciculo II* continentur *Pauli Manutii* insignes libri, videlicet unus *Antiquitatum Romanarum de Legibus, & alter de Senatu*, ac tertius *de Veterum dierum ratione, cum Ad-ditamento ad Lib. III Pauli Manutii de Calendarii Romani explicatione*. Hisce porro adjectos vides libros alios quatuor. Unus est *Josephi Moniardi interpretatio Rubr. Cod. Publicæ Lætitæ, vel Consulium*, in qua omnia ludorum genera mira quadam jucunditate & jucunda brevitate ad vivum refecantur. Excipiunt hanc interpretationem *Libri III Alexandri Sardi Ferraricnsis de moribus ac ritibus gentium*, in quibus ritus & loca variarum gentium, pauca ad Romanorum rempublicam spectantia, recensentur. *Manutii* sane scripta hæc, excepto tertio, dudum *Thesaurus Gravius* sunt illata. De hujus *Manutii* patre *Aldo* nonnulla literaria in Præfatione afferuntur. Vir Clarissimus, qui hosce *Fasciculos* edidit, ac libellos, iis insertos, passim suis notis illustravit, de publicis commodis egregie meritus fuit, dum ea, quæ hinc inde vix obvia sunt, scripta magis vendibilia usuique studiosæ juventutis accommodatiora reddidit. Exoptamus enixe, ut Vir Consultiss. ea semper gaudeat valetudine otiique abundantia, qua desideriiis eruditorum porro possit satisfacere ac velificari.

DISSERTATIONS NOUVELLES SUR LES MALADIES de la Poitrine, &c.

h. e.

DIS-

DISSERTATIONES DE MORBIS PECTORIS, cordis, stomachi, fœminarum, venereis, aliisque nonnullis morbis singularibus; Autore BARBEYRACIO, Doct. Med. Montispeliensi. Adjectæ sunt binæ Historiæ morborum, nondum descriptorum, per BOERHAAVIUM.

Amstelodami, apud Waesbergios, 1731, 12.

Alph. I pl. 2.

Bibliopola in Præfatione monet, hunc ipsum librum olim quidem Lugduni sub titulo *Nouveaux Traités de Médecine*, multis tamen locis corruptum atque mutilum, prodiisse. Quare, cum eundem, his non obstantibus defectibus, a plurimis Galliæ Medicis cum applausu exceptum esse intellexerit, multam se a lectoribus gratiam initurum speravit, si editionem, in qua prioris defectus non solum sollicitè emendati essent, sed quæ tertia fere parte adaucta esset, exhiberet. Quod si hoc institutum suum probari intellexerit, brevi plura his similia expectare jubet. Ipse vero liber concisam morborum in titulo commemoratorum historiam, una cum ipsorum, ex Autoris sententia, causis atque medendi methodo, continet. Si rubro fides habenda, ubique clara & distincta morborum idea secundum recentiorum inventa, antiquorum hypothesebus opposita, traditur, quæ tamen an nostris temporibus apud omnes assensum inventura sit, dubitamus. Ætiologia ubique fere doctrinam de fermentis, quæ nostra ætate maximam partem deserbuerunt, spirat, medendi methodus potissimum frequenti venæsectionis, clysterum, atque purgantium usu absolvitur, quorum etiam formulæ liberali manu harum cognitionem desiderantibus suppeditantur. In venereorum morborum cura, ubi de salivatione agitur, inunctionem corporis reliquis methodis præfert; internum pro hoc scopo mercurii usum tanquam noxium damnat: quo jure quæve injuria, alii judicabunt. In fine adjectæ sunt binæ morborum atrocissimorum, prius non descriptorum, historiæ a Cel. *Barbavio*

vis latino idiomate A. 1724 & 1728 evulgata, hic in gratiam eorum, qui latina non capiunt, in gallicum sermonem translata; quarum prima gula, post crebriorem vomitoriorum usum, in medio thoracis rapturam, hinc omnium assumptorum in eundem effusionem, respirationis ob pulmonum coarctationem impedimenta, dolorem atrocissimum, & reliqua hinc pendentia symptomata, accurate recenset; altera pleuritis internae, utrumque thoracis latus occupantis, hinc pulmonum lobos in angustum spatium comprimentis, molestissimumque asthma producentis, phaenomena exhibet. Utraque ita conscripta est, ut primo, quid toto morbi tempore aegro acciderit, de quo conquestus, quid applicatum remedii loco, quomodo tandem ad funestum exitum declinaverit morbus, commemoretur, deinde, quomodo sectio post fatum demum genuinam malorum causam, antea nulla divinatione assequendam, docuerit, cum salubribus monitis inde deducendis, lectoribus indicetur.

Angenehme, curieuse, und nützliche Nachrichten von Physikal- und Medicinischen, auch dahin gehörigen Kunst- und Literatur-Geschichten, &c.

h. e.

MISCELLANEOBUM PHYSICO - MEDICO - MATHEMATICORUM, editorum a D. ANDREA ELIA BÜCHNERO, Instit. Med. P. P. Facult. Med. Assessore, & S. R. I. Med. Nat. Curios. Collega, integer
Annus 1728.

Erffordiae, apud Carol. Frid. Jungnicol, 1722, 4.

Quadra I & II Alph. 2 plag. 2 cum Tab. zn. 2,
Quadra III & IV Alph. 2 plag. 1 cum
Tab. zn. 1.

In suscepto post obitum Cl. Kanoldi labore strenue pergit Cl. Autor, atque Historiam Physico - Medicam anno-

annorum proxime præterlapſorum quam promptiffime ſup-
 plere allaborat. Nos in præſentiarum aliqua ex Anni 1728 obser-
 vationibus ſpecimina exhibebimus. Ex Aſtronomicis, præter
 accurata diaria meteorologica, varia rariora cœli phænome-
 na recenſentur, v. g. p. 925, meteoron rarum, capra ſaltans
 dictum p. 986, an ex maculis ſolaribus motus telluris tam
 diurnus, quam annuus, evinci queat; diſquiritur, p. 1701, phœ-
 nomena Martis planetæ Copernici ſyſtemati præ reliquis ob-
 ſtare, demonſtratur. Ex ſubterraneis naturæ phænomenis
 annotamus p. 927 commemorari, ingentem maſſam ferri ſo-
 lidi, intus cavernæ in modum excavatam, variis que figuris
 ibidem conſpicuis exornatam, ex ferraria eſſe extractam;
 quod metallum in Gallia a quibusdam in cuprum arte per-
 mutari, p. 944 refertur. P. 1269 crypta ſubterranea prope Co-
 burgum deprehenſa accurate deſcribitur; p. 1501 fontis ſoterii
 prope Epſteinium poſt montis rupturam exorti mentio inji-
 citur. Ad Obſervationes Anatomicas pertinet Anatomie muris
 Alpini, a Cel. Scheuchzero communicata, p. 804, item Obſervatio
 de ſceletto fœtus mortui, ſalva matre per anum excreti, p. 809
 de ſceletto humano, in locis ſubterraneis binas inter colu-
 mnas lapideas ſtante, invento, p. 1055, ut & quæ de fœtibus
 monſtroſis p. 1006, 1211, &c. referuntur. Ex copioſis Ob-
 ſervationibus Pathologico-practicis aliqua ſaltem addimus. P.
 80 ſq. notatu digna. Obſervatio de ſceminæ Argentoratenti,
 quæ illius loci Medicis per 39 annos ſicta ingenti corporis
 mole impoſuit, recenſetur; qua occasione ſimul Cl. Jo. Beck-
 eri, Prof. Argent. Epiftola inferitur, in qua, præter re-
 lationem totius impoſituræ, ſimul Obſervationes aliquot de in-
 gentibus corporis tumoribus adjiciuntur, quibus aliz plura, &
 diverſis Medicis obſervatæ, ab Autore adduntur. P. 918 cura-
 tio ſceminæ Melancholicæ Hypochondriacæ laborantis inferitur,
 & in Hypochondriacæ atque Hyſtericæ Melancholicæ discrimen
 operoſe inquiritur. P. 930 obſervatio rara de enormi, ſa-
 lutari tamen, Hæmorrhagia narium ſceminæ 83 annorum in-
 feritur; p. 973, pleraſque moniales ob vitam ſedentariam men-
 ſium ſuppreſſione laborare, ex obſervatione frequenti afferri-
 tur; p. 978, exemplum inſolitæ in puella morboſa cibi potus-

que per aliquot annos averfationis annotatur; p. 994 calculi vesicz, in separatis cavitatibus præternaturalibus in vesica formatis absconditi, commemorantur; p. 1031 curatio febrium intermittentium per electuarium ex cortice peruviano ex rationibus & observationibus contra hujus methodi adversarios defenditur; p. 1212 radice colchici in asthma usus commendatur; p. 1430 variolarum epidemice A. 1728 grassantium indoles & curatio describitur; p. 1497 cura motuum convulsivorum, ex spissitudine sanguinis & inertia vasorum ortorum, per martialia recensetur, simulque morbi æque ac therapie ratio redditur. Hæc & alia plura, non minus lectu digna, qui accuratius nosse cupit, ipsum librum evolvat, neque, quantum nobis videtur, hujus illum laboris poenitebit. Observationes A. 1729 proxime expectare jubemur.

PRAXIS GEOMETRIÆ, worinnen nicht nur &c.
h. e.

*QVA NON SOLUM OMNES GEOMETRIÆ
practicæ casus, cum variis compendiis, luculenter ex-
ponuntur, sed & accurata elaboratio delineationum
quarumcunque, fideliter communicatur a FO.*

*FRID. PENTHER, Comiti de Stol-
berg a Consiliis Camerae, &c.*

Augustæ Vindelicorum, apud Jerem. Wolffium, 1732, fol.
Alph. 1 pl. 4 cum Tabb. 25 æri incisis.

Quanquam non desunt, qui Geometriam practicam variis scriptis illustrare conati sunt; dubium tamen non est, quin apud plerosque harum rerum studiosos magnam inierit gratiam Nobiliss. præsentis libri Autor, quippe qui omni studio id egit, ut scitu necessaria ordine & perspicue exponeret, nec quidquam facile præteriret, quod studiosorum commodo intervenire posse videretur. Totum Opus divisum est in Partes duas, cum succincta tractatione præliminari de in-
stra-

Instrumentis Geometricis. In *priore Parte* tribus capitibus principia explicantur, quæ ad Euthymetrium, Epipedometrium, & Stereometrium, pertinent, ita, ut primo loco termini declarentur, deinde necessaria Problemata solvantur, ac postremo de dimensione, computo, & mutatione variarum superficierum & corporum, agatur, quoad hæ fieri in museo possunt. *Pars altera* Operationes complectitur extra museum peragendas, dividiturque in *sex Capita*; quorum *unum* dimensiones docet, quæ ope triangulorum instituuntur; in *altero* baculorum; in *tertio* Astrolabii; in *quarto* pyxidis magneticæ; in *quinto* mensuræ usus diligenter exponitur. *Sextum* de Altimetria agit, idemque rursus in *tres Sectiones* doctissimus Autor partitus est. In *prima* de dimetiendis variis altitudinibus; in *altera* de libellæ usu & constitutione; in *tertia* de dimensione superficierum montosarum, ita differit, ut in primis Quadrati altimetrici applicationem & compendia commendat. Postremo etiam appendicem adjecit, ubi methodus docetur, superficiem quamque in varias partes accurate dividendi; itemque Indicem rerum & terminorum maxime notabilium. De cetero neque ea omitenda judicavit, quæ ad accurate elaborandas cum minores tum majores delineationes, cum variis ornamentis, spectant. Exemplis hoc loco non opus esse videtur.

S. F. D. DE SOLOECISMIS ET BARBARISMIS
Dialogi de Causis corruptæ Eloquentiæ
 Observatio.

Perlustranti mihi sæpenumero *Dialogum de Causis corruptæ Eloquentiæ*, & de ætate ejus altius cogitanti, mirum omnino videtur, qui fiat, ut eum tantum non omnes, qui hac de re commentati sunt, existiment argentea linguæ Latinæ ætate scriptum esse. Etenim, quo minus huic ego sententiæ assentiri queam, in primis obstant *Solacismi* illi ac *Barbarismi*, qui in eo passim observantur, quique, eum vix ærea, nedum argentea, ætate dignum esse, dilucide de-

monstrant. Itaque, ut unicuique hac de re integrum sit iudicare, *Solecismos* ac *Barbarismos*, quos in *Dialogo de Causis corrupta Eloquentia* annotavi, in medium producam, idque eo magis, quod hi satis mihi videantur barbaram & ærea ætate minorem Latinitatem indicare. Instituti, quod mihi proposui, ratio non permittit, ut multis differentiam inter *Solecismos* & *Barbarismos* vel examinem, vel contra eos, qui eam negant penitus, defendam, cum, salvo aliorum iudicio, optimum mihi videar magistrum, communem illum Romanæ juventutis præceptorem, *Fabium Quintilianum*, quem sequerer, elegisse, quo iudice *Institut. Orator. I, 5, p. 60* edit. *Burman. Solecismus complexu orationis accidit, at p. 52 vitium, quod fit in singulis verbis, est Barbarismus.* Quod igitur ad *Solecismos* attinet, horum tres leguntur in uno *Capite VI.* Nam n. 4, cum *rã tanta*, quod præcesserat, respondere *quanta* debuisset, *quam* posuit Autor, quando ait, *Ullane tanta ingentium opum ac magna potentia voluptas, quam spectare homines veteres & senes?* n. 7, vero duo satis ingentes *Solecismi* occurrunt: *illa secretiora & tantum ipsis orantibus nota, majora sunt.* Sive accuratam meditationem affert orationem, sive novam & recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit. Nam primum præcedenti numero plurali *orantibus* respondet verbum singulari *affert.* Deinde sive in priori sententia cum indicativo *affert,* & in posteriori cum conjunctivo *attulerit* junctum legitur. Equidem *Cel. Christ. August. Heumannum* meminisse hos Autoris *Solecismos* excusare, quia optimis quoque scriptoribus solet somnus obrepere, & quia inter scribendum soli argumento intenti a Grammaticorum regulis sæpe aberramus. Quæ tamen an sint iis, qui præjudicata antiquitatis opinione de hoc Dialogo non sunt correpti, satisfactura, non immerito mihi videor dubitare. Quodsi enim de Autore hujus Dialogi, ejusque ætate, certo constaret, eadem quidem, qua id in reliquis fieri consuevit, ratione parum accurate dicta excusari possent. Cum vero illud tam sit incertum, quam quod maxime, hæc mihi vitia non obscure videntur.

tur recentiorem multo, quam adhuc creditum fuit, ætatem hujus Dialogi indicare. Tres hos *Solécismos* excipiat alius, non minoris, sed majoris longæ, turpitudinis, *Cap. XXXII n. 7*, ubi de eloquentia sermo est: *Ut . . . nunc circumcisa & amputata sine apparatu, sine honore, pene dixerim sine ingenuitate quasi una ex sordidissimis artificiis discatur.* Quis in nostræ ætatis scriptore vitium, quod in primam Grammatices regulam impingit, ferret, vel saltem excusaret? Nonne ejusmodi genera dicendi ad barbaram potius, quam ad argenteam, ætatem sunt referenda? Huc etiam referrem *Cap. X n. 5*: Quameunque *aliam speciem eloquentia* habeat, si vera essent, quæ *Christoph. Cellarius* in *Cur. Poster. p. 418* de formula, *quicquid sit*, eumque secutus *Cel. Heumannus*, ad h. l. commentantur. Nam dicto Dialogi loco non habet, quod *Vir summus* restituit, sed *habeat* omnino legendum esse cum editionibus optimis & MSS. videtur. Observationem autem *Doctiss. Cellarii*, qua affirmat *quicquid* veteres cum indicatio usos fuisse, quo minus veram esse censeam, assidui optimorum Auctorum loci intercedunt, ex quibus bene multis nostrum erit hic quosdam proferre. Sic *Cicero Famil. Lib. X Epist. 5 n. 8*: *His temporibus difficillimis reipublica quicquid subveneris, id erit totum & proprium tuum.* *Lib. XIII Ep. 16 n. 10*: *Quicquid ei commodaveris, erit mihi majorem in modum gratum*; vid. *Epist. 53 n. 4*. Sic *Livius VII, 30*: *Quicquid deinde habuerimus, quicquid ipsi fuerimus, vestrum id omne existimaturi.* Sic *Plinius Panegy. 70, 3*: *Quicquid a quoque in provinciis bene fieret.* Sed, quo magis hæc sufficere arbitror destruendæ *Cl. Cellarii* opinioni, hoc minus temperare mihi possum, quin unum & item alterum locum producam, ubi *quicumque* eodem modo cum conjunctivo jungitur, ne quid præter verum, & de *Cel. Viri* laudibus detrahendi libidine scripsisse videar. Sic *Cicero Orat. Cap. 3*, quem ipse *Vir summus* ad hujus Dialogi *Cap. XXXII n. 10* attulit: *Et fateor, me Oratorem, si modo sim, aut etiam quicumque sim, non ex Rhetorum officinis, sed ex Academia spatiis extitisse.* Idem *Famil. Lib. XIII Epist. 18 n. 7*: *Teque ita existimare volo, quibuscunque officiis in Epiroticis*

reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore; vid. epist. 72 n. 5. Virgilius *Æneid.* X, 49: Et quâncunque viam dederit fortuna, sequatur; vid. *Lib.* XI, 591. Sed nimius jam forsitan fui cum in afferendis exemplis, tum in *Solæcismis* Dialogi notandis, dum in mentem venit, quod habet *Seneca Epist.* 95: *Grammaticus non erubescit Solæcismum, si sciens facit.* Itaque ad *Barbarismos*, quos mihi video in sæpius dicto Dialogo deprehendisse, me nulla interposita mora converto. Prius tamen, quam rem aggrediar ipsam, non ab re erit, quædam de stylo hujus Dialogi generatim monere. Etenim non inficior, conspici in hoc Dialogo nonnulla aurea ætate dignissima. Sed cum huic seculo a nemine, quod sciam, adhuc fuerit insertus, ea ad antiquitatem ejus afferendam hoc minus facere videntur, quod in nostræ tempestatis scriptoribus elegantiarum paulo studiofioribus ejusmodi minime raro observantur. Nec præterea animus est negare, longe plura dicendi genera in hoc Dialogo usurpari, quæ ætatis argenteæ jure meritoque censentur. Huc, ut ex bene multis nonnulla indicem, pertinent nomina, *antiquarius, absolutissimus, conversatio*, alia, & dictiones, *spectandum habere, flectere a via*, reliquæ. Inprimis ad argenteam ætatem refertur frequentissima illa vocabulorum idem sonantium coacervatio, quæ vero tam crebra est tamque ingrata in hoc Dialogo, ut pigeat multa ejus rei testimonia afferre. Quo tamen omnibus pateat, frigidiorum hanc esse in Dialogo nostro conjunctionem vocum idem valentium, quam ut eam linguæ Latinæ ætas argentea admittat, unum tantummodo *Caput XVIII* percurram, & hoc genus dicendi ex eo paucissimis excerpam. Atqui est ibi n. 1 *forma gloriaque*, n. 2 *horridi & impoliti, & rudes & informes, fortius & audentius, formas & genera dicendi*, n. 3 *plenior & uberior, politior & ornatio, mitior & dulcior*, n. 5 *inflatus & tumens nec satis pressus, exultans & superfluens*, n. 6 *exanguem & attritum, otiosum atque disjunctum*, n. 7 *solutum & enervem*. Atque hujusmodi exempla in nullo non Capite sine ullo negotio offendi possunt, usque

usque eo, ut mihi vix persuadeam, serio a quoquam, qui de linguæ Latinæ ætatibus judicare aliquid potest, autorem Dialogi argentea ætate dignum haberi posse, cum vel ista vocum idem significantium accumulatio satis testetur, ea, qua hic scriptus est Dialogus, ætate linguam Latinam a prisca sua integritate in meram loquacitatem ac jejunam scribendi rationem degenerasse. Huc accedunt dictiones illæ, quæ vix ad æream, nedum ad argenteam, ætatem referri merentur. Quo in numero habendam esse duco illam, qua utitur *Cap. VIII n. 6* autor Dialogi: *Qui sine commendatione natalium, sine substantia facultatem, neuter moribus egregius.* Nam phrasin *substantia facultatum* plus satis redolere arbitror æream ætatem, cum qua paria omnino facere videtur Genitivus nominis *vis*, qui occurrit *Cap. XXVI n. 6* *Quantquam in magna parte librorum suorum plus vis habeat, quam sanguinis,* Jctorum filiis usitatus. In hunc censum ex sententia Cl. *Christ. Cellarii Cur. Posker. p. 236* pertineret illud *Cap. III n. 3* *Novæ cogitationi toto pectore incumbam, quia superiores hoc sensu dixisset, in vel ad cogitationem incumbam.* Sed effugit Viri doctissimi admirabilem industriam *Senecæ* locus, ubi *incumbo* de studiis cum Dativo junctum reperitur. Habetur ille in fine *Præfat. Lib. I Natural. Quest. Hac inspicere, hæc discere, his incumbere, nonne transire est mortalitatem suam?* Ex quibus intelligitur, autorem Dialogi non tantum argenteæ ætatis locutionibus uti, sed etiam iis, quæ æream solum præ se ferunt, quibus tamen multo peiores sunt illi ipsi Barbarissimi, quos jam nunc sum in pulverem protracturus. Sic barbara est, ni fallor, locutio *intento ore dicere* *Cap. XI n. 1*, i. e. interprete Cl. *Heumanno*, vehementius cum altero disputare, defixis acriter in antagonistam oculis. Nam locus *Virgilii Æneid. II, 1, Conticuere, omnes intentique ora tenebant,* a Viro Cel. adductus, tantum abest, ut lucem quandam huic dictioni afferat, & Barbarissimi maculam abstergeat, ut eam absurdam esse evincat, quia *intentus* apud Poetam denotat idem, quod *attentus*. Quo si sensu hic capiatur, quid *intento* vel *attento ore dicere* significet, non intel-

intelligo, quamvis negare nolim, autorem Dialogi imitatum forsitan fuisse *Maronem*, licet haud auspicato. Huc etiam referenda mihi videtur notio, quam nomini *notitia* tribuit Auctor, quaque idem sonat, quod *fama, celebritas nominis*, sicut *Cap. XI n. 4: Hodie si quid nobis notitiæ ac nominis est*; vid. *Cap. XXXVI n. 5*. Novo etiam usu sensuque idem adhibet particulas *tam, quam*, prout ex *Cap. VIII n. 8* est manifestum: *Qua neque ipsa tamen, inquit, negliguntur tam hercule, quam divitiæ & opes*; vid. *Cap. XXI n. 10*. Durum etiam, & nescio quid barbarum in se continere videtur loquendi genus *unus ac alter*, quod occurrit *Cap. XXXIX, n. 5*. Unus *inter hæc dicenti* ac *alter assistit*. Nam veteres dixerunt *unus & alter, unus vel alter, unus & item alter*, qua de re alibi. Neque insuper vera tradidisse censendus est Cl. *Schwarzius ad Turfellinum p. 21*, quando, *Ac consonantibus, inquit, studiosissime præmittit Cicero, ut vix unum exemplum contrarium afferri possit*. Sic enim *Cicero pro Milone Cap. XII: Ut præclarum inde munus ac instrumentum Tribunatus ad aliquem deferre possit*. vid. *Philipp. III, 3*. At, nisi quis tamen veterum *unus ac alter* dixisse fuerit observatus, vix insolentioris cujusdam dictionis ac barbaræ nota absolvi poterit Auctor Dialogi. Inaudita est priscis notio verbi *agitare* pro *exagitare*, quæ est Autori nostro pæne familiaris. Sic *Cap. IV n. 2: Nam nec tu agitare & insequi Poetas intermittis*; vid. *Cap. XXI n. 15*, alibi. Mere vero barbarus est significatus verbi *vexare* pro *irridere*, quo plus est vice simplici ab Autore usurpatum, sicut *Cap. XXIV n. 1: Quam copiose ac varie vexavit antiquos & in primis Cap. I n. 5: Neque enim defuit, qui diversam quoque partem susciperet, ac multum vexata & irrisa vetustate nostrorum temporum eloquentiam antiquorum ingenitis anteferet*. Clarissime ex hoc loco patet, *vexare* Autori hujus Dialogi nihil aliud significare, nisi *irridere*, dum pro more suo satis frigido hic duo verba idem significantia accumulavit, ne cui de barbaro verbi *vexare* significato dubium ullum remaneret. Nam teste *Gellio Noct. Attic. II, 6, p. 135* edit. *Gronov. Qui fertur & raptatur, atque huc atque il-*
luc

tuc distrabitur, is vexari proprie dicitur. Et, quanquam paulo post idem addit: *Vulgo dici solet, vexatum esse quem fumo, aut vento, aut pulvere,* nullibi tamen testatur, *vexare* sua ætate valuisse *irridere*. Purus putus etiam barbarissimus est *Cap. VI n. r.* *Ad voluptatem oratoria eloquentia transeo, cujus jucunditas non uno aliove momento, sed omnibus prope diebus, sed prope omnibus horis, contingit.* Nam, quando *Gronovius* pro uno aliove, quod plane barbarum est, uno alterove mavult, *Cel. Heumannus* autem uno aliquo, fit id ex ingenio, invitis MSS. & exemplaribus tantum non omnibus, & ex præjudicatâ de Autoris ætate opinione. Tam dilucide corruptam sui seculi Latinitatem, & ab argentea ætate quam longissime recedentem, hic mihi Autor prodidisse videtur, ut de barbara ejus ætate nemini limationis paulo ingenii non constet. Nescio, an barbarissimis inferenda sit significatio nominis *dictio*, quando in hoc Dialogo eandem viam obtinet, quam veteres nomini *recitatio* subjecerunt; vid. *Cap. XXXIV n. 2*, alibi. Itaque, cum hoc in Dialogo de causis corruptæ eloquentiæ locutiones inveniantur non solum vix ænea linguæ Latinæ ætate dignæ, verum etiam plane barbaræ, sequi omnino mihi videtur, eum nequaquam argentea ætate, cui adhuc fuit adscriptus, sed barbaro demum seculo, elaboratum esse. Et, licet temporis momenta, quæ in hoc Dialogo observantur, argentiæ ætati apprime convenient, hæc tamen omnia tam facile fingi potuerunt, quam difficulter barbaræ tempestatis stilius dissimulari potuit ac penitus evitari. Quocirca, nisi forsitan fides MSS. & autoritas obstat, qua de re judicent, qui eorum gaudent copia, parum abest, quin hunc Dialogum suspicer a Viro quodam tribus seculis vix quidem superiore conscriptum, & pro *Quintiliani* Opere, quod se ipse scripsisse memorat, venditatum esse. Sed manum de tabula.

LUX IN TENEBRIS, QUAM ZOHAR, ANTI-
quum *Judeorum* monumentum, genti sue occæcate
G g præ-

præbet ad mysterium SS. Trinitatis eo facilius apprehendendum, observata & manifestata pridem, cujus Continuatio nunc sequitur, studio M. NICOLAI LÜTKENS, Ecclesiastæ Hamburgensis in Billwerder.

Hamburgi, typis Franc. Dan. Bruncovii, 1731, 8.

Plag. II.

Exposuerat Autor Pl. Rev. A. 1706 Lipsiæ pro impetrandis Magistrorum privilegiis examini eruditorum Dissertationem, quæ inscriptionem præfert: *Zobar, antiquum Judæorum monumentum.* In ea præcipue de Autore hujus libri Cabbalistici & antiquitate disseruerat, multa in eo opera posita, ut objectiones a *Morino* in antiquitatem illam eliminandam directas dilueret. Nunc eam curavit recudendam, & Sectione altera locupletavit, qua erudite pertractat summa capita de argumento libri *Zobar*, ejus methodo, stilo, partibus, sine, usu, editionibus, versionibus, Commentariis. Præfixit inscriptionem quoque ei novam, quæ consentit cum ea, quam supra attulimus. Excusa est *Pars hæc prima Altonaviæ typis Henr. Christiani Hillii.* Quam, biennio elapso, excepit Continuatio, quam vocat Autor *Dissertationem posteriorem.* Et quidem *Sectio* ejus tantum *prima* nunc exiit, constans Capitibus sex & Epilogo, nec non Præfatione. Suspiciamus, unam & alteram ejus partem proxime esse secuturam. Facendum est, insignem libri *Zobaris* esse usum ad Judæos recentiores refellendos. Insunt enim ei rudera de *Trinitate*, & expositiones V. T. dictorum, quæ *Christus* & Apostoli æque de *Messia* interpretati sunt, Judæi vero postea misere detorserunt. Dolendum tamen, interpolatores nonnulla inferuisse, & *R. Simeonem*, Autorem libri potissimum, fuisse Philosophiæ Orientali, uti patet ex methodo docendi allegorica, doctrina de emanationibus Dei, de duplici Adami forma

ma, a Platone etiam & Fanaticis ac *Gichtelio* suscepta, de purgatione & apocatastasi animarum, de subordinatione personarum Dei, item amore magiæ, fictis revelationibus, speciebus incantationum, aliisque momentis, quibus Chaldæorum & Magorum Philosophia scatuit. Palmaria *Zobaris* pars est Commentarius in Pentateuchum, constans Dialogis inter *R. Simeonem ben Jochai* & discipulos ejus institutis. Hunc excipiunt libelli *Siphra de Zenutha*, *Idra rabba kadischa*, & *Idra zuta kadischa*, qui Commentario ipsi suis locis sunt inserti. Inscriptio *Zohar*, זוהר, est vel ex voce cœlesti, quæ *Simeoni* acclamavit, *illuminare*, vel ex *Dan. XII, 3*. Sunt & alii libelli, qui vocantur *Zohar*, quamvis longe recentiores, quales exstant *Zohar barakia*, *Zohar al barrephua*, *Zohar Jehovab*. Antiqui, de quo differit Autor, non fit mentio ante Seculum XIII, cujus silentii causam in occultationem mysteriorum transfert. *Joannes Morinus*, præeunte *R. Gedalia*, eum habuit pro factu, quem *R. Moses Leo* supposuerit. Sed docuit *Bartolocius*, *R. Mosem Leonem* suæ expositioni in Pentateuchum inseruisse verba *Zobaris* per modum imposturæ, quæ statim ex diversissima dialecto patescit. Autores libri genuini sunt *R. Simeon*, filius *Elieser*, discipuli ejus, & interpolatores. Ætas *Simeonis* est æqualis Imperatoribus *Hadriano* & *Antonio*. Præceptor *Simeonis*, *R. Akiba*, A. C. 120 Bitteræ interiit. *Simeon*, similia fata a Romanis metuens, sese abdidit cum filio per duodecim annos in antro, in quo fertur vocem cœlestem audisse, & mira speculari esse. Ortu fuit Galilæus. Immortuus est verbis de *Messia* habitis. *R. Juda ben Baba* eum in Thanaitam promovit. Antiquitatem *Zobaris* Autor comprobat ex ætate sociorum *R. Simeonis*, *R. Abba*, *R. Jose*, *R. Chija*, *R. Jizbac*, & *R. Elieser* filii, quorum singulos sub *Adriano* floruisse, *Lightfootus* ostendit: ex dialecto Hierosolymitana & Talmudica, impuriori vocibus *Jonathanis* & *Onkelosi*: ex testimoniis de Trinitate & Messia: ex momentis minoribus

ribus aliis, & imprimis ex assumtis vocibus Græcis ac Latinis. Vocabula Italica & Hispanica interpolatoribus transcribit. Diluit deinde objectiones *Morini*, & urget, mentionem de punctis vocalibus ac accentibus antiquitati nil derogare, quia Codex Mischnicus accentum, quibus cum punctis illis nexus sit arctissimus, & *litera nun mystica* quoque, mentionem injiciat. Obiter addo, verosimile esse, literas in Bibliis Hebraicis mysticas spirare spes Judæorum de suo *Messia*, & iniquitatem, in *Jesum*. Testor inductionem. *Maloretæ* jam mystici *Nun* meminerunt. *Theodorus Haseus* olim quæstionem moverat, quid significaret *Nun* inversum, finale in medio, & suspensum. Sed nemo publice hunc modum apte solvit. Succedit nunc *Continuatio*, seu *Sectio I, Dissertationis posterioris*, de tribus in una indivisa Dei essentia personis. *R. Simeon* sæpius provocat ad dogmata, majorum per manus tradita. Deus dicitur *Lev. XVI, 18, יהוה ירוני*. *R. Simeon* docet, per vocem *Elohim* designari *judicem*: per *Jehovah* significari Deum *misericordem*: per יהוה notari duas voces *Jehovah* & *Elohim*, i. e. Deum, cujus misericordiam impii commutent in iudicium vindictæ. Patet hinc antiquitas punctorum vocalium. Addit *R. Simeon*: Hic indicantur tres persone, אדוני אלהי אלהים per nomina *Adonai*, *Jehovah* & *Elohim*, ac *qualibet persona distincta est ab alia*; *U, quamvis hoc, ita sit, omnes tamen sunt unum & conjuncta in uno, neque separantur alia ab alia*. Vox *Elohim* *judicem* notat *Psal. LXXXII, 6, 7, Exod. VII, 1, XXII, 7, 8, 26, Jo. X, 34*. Sed num ubique? Puteamus, ea denotari *substantiam venerandam ob potestatem supremam*, vel absolute talem, vel ab ea cum altero communicatam. Vox יהוה videtur liberationem, misericordiam & salutem, involvere *Exod. VI, 3, 7, 8, XXXIV, 6, 7, Es. XLIII, 11, Exod. XII, 12*. *Darga* notat in *Zabare personam*, quod plurimis hic firmatur exemplis. *Decem tamen sephiroth* quoque inibi dicuntur *dargin*. Et tum vox *eminentes Dei proprietates*, iudice Nostro, designat.

gnat. Zobar docet, Messiam esse Jehovah, & dici Zeir appin, μακροπρόσωπον. Hæc forsitan ad utramque naturam indicandam tendunt. Voces אֲחִיָּה אֵלֹהֵי אֲחִיָּה a Nostro exponuntur ita: Benignam nunc prestabo liberationem, qui olim eandem Israeli spirituali exhibebo. R. Simeon distincte porro tradidit, tres esse personas, quæ tamen sint אֵלֹהֵי אֲחִיָּה unus Deus. In loco Gen. XIX, 24, Zobar agnoscit personam judicii inferioris, quæ acceperit potestatem a superiori. Sed subordinatio illa vix solide excusatur, ut caute monet Noster. Procedit porro Autor ad trisagion illud Es. VI, 3, 8, de quo R. Simeon falsus fuerit, quod omnibus una sit essentia, nempe Schechina superiori & Schechina inferiori illi, & ei, qui procedat ex illis, Spiritui, & ingrediatur unam illam essentiam. E-lucet hinc processio Spiritus Sancti a Patre & Filio. Græcis hinc constare potest, novum dogma non esse, Spiritum a Filio procedere. Additur, nomen Schechina & Patri & Filio & Spiritui S. tribui. R. Simeon locum Es. XLVIII, 16, ubi fit mentio legati a Domino ejusque Spiritu missi, exponit de Messia a Patre missio. Judæi recentiores eum locum mire torquent. Objectionibus R. Isaaci egregie satisfacit Noster, non gravatus addere analysin logicam totius Capituli Esate XLVIII. Adjungitur dein & subvertitur Cryptofociniani cujusdam Altorfienlis perversa interpretatio, qui per enallagen incommode adscitam insigne hoc vaticinium enervare studuerat. Tandem delabatur Autor ad arborem cabbalisticam seu decem Sephiroth, cujus jam in Zobare injicitur mentio. Cabbalists recentiores de emanationibus suis Spinozisticis eam exponunt. R. Simeon vocem ספירי עץ ספירי Sapphiro Exod. XXIV, 10, exponit, alii ex ספר ספר per recensiones. Autor existimat, per tres priores Sephiroth exprimi tres unius divinæ essentiae personas a se invicem distinguendas; per reliquas majestatem Dei, sigillatim Messiae, illustrandam ex 1 Chron. XXX, 10 sq. Prov. III, 19, Jer. LI, 15.

Alii omnes *Sephiroth* convertunt ad indicandas Messiae proprietates. B. *Buddeus* non multum praesidii collocavit in trinitate *Zobaristica*, quippe quae Arianis plus faveat, quam Orthodoxis. Distinguit Autor inter formulas loquendi inconcinneas & rudera ipsa veritatis. Jo. *Bened. Carpzovius* ingenue fatetur, Cabbalam R. *Simeonis* refertam esse multis superstitionibus, nugis & incantamentis. Spes est, Autorem loca *Zobaris* de Messia eodem modo esse collecturum & illustraturum. Utinam in eodem clivo sudasset Autor Cabbalae denudatae. A doctissimo Autore in posterum hoc expectari meliora possunt, quo major est ejus cognitio literaturae Hebraicae, cujus quippe specimen esse luculentum jussit praesentem *de Zobar* Dissertationem, aut Dissertationis potius particulam.

MODESTA ET SOLIDA RESPONSIO
ad Virum Clariss. STEPHANI VITI iniquissimum
librum, quem inscripsit Apologiam, in qua nostram Evangelicam Doctrinam in Synodo Dordracena proscriptam esse, B. LUTHERUM, Formulae Concordiae Autores, ceterosque antiquiores Theologos Ecclesiae Lutheranae, a doctrina Supralapsariorum alienissimos fuisse, nihil denique eorum, quae VITUS doctrinae nostrae objecit, merito obijci, luculenter evincitur, CL. VITUS autem innumerorum conviciorum, paralogismorum, doli mali etiam, & levitatis, modeste coarguitur. Accedunt Stricturae ad ejusdem VITI Vindicias, Autore M.

GEORGIO LUDOVICO

OEDERO.

Hambur-

Hamburgi, apud viduam Felgineri, 1732, 8.

Alph. 1 plag. 14.

Totum titulum adscripsimus, ut hic brevioribus nobis esse liceat. Nimirum justis de causis verborum parciore erimus in libro, quem cum voluptate totum legimus, ea tantum excerpturi, ex ipsa potissimum Præfatione, quæ ad historiam libri & præjudicium qualecunque de eo pertinent. Cum silentium præstantissimorum Virorum, quos in *Apologia* vehementissime lacefferat Cl. *Vitus*, is ita interpretaretur in *Vindiciis*, quasi non esset, quod regeri posset, persuaderi sibi ab amicis passus est Autor Max. Rev. ut efficeret, ne vacua in aula diutius ille triumpharet. De summis Disputationis capitibus ex ipso, quem proposuimus, titulo satis constat. Dicendi genus est non modo tersum, & quantum res ipsa patitur, Latinum, quod ostendat virum de schola etiam bene merentem, sed etiam acutum, & tale, quod dormire lectorem eruditum non patitur: interim modestum, Christiano homine & Theologo scilicet dignum. *Quanquam enim*, inquit Max. Rev. Autor, *Vito*, *cujus libello nullum intemperantiorem videre unquam contigit, nisi Weislingeri Fris Vogel, & similes aliquot, acerbiores dicere velis, nulla fieret injuria, si sale perfricaretur mordaci; at argumento & dignitati causa, quæ hoc genus dicendi respuit, & moribus comitioribus sæculi injuria fieret. -- Multo minus Ecclesiam Reformatam duris incesse verbis, ut ille quidem nostram durissimis, in qua furorem regnare dixit.* Ne tamen, quantum ad ipsas res, molliter nimis cum *Vito* actum putemus, vel ex Indice licet cognoscere, in quo *Vitus* male allegat; indicantur loca 12: *Viti* convicia plurimis omissis, indicantur paginae 24: *Vitus* doli mali reus agitur undequadragesies, qui numerus nos admonebat supplicii flagellationis Judaicæ: *Viti* Contradictiones duodequadraginta paginis indicantur: *Viti* para-

paralogismi arguuntur 44, quo quidem in genere fatetur Cl. Oederus posse facilius fieri, quam in aliis, ut aliis aliter, quam sibi, videatur. *Levitas Viti* accusatur locis 61, quo nomine intelligi vult Autor, *quicquid ignorantiam rerum, de quibus scribendum fuit, & jactantiam sapere* ipsi videtur, quo in genere illud etiam refert, quod subinde se recipit ad Cel. Philosophum, *Christianum Wolfium*, cujus scripta eum non legisse, ita ubique patere ait Noster, ut pudere eum necesse sit imperitiæ. *Quoties ad antiquos Lutheranos conatus est Vitus provocare* (verba & hæc sunt Cl. Oederi) *toties hallucinatum esse ostendi. Quæ e Pandocheo collegerat, dissipavi omnia, ita denique nudavi & inermem omnium oculis Clarissimum Vitum exposui, ut non esse credam, quod contra hunc Virum porro scribi necesse sit. Neque vero hæc ita scribo, quod a me potissimum proficisci posse crederem, quibus is prosterneretur, sed quod contra levem adversarium facilis esset victoria.* Poterant ista jactantius dicta videri, sed sunt alii, qui idem sentiunt. Incidit in manus nostras judicium Viri cujusdam, emunctæ, si quisquam, naris, & minime studio aliquo partium intemperante impediti, qui scriberet, *risum sibi subinde miserum Vitum exprimere, quem plane deplumem Oederus reddiderit.* Nos judicio, quin longiore libri, multas ob causas lectu digni, recensione abstinemus, tum quod abhorrere a nostro instituto controversiarum id genus tractationem putamus, tum quod ne commode quidem fieri potest, nisi momentis utriusque partis e regione positis. Illud videmur vere confirmare posse, Virum Clarissimum & eruditissimi Theologi & Christiani moderati ac sapientis viri, nec minus tamen acuti & acris disputatoris, personam præclare pertulisse, qui ægre ceteroquin nobiscum feret, negligenter adeo impressum, & tot operarum vitiiis deformatum, librum suum prodiisse.



ACTORUM
ERUDITORUM,

Quæ Lipsiæ publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. VI.

JO. PETRI BELLORII, ROMANI, ANNOTATIONES, nunc primum evulgatæ, in XII priorum Cæsarum Numismata, ab ÆNEA VICO, Parmensi, olim edita, noviter additis eorundem Cæsarum imaginibus, majori forma a præstantioribus Chalcographis æri incisis, Eminentissimo ac Reverendissimo Principi, Domino D. ALEXANDRO S. Mariæ in Cosmedin S. R. E. Diacono Cardinali ALBANO, dicatæ.

Romæ, impensis Fausti Amidei in via cursus, 1730, fol.
Alph. I, cum Tabb. æn. 84.

Serius paulo, quam speravimus, ad nos pervenit liber præstantissimus, qui duorum, quibus nemo paulo humanior non assurgit, Virorum celeberrimorum, ex Præfatione, sive vitæ ac studiorum rationem, sive libros, ab iis editos, spectes, uberius cognoscendorum, nomina præfert, *Æneæ* nempe *Vici*, Parmensis, & *Jo. Petri Bellorii*. At ea ipsa, ut auguramur, perficient, ut etiamnum non inviti cognoscant Lectores nostri, quæ breviter de eo in medium afferemus. Edidit *Æneas Vicus* Par-

mæ A. 1653, & postea rursus anno infuanti, duodecim priorum Cæsarum numismata, quæ editis deinde Romæ iterata est per *Jo. Moscardum* A. 1714. Quarum editionum exempla cum rarissimæ invenirentur, atque apud bibliopolas proflare dudum desissent; *Jo. Petrus Bellorius*, Antiquariorum Romanorum princeps, denuo edendi libri notisque ornandi consilium cepit, idque ea ratione, ut Cæsarum vultus, qui partibus numorum averfis præmittuntur, majori forma a præstantioribus, qui tum florebant, Chalcographis exprimerentur. Id consilium cum summa dexteritate Vir ad hæc studia natus perfecisset, accidit nihilominus, ut labor optimus & luce dignissimus diu cum tenebris luctaretur, e quibus jam felici auspicio protraxit *Faustus Amideus*, impensis nullis, quibus redimendus fuit, parcendum ratus, ut antiquitatum studiosis rem gratam facere posset. Habent igitur illi hic & *Vici* numismata, & *Bellorii* celeberrimi Annotationes, tam doctas & exquisitas, ut ex magnis & plurimis Voluminibus, quibus numi veteres magno apparatu descripti illustratique prostant, plus profici haudquaquam posse videatur. Specimina in medium afferre haud una facile possemus; sed, cum summæ doctrinæ summam brevitate junxerit *Bellorius*, atque adeo ipsa verba ejus repetenda videantur, Lectores harum rerum cupidos ad librum ipsum, cujus potior pars Tabulis æneis, longe diligentissime sculptis, constat, ablegare, ut arbitramur, non invitos licebit.

Des Heil. Römischen Reichs vollständige Staats-
Rechts-Lehre x.
h. e.

*JACOBI CAROLI SPENERI PLENIOR DOCTRINA
Juris Publici Imperii Romano-
Germanici.*

Tomus VII.

Francofurti & Lipsiæ, impensis Georgii Marci Knochii, 1733, 4.
Alph. 2 plag 4.

Quin.

Quinquennium fere intercessit temporis, ex quo continu-
 ationem hujus Operis optavimus, sed concatenati labo-
 res, & denique mors *B. Speneri* omnem fere spem interver-
 terant. Postquam vero inter alia beate defuncti Autoris scri-
 pta is quoque liber prorsus ad umbilicum perductus, isque
 propria Autoris manu conscriptus, inventus est; Bibliopola inde-
 fessus, quam primum potuit & licuit, omnem navavit operam, ut
 textus integri Systematis, a *Spenero* non minori studio, inge-
 nio & judicio, quam in Tomis prioribus, elaboratus, notis eru-
 ditiis illustraretur. Quam ob rem, uti nobis certo relatum, *Conf.*
Jacobum Augustum Franckensteinium, Collegam olim nostrum
 diligentissimum, nuper notissimae magno dolore nostro ex
 hac vita evocatum, adiit, & haec ei demandavit partes, cujus
 quoque opera & notis illustratus Tomus VII in publicum
 nunc prodit, cui semestri quovis spatio comitem addere To-
 mum novum, apud animum habuerat constitutum. To-
 mi VI recensionem nos in *Actis A. 1727 M. Dec.* dedisse memi-
 nimus; jam summa capita hujus Tomi VII attingere placet,
 in quo *Juris Publici Speneriani Liber V.*, & in illo *Jura E-*
lectorum proponuntur. *Cap. I de Collegii Electoralis Praemi-*
nentia, Prærogativis, Titulis & Ceremoniis, & Capite II
de Electorum Electione, Postulatione & Successione aequae, ac
Jure Tutelari, agitur. Hæc cum præter opinionem notis
 adjectis ob insignem materiarum dignitatem nimium excreve-
 rint; hanc Autor, ut modum finemque Operis respiceret,
 hic jam duxit persistendum. Multa hoc Tomo continentur,
 quæ alibi vix collecta invenias, & quoniam ea est Prærogati-
 varum æque ac Ceremoniæ indoles, ut in diem magis ma-
 gisque adaucta sæpius mutetur, multa eorum, quæ nostris de-
 mum temporibus gesta sunt, hocce Tomo prima vice recensentur.
 Speciminis loco nota inserviat, in qua per aliquot pagellas dif-
 ferit *Annotationum Autor*, quomodo successu temporis præce-
 dentia Electorum majora in dies sumserit incrementa. Quam ob
 causam monet, Electorem Bavarie in aula sua jam Seculo XVII
 Princepibus reliquis Sacri Rom. Imp. cedere noluisse, cum e
 contrario antiquissimis temporibus Electores Ecclesiastici, ut

Pag. II.

- & Saxo & Brandenburgicus, hac occasione potentioribus Ducibus, Landgraviis & Marchionibus, nec non Episcopis, locum honoratiorem non denegaverint, licet, ut paucis multa expediamus, Diis minoribus eundem haud concesserint. Porro observat Auctor, ante Seculum XVII ab Electoribus nomine *Regia Excellentia vel Dignitatis* Reges tantum honoratos, sub Seculi vero illius initium Reges *Majestatis* nomine laudatos, & velut in remunerationem *Fratrum* honores accepisse Electores. Quibus absolutis, probat, secundum *Aureæ Bullæ Tit. VI* in negotiis publicis Imperii Electores ipsis Regibus presentibus non inferiores esse, sed non interrupto ordine omnes antecedere; unde *Joannes Georgius*, Brandenburgi Elector, *Rudolpho II*, singuli Electorum *Ferdinando III*, Elector Moguntinus *Leopoldo*, & Elector Bavariz *Josepho*, Hungariz Regibus, dextram concedere noluerint. Hanc prerogativam rationibus confirmat, & *Carpzovium*, qui id juris unice Bohemio competere contendit, refutat. Deinde *Buxtorffum* notat, qui eandem precedentiam præ Regibus in aliis occasionibus Electoribus irrito conatu vindicare annititur. His expositis, ad aliam questionem descendens, inquit, quænam sit consuetudo, si Elector cum Regum Fratribus ac Filiis Principibus concurrat. Quæ occasione tam notatu digna, quam dubia, exempla in utramque partem recenset, & in fine inter Principem primo- & secundo- genitum, inter Principem regni hæreditarii & electivi, distinguit. Postea his de prædria Electorum æque præ Archi-Ducibus Austriæ, quam præ Ducibus Burgundiz, & rationibus & exemplis ubivis æqua lance expenditur. Nec ista, quæ Dux Lotharingiz pro stabilienda sua precedentia Electoribus objicit, sunt omissa; sed, juribus Ducis Sabaudiz accuratius examinatis, quæ huic, tanquam Regi olim Siciliz, nunc Sardiniz, quodammodo cessa fuerint, Lotharingico plane denegantur, quamvis & illum nonnulli ob præsentia saltem in Siciliam & Neapolim jura Electoribus antepone hæud dubitaverint. Denique, ne singularium quidquam de-
- Pag. 12.
 13.
 14.
 15.
 16 sq.
 17.
- sede-

sideretur, Magni Ducis Florentini contentiones circa hancce rem commemorat, & conventum Magni Ducis, Cosimi III, cum Electore Saxoniz, Jo. Georgio III, in aula Dresdensi, in quo hic illi hospitali favore cessit, sed Princeps Electoralis primogenitus non nisi semel in angipotu occurrit, pluribus refert. Et hæc sunt, quæ speciminis loco dixisse sufficiat. Tomo VIII de Electorum Unione, Diatis, &c. & hisce absolutis, de singulis Electoribus in specie dicendum erat, nisi fatorum lege nunc quidem interruptum esset consilium hoc laudatissimum.

D. Johann Gottfried von Meiern Gedanken von der
Rechtmäßigkeit des sechsten Zinns-
Thalers
in Deutschland, &c.

h. e. 1791

D. JO. GODOFREDI DE MEIER, MAGNÆ
Britanniæ Regi & Electori Brunsvico - Lunebur-
genfi a Consiliis Aulæ, Meditationes de Justitia usu-
rarum semisalium in Germania, occasione memora-
bilis Conclusi, a Senatu Imperiali Aulico die lune 5 Maji
A. 1732 in causa de Kniggen contra Ducem Saxo-
Ise-
nacensem & ejus Status Provinciales in causa debiti la-
ti; in quibus natura & indoles Germanici pignoris si-
mul exponitur, & in novissimo Imperii Recessu de An-
no 1654 usuras in mutuo ad quincunces minime re-
strictas fuisse, ex Actis publicis comitialibus
evincitur:

Hannoveræ, apud Jo. Christoph. Ludolph. Schultzius,
1732. 4.

Alph. 1 pl. 12.

Magnam a doctis Viris haud dubie inibit gratiam Conf.
Meierus, qui popularem illum errorem, quincunces

H h 3

Impe-

- Imperii legibus usuras saltem admitti, non solum fortiter impugnavit, verum etiam illum e Themidis sacrario expulit, ejecit, exterminavit fortunatissime. Nemo enim quisquam majori felicitate hoc opus exequi potuisset, præter Illustræm Autorem, qui, præter exquisitam ac singularem, qua in jure pollet, doctrinam, a multis retro annis, in veteribus chartis Diplomatumque conquirendis, quæ antiquam Germaniæ conditionem repræsentant, nullis sumptibus laboribusque pepercit. His præfidiis instructus, ad scribendum hunc librum, quem Germanicæ antiquitatis thesaurum jure meritoque vocaveris, accessit. Sed, qui communem errorem feliciter profligavit, communes etiam methodi leges deseruit. Neque enim de Doctorum autoritate inagnopere fuit sollicitus, tum quia assensum Actorum reperturum se difficulter crederet, tum quia contraria opinio communem regulam constitueret, iique, qui veram sententiam ante ipsum propugnauerant, problematis instar eandem proposuissent; neque discrimen inter usuras, fœnus & interesse, determinat, propterea quod integram numerisque suis absolutam de usuris Commentationem scribere, rem existimaret & longioris operis, & ab instituto ipsius plane alienam. Atque certe non multum differt, utrum fructus illos, quos quis ex re aut pecunia sua consequitur, usuras, aut fœnus, aut interesse, appellaveris, si modo his verbis intellexeris fructus fortis civiles, quos debitor creditori in incrementum fortis ipsi mutuo datæ annuatim præstare aut dare promisit. Res tota eo redit, ut, quanam usuræ justæ licitæque sint, dispiciamus penitius. Illustrat hanc rem ex Romano Pontificioque jure Cl. Autor, & sat firmis invictisque argumentis, nunquam Pontificum decreta, quoad usuras, observasse Germanos, ipsosque potius Pontifices hanc antiquam Germaniæ consuetudinem confirmasse, evincit, cujus rei clarum testimonium præbent *Martini V*, & *Calixti III*, Pontificum Maximorum, Bullæ ex Seculo XV, quæ in *Extravagantibus communibus* titulo emtionis venditionis insertæ sunt. Discimus ex iis, 1) pervetustam, laudabilem justamque consuetudi-

tudinem viguisse apud majores nostros, quod quilibet certos annuos redditus, census & usuras, ex prædiis, domibus & opibus suis, alteri promittere potuerit, qui ipsi pecuniam mutuo dederat; 2) determinationem quanti usurarum contrahentium relictam fuisse arbitrio, 3) pro qualibet *marca* annui census X, XI, XIII, XIV *marcas* polliceri, & ita beses, dodrantes, decunces usuras accipere, rem fuisse extra legum pœnam constitutam; 4) creditorem aut emtorem ejusmodi annuorum reddituum sortem amisisse, quando hypotheca, aut illa res, ex qua annuus census præstari debuit, casu & sine creditoris culpa interiisset; denique 5) Pontifices hunc antiquum Germanorum morem justum pronuntiasse, pontificiaque Decreta, contra pravitatem usurariam emissa, ad hanc consuetudinem non pertinuisse. Inde recte inferimus, injuriam fieri Pontificibus Cleroque, quando, annuos redditus in fraudem legis ab ipsis effectos, illis imputamus, ut sub hoc prætextu pecuniam, quam sub usurarum nomine non poterant, scœnori locarent. Nam quid aliud sunt annui redditus, quam Germanorum mutuum, quod inter laicos semper celebratum fuit? Hos Pontifices Magistratusque initio valde improbarunt, sed, cum creditores hoc ægre ferrent, ingentesque turbas excitarent, resque ad Pontifices deferretur, ii tam juste, quam prudenter, Germanorum consuetudinem retinendam esse decreverunt. Nemini vero mirum videri debet, Imperii Regimento in Comitibus Augustanis A. 1500 præceptum fuisse, ut in certam formam redigerentur annui redditus. Hoc enim sapienti laudabilique factum est consilio, ne immites ac feroces creditores ad incitas redigerent debitores, illosque fortunis bonisque penitus spoliarent, id quod nonnullos fecisse, improbumque exercuisse scœnus, illorum temporum monumenta loquuntur. Ut eo clarior hujus rei constet veritas, tenendum est, plane alium fuisse Germanorum mutui contractum, ac Romanorum, quippe illi pecunia numerata fere desituri, eadem, sine subtilibus acutisque formulis distinctionibusque contractuum, alienæ succurrerunt inopia. Adeo rara erat his temporibus in Germania pecunia, ut

S. 10.

II.

ut prædia & regiones tam vili pretio venderentur, quæ non
 stiris temporibus decem tanto pluris æstimantur. Omnis eo-
 rum reditus ex agricultura, re pecuaria, & vino; eaque
 solæ & gratissimæ opes. Hinc, cum sine pecunia nemo fe-
 re vivere, is vero, qui ea abundabat, usuras in pecunia exsolu-
 turum debitorem, minime sperare poterat, venditio-
 nes rerum sub lege & conditione reluendi & vendendi ex-
 cogitarunt. Ut vero creditores callidi & versati exactione
 annuarum usurarum se liberarent, non prius numos sol-
 vebant debitori, quam prædium illud, ex quo annuos
 reditus & fructus perciperent; utendum possidendumque
 ipsis tradidisset. Sed, ne debitor paternis avitisque laribus,
 quod satis lugubre ac triste videbatur Romanis, in perpe-
 tuum carere opus haberet, luitionem sibi reservavit, atta-
 men, quia ob nimiam pecuniæ raritatem illa valde incerta
 esset, vel nullum certum tempus, intra quod pignus luere-
 tur, adjecerunt, vel illud debitoris unice commiserunt arbi-
 trio. Et hæc vera causa est, quare debitor vel venditor cen-
 sus a creditore non adigi potuit, ut prædium relueret, ne
 sagax astutusque creditor tempus aucuparetur, eoque tem-
 pore solutionem urgeret, quo dissolvere æs alienum debi-
 toris prohiberet inopia. Inde in creditorem dominium
 ejusmodi prædii, non quidem in perpetuum, sed ad tem-
 pus, usque dum relueret debitor, transiisse consequitur, tum
 quia dubiæ res erat alæ, an & quando debitor pignus redem-
 turus esset, tum quia debitor facile alteri concedere pote-
 rat nomen domini illius prædii, cujus fructibus se plane ab-
 dicaverat. Etenim Germani in contractibus pactisque ma-
 gis rem, quam miseras anxiasque juris, quas feliciter igno-
 rabant, subtilitates respiciebant. Quapropter creditor sæpe
 pactus est, re oppignorata utendi fruendi, quanti ipse posset
 ac vellet, cum is ac dominus casum & interitum rei præsta-
 re debuit, fortisque fecit jacturam, si quando res, ex qua cen-
 sum accepit, etiam citra ipsius culpam periiit. Indicat hoc
 nomen pignoris dominus (*Pfands-Herr*), pignoratitium
 dominium (*Pfands-Herrschaft*), ac quotidianum exercitium
 eorum,

eorum, qui in Germania tum res Imperii quam aliorum oppignoratas habent, qui plenario dominio, præter unicam liberam alienandi facultatem, utuntur. Quapropter omnino ii in summo versantur errore, qui, sub hoc nostro mutuo fiducia contractum latitare, sibi egregie persuadent. Inde perobscuras ac perdificiles quæstiones facile solveris, si ea, quæ supra collocavimus, principia in mentem revocaveris. Sic debitor nullam actionem in rem scriptam contra tertium ad res pignori datas recuperandas instituere poterat, si quando res oppignorata a creditore in tertium translata esset. Cum enim dominium & periculum rei in creditorem devolutum esset, pignus, utpote dominus, in tertium valide transferre poterat, nec opus erat, ut pristini domini, debitoris, consensum impetraret; & quia nullum inter debitorem & tertium, novum prædii possessorem, negotium intercesserat, non ipsum, sed creditorem, ejusque hæredes, actione convenire poterat debitor. Porro ex iisdem principiis ratio patet, quapropter creditor Germanus sortem amiserit, si res pignori data, sive dolo, sive culpa, sive casu, perierit, propterea quod creditor pignoris dominium nactus est, & sic ex natura dominii casum quoque ferre debuit; quam sententiam optinæ notæ chartis Diplomatumque stabilivit munivitque Autor. Et sic satisfieri potest illis Doctoribus, qui nimio juris Romani amore abrepti, rem tot chartis Diplomatumque confirmatam negare aut in dubium vocare audent. Id fatendum est, quod negari nequit, rem pignori oppositam in debitoris mansisse interdum dominio. Sed hoc raro fiebat, & solum tunc, quando debitoris fidem satis cognitam exploratamque habebat creditor, aut exigua pecuniæ summa in mutuo data erat. In majoris momenti pignoribus nullum ejusmodi exemplum afferri poterit, ubi plenum dominium usque ad subsecutam lutionem in creditorem transferebatur. Ex qua pignoris Germanici natura quæstio, an jus reluendi in pignore Germanico præscribi queat, decidi potest, quam non definit Autor. Hæc eum in finem commemoravimus, ut causam, quæ tam graves usuras produxit, penitius inspiceremus.

§. 12.

13.

14.

15 - 20.

21 - 22.

23.

24.

remus. Et tunc mirari definimus, tam immodicum permis-
 sum fuisse fœnus, si pecuniam valde raram, ceteras autem
 res, quas natura progignere solet in summa copia affluentia-
 que affuisse cognoverimus. Comprobant hujus rei verita-
 tem urbis Mœllensis libri hæreditatum, aliæque chartæ, ex
 quibus perspiciamus, 1) in contractibus super mutuo initis nec
 certas formulas, nec subtilem distinctionem inter emtionem
 venditionem cum pacto de retrovendendo, & contractum
 pignoratitium observasse Germanos, tum quia cum ingenuo
 Germanorum candore certabat hæc subtilitas, tum quia con-
 trahentibus unum idemque erat, quomodo causam contra-
 ctus exprimerent. Testantur id formulæ, *habet & emit, re-
 emere & redimere potest; recepit; vendere vel exponere,
 rebabere vel redimere; sibi dabimus; vendiderunt & lo-
 caverunt; exsolutionem & repostulationem.* Quid? quod
 in antiquis chartis, Diplomatis legibusque verbum *commo-
 dare*, pro mutuo dare, *commodator* pro creditore, *com-
 modatarius* pro debitore sæpenumero usurpatur, quemadmo-
 dum in Germanica lingua vocabulum *leihen & mutuum &
 commodatum* denotat; 2) nullum usurarum præfinitum
 fuisse modum, sed tot permissas, quot placuerunt contra-
 hentibus; 3) Seculo XIII & XIV decunces usuras polliceri,
 usitatum & pervulgatum obtinuisse morem; 4) Seculo
 XV, quo aurum argentumque in Germaniam immigrave-
 rat, usurarum quantitatem mirum in modum decrevisse,
 usque dum in Comitibus Augustanis A. 1500, ut annuis redditibus
 certum modum ponerent, consilia agitarunt Imperii Ordines,
 quæ demum A. 1530 exitum sortita sunt. De usuris nihil
 definitum fuit, propterea quod alius, præter annuos redditus,
 pecuniam fœnori dandi modus ignorabatur, id quod formu-
 læ contractuum, quas adduxit Conf. Autor, luculenter docent,
 qui & fata postea enarrat, quæ doctrina usurarum in supremis
 Imperii judiciis habuit. Camera Imperialis eum in pronun-
 tiando modum tenuit, ut 1) annuos redditus ex promisso &
 pacto, tanquam vetitum & illicitum fœnus, creditori abjudi-
 caret; 2) stipulationem aut pactum usurarum non atten-
 deret,

§. 25- 29.

30- 41.

deret, sed interesse moræ saltem adjudicaret; 3) hanc moram, nisi alia ratione probare poterat; a tempore litis contestationis computaret, & 4) quincunces usuras, si mora interposita fuerat, permitteret. Imo Cel. cujusdam Jcti literis, quas ex abditis scriniis extraxit, tempore Recessus novissimi opinionem contra usuras ex stipulatu in Camera Imperiali adhuc obtinuisse. evincit Autor, donec easdem, sed saltem a tempore novissimi Recessus publicati, admisit. Judicium Imperii Aulicum ante Recessum novissimum nullam in materia usurarum sententiam tulit, quippe cui adhuc initio Seculi XVII status quæstionem excitarunt Imperii Proceres, ipsique jurisdictionem in causis privatis denegarunt. Observatu digna sunt, quæ Autor ex Actis comitialibus in hanc rem notis inferuit. Verum paucis ab hinc annis duo memorabiles res judicatæ hujus illustris Senatus occurrunt, una in causa *von Ostein contra Brandenburg-Culmbach*, altera, quæ occasionem huic libro dedit, in causa *von Kniggen contra Sachsen-Eysenach*, in quibus usuræ semissiles ex stipulatione adjudicati fuerunt. Quod conclusum eo majorem attentionem meretur, quo clarioribus verbis pactum semisfalium usurarum licitum & usitatum declarat. Abeant itaque, resque suas habeant, qui, semisfales usuras Imperii legibus prohiberi, perverse improbeque asserunt, cum supremam illud Germaniæ judicium easdem licitas, æquas, justasque pronuntiarit. Sed id solum iis accidit, qui gentinis interpretandi regulis destituti, majores suos, tanquam oves antecedentium gregem, sequuntur. Quod si enim Recessum Imperii novissimum, quo, tanquam clypeo, se tuentur, accuratiori mente inspexissent, facileprehendissent, noluisse Imperii Ordines generalem usurarum regulam constituere, ac si futuræ usuræ quincuncium modum non excedere deberent, sed Serenissimi legislatores de casu singulari disponere, & debitoribus, quibus infaustum illud tricennale bellum bona abstulerat, prospicere voluerunt. Indicant hæc verba: *Wiedrigensfalls selbige des Beneficii hujus constitutionis verlustig seyn sollen*, quam acerbam pœnam illis debitoribus minatur lex, qui has usuras non quotannis

§. 38.

40.

43.

42.

44 & 45.

46.

47.

48 - 56.

rite solverent. Multis iisdemque evidentissimis testimoniis id probat Conf. Autor, sententiamque suam ex ipsis Actis comitalibus confirmat. Quo ipso finem huic Commentationi imponit, quam Diplomata, chartæ & appendices, valde utilem, atque fructuosam reddunt.

*JO. FRID. POLAC, F. U. D. & PROF. JURIS
Extra-Ordin. in Academ. Viadr. nunc vero Rintel.
evocati Prof. Jur. Ordin. Systema Jurisprudentiæ Ci-
vilibus Germanicæ antiquæ, ex ipsis fontibus Legum an-
tiquissimarum Germanicarum, quotquot earum super-
sunt, depromptum, methodo commoda ad genuina
Juris principia revocatum.*

Lipsiæ, apud hæredes Lanckisios, 1733. 4.
Alph. 1 pl. 16.

Dandum hoc est seculo præfenti, quod studium Juris Germanici, quamvis diu satis delituerit, nunc tandem in dies magis magisque efflorescere incipiat, ex quo Invetratum illud præjudicium, quo laboravit per tot retro secula Germania nostra, extirpatum, & si non apud omnes, apud intelligentiores tamen, penitus extinctum est, datum nempe fuisse repudium omnibus legibus patriis, antiquis imprimis, ab eo scilicet tempore, quo Jus Romanum receptum, & tanto studio ac feryore apud nostrates numerosa & pene infinita Commentariorum multitudine illustratum fuit. Nemo enim tunc temporis de moribus patriis cogitavit, cum foris nostris Romanæ saltem leges obstreperent, quo factum, ut bona nostra Censitica in Romanorum Emphyteusim, pacta familiæ in fideicommissa transmutata, & fere pleræque patriæ consuetudines cum Romanis confusæ fuerint. Subtulit itaque hoc multis de Jurisprudentia egregie meritis Viris, actum sic esse de juribus nostris, utut convenientioribus, & magis accommodatis statui præfenti. Et, quemadmodum illi feliciores experti demum progressus, qui in indagando
Jure

Jure Romano curam suam ad antiquissima ejus tempora & prima initia extenderunt, ita pariter cœperunt Jura nostra antiqua hinc inde dispersa & sepulta colligere, atque in lucem protrahere, prout laudabili instituto perfecit *Heroldus*, *Lindembrogius*, aliique, quorum Collectionibus usus Ill. *Schiltnerus*, verus Jurisprudentiæ Germanicæ instaurator, in suo incomparabili Opere Exercitationum ad Dig. singulis fere paginis comprobavit, receptum quidem fuisse Jus Romanum, aut silentibus tantum legibus patriis, sicque in subsidium, nec quemquam in definiendis causis nostris posse tuto carere Jure nostro proprio, antiquo pariter ac novo. Cum vero prædictæ legum antiquarum Collectiones partim raræ admodum & in paucorum, numerosis licet, Bibliothecis asservatæ inveniantur, partim hoc incommodi adhuc habeant, quod sine ordine dispositæ & male collocatæ deprehendantur; autor jam publice fuit eruditus Ill. *Hoffmannus* in Dissertat. de Principiis & Fontibus Leg. Germ. § 10, ut eorum aliquis, illas in ordinem redigendo, rem systematice pertractaret. Quam ob causam operæ pretium se esse facturum credidit Cons. Autor, si illud in hoc suo Systemate Jurisprudentiæ Civilis antiquæ Germanicæ perficeret, imprimis cum Ill. *Hoffmannus* omnibus subsidiis ad id necessariis, & numerosa & instructissima Bibliotheca, ipsum adinvare non dedignatus fuerit, ut pluribus adducit Autor in Præfatione Operi præfixa. Totius Systematis ordo *quatuor Libris* absolvitur, quorum *primus* agit de Principiis Jurisprudentiæ antiquæ & Jure personarum, in quo per *XIX Capita* jura statuum, conjugalis, herilis, ac servilis, ex populorum Germanicorum antiquissimis legibus ac moribus, a *Tacito*, *Casare*, *Strabone*, aliisque, collectis, pertractata, omniaque, quanta fieri potuit, cura ad sua principia revocata fuerunt. *Liber secundus* jura rerum, ut dominii, hæreditatis, servitutis, pignoris, & omnium simul contractuum circa res, per *XXII Capita* persequitur. *Liber tertius*, constans *XVI Capitis*, materiam delictorum, & *Liber* denique *quartus* ipsas actiones seu processum Germanorum antiquissimum *XVII distinctis Capitis* tradit. Omnium tamen legum, in hoc

Systemate propositarum, collectio usque ad tempora Speculi Saxonici & Suevici ejusque confectionem & sic usque ad Seculum XIII saltem procedit, atque antiquissimæ Jurisprudentiæ Germanicæ periodum absolvit; quippe leges Speculorum prædictorum mediam Jurisprudentiam, quam sibi peculiari Systemate pertractandam sumsit Autor, conficiunt. Ceterum, cum in his legibus, quæ est injuria illius seculi, quo conscriptæ, multæ barbaræ voces occurrant, ne earum intellectus, (quippe ubique ipsa legum verba adducta,) difficilior paulo reddatur, cuius Paragrapho, quoties necessarium visum, subjunctæ sunt notæ, in quibus ex probatissimis Glossariis, *Fresnai, Wendelini, Spelmanni, Schilteri*, aliorumque, verba illa barbara ac obscura mediæ & infimæ Latinitatis explicantur.

OBSERVATIONS DE CHIRURGIE, &c.

h. e.

OBSERVATIONES CHIRURGICÆ, QUIBUS adjunctæ sunt complures in easdem meditationes in gratiam studiosorum, per HENRICUM FRANCISCUM LE DRAN, e Societate Academica Artium, Chirurgum juratum Parisiensem, Præpositum Seniorerem sui Consortii, Senioreremque Chirurgum majorem Xenodochii a Charitate dicti, & Demonstratorem Anatomie in eodem Xenodochio.

Tomi II.

Lutetiæ Paris. apud Carolum Osmont, 1731, 12 maj.

Tom. I Alph. 1 pl. 6, Tom. II Alph. 1 pl. 7.

Quamquam variz jam prostant, a præstantibus atque in arte sua probe exercitatis Chirurgis in lucem editæ, Observationes, quibus universa res Chirurgica egregie illustratur; tantum tamen abest, ut has, de quibus jam dicemus,

mus, Observationes propterea inutiles bonæque frugis expertes esse credamus, ut potius eas non sine plausu a probis reique intelligentibus viris exceptum iri facile existimemus. Non incelebre ob peritiam Chirurgicam, librosque alios, jam ab ipso publicatos, Autoris nomen est, ut inde de hoc etiam libello iudicium eo facilius ferre liceat. Non sine ratione inculcat, in Præfatione, ut complurium aliarum artium, ita & Chirurgiæ, perfectionem, cum observatione, tum ratione quærendam esse; primas ejus origines observationi deberi, eandemque adhuc continuandam amplius, & fundamenti loco semper ponendam esse; sed non decere, ut in hac subsistamus, quin potius id requiri, ut progrediamur longius, atque harum ope Observationum ipsam Theoriam emendemus, novisque accessionibus augeamus. Præclaro igitur consilio Noster utrumque hoc libello conjungere constituit, Observationesque produxit singulares & eximias de variis morbis operationibusque, quæ ad Chirurgiam pertinent, cum a se ipso in nosocomio Parisiensi, quod a charitate nomen habet, collectas, tum in schedis parentis sui repperas, itemque ab aliis Chirurgis secum communicatas, quæ res non vulgares & tritas, sed selectiores, complectuntur. Addidit plerisque epicrisin suam, quibus historiam in succum velut & sanguinem convertere, ejusque usum in perficienda Chirurgia ostendere conatur, ut, quid imitari debeant Chirurghi, quid vitare, exinde cognoscant. Quemadmodum autem *duobus Tomis* secundum partes corporis humani hæ Observationes traduntur, ita & nos ad eundem ductum indicem illarum daturi sumus, ut, pro ea, qua semper uti consuevimus, brevitate, omnia ea argumenta, quæ hic illustrantur, in unum velut conspectum producamus. *Tomus prior* eas continet Observationes, quæ ad caput, collum, pectus, artusque superiores, pertinent. Hinc *Observ.* 1 tumorem capitis in infante recens nato, 2 fistulam parotidis, 3 fracturam utriusque maxillæ, 4 morbum quendam linguæ, 5 ulcus faciei, 6 & 7 extirpationes polypi, 8 fracturam maxillæ inferioris, 9 & 10 tumores cancrofos, 11 tumorem can-

cro-

crosus superioris labii, 12 vulnus gutturis per instrumentum scindens, 13 carbunculum colli, 14 carbunculum nuchæ, 15 contusionem pericranii, 16 vulnus capitis cum commotione violenta, 17 simile vulnus cum fractura tabulæ interioris sincipitis, 18 vulnus capitis cum fractura cranii, 19 grandem contusionem cum fractura cranii, & extravasatione sanguinis super dura matre, 20 vulnus capitis cum fractura cranii, 21 & 22 vulnus capitis & faciei, 23 vulnus capitis, & trepanum accidentale, 24 vulnus capitis sclopetarium cum deperditione substantiæ, 25 vulnus cranii per ictum gladii, 26 vulnus capitis sine fractura, 27 costam fractam & emphysema, 28 effectus pleuritidis, 29 sectionem cadaveris pleuritide donati, 30 sectionem cadaveris & empyema, 31 ulcera sanata, & abscessum pulmonis, 32 pleuritidem notham, s. abscessum inter pleuram & pulmonem, 33 calculos pulmonum collectionemque puris, 34 abscessum criticum sub musculo, qui latissimus dorsi vocatur, 35 vulnus pectoris & emphysema, 36 ictum gladii in pectore, 37 ictum cultri in pectore, 38 aneurysma in trunco aortæ, 39 abscessum sub axillis, 40 tumorem cancerosum scapulæ, 41 cariem cum exostosi, in parte superiori humeri, & amputationem brachii in articulatione cum scapula, 42 abscessum, s. suppurationem capsulæ, quæ investit caput ossis humeri, 43 erysipelas phlegmonicum, & decubitus symptomaticum, 44 vulnus brachii sclopetarium, 45 abscessum fistulosum sub axilla, & hæmorrhagiam, 46 ictum gladii in cubito, 47 vulnus femoris sclopetarium, 48 ictum gladii brachio illatum, 49 & 50 cariem ossis cubiti, 51 eandem cum abscessu critico, 52 digitos conquassatos, 53 suppurationem super dorso manus, 54 fracturam complicatam ossis metacarpi exhibet. *Alter Tomus*, quæ ad abdomen artusque inferiores pertinent, persequitur. Sicit hinc *Observatio* 55 Bubonocelen, 56 incisionem corporis, & herniam cruralem, 57 Bubonocelen, 58 Herniam completam, enterocelen, 59 & 60 Herniam completam enteroepiplocelen, 61 Herniam epiplomphalon,

len, quæ fecit abcessum in regione epigastrica, 62 abcessum ventris, 63 tumorem inter peritonæum & musculos abdominis, 64 abcessum in membrana adiposa, 65 collectionem puris in regione lumbæ, 66 abcessum in textu reticulari peritonæi, 67 collectionem puris cum carie, se manifestantem in lumbo sinistro, 68 suppurationem, sequelam variolarum, 69 farcocelen, tumorem testiculi, 70 tumorem scirrhosum testiculi, 71 fistulam scroti, 72 castrationem, 73 hydrocelen in sacco herniario, 74 abcessum perinæi, cariemque totius ossis pubis, costæ dextræ, 75 & 76 fistulas perinæi, 77 calculum in urethra, & fistulam perinæi, 78 morbum vesicæ, 79 lupum inter nates, 80 fistulam cæcam & internam ani, 81 fistulam ani, 82 abcessum fistulosum & variolosum, 83 fistulam ani completam, factam per corpus externum peregrinum in recto, 84 amputationem hæmorrhoidum, 85 hæmorrhoides, 86 vulnus stomachi, 87 vulnus abdominis cum exitu omenti, 88 ictum gladii ventriculo illatum, 89 obstetricationem singularem, 90 ancylosin articulationis femoris cum osse ilei, 91 ancylosin pedis, 92 cariem ossis ilei, 93 tumorem femoris, & collectionem puris, 94 cariem trochanteris majoris, 95 tumorem per congestionem in femore, 96 fracturam femoris, commotionemque totius corporis, 97 lupum in genu, 98 amputationem, 99 cariem in articulatione genu, amputationem, 100 tumorem scrophulosum in genu amputationemque, 101 spinam ventosam, 102 vulnus tibiz, 103 erysipelas phlegmonicum, 104 vulnus tibiz, effectusque tormenti bellici, 105 fracturam complicatam pedis amputationemque, 106 luxationem pedis dextri, 107 gangrænam a causa externa, 108 gangrænam & carbunculum, 109 cariem ossis metatarsi, quod sustinet hallucem, s. digitum pedis majorem, 110 cariem ossis sesamoidei, 112 cariem hallucis a causa interna, 113 ulcus malleoli externi. Adjecit Autor in fine descriptionem quorundam remediorum, eorumque omnium, si a postremo discesseris, externorum, quæ

sibi maxime familiaria in Observationibus identidem collaudavit. Ad extremum comparet Index rerum, quæ duobus his Tomis pertractantur.

LETTERA INTORNO ALLA CAGIONE DE
Terremoti &c.

h. e.

EPISTOLA DE CAUSIS TERRÆMOTUUM, DA-
ta a Doctore HIERON. GIUNTINO, Medico ac Phy-
sico, ad Illustriss. Equitem, JOSEPHUM RI-
DOLFUM.

Florentiæ, absque mentione Typographi, 1729, 4.
Plag. 5.

Præmissa Opusculo huic Cel. Anton. Valsinerii Epistola ad Autorem dignitatem ejus ac præstantiam abunde testatur; quamobrem ipsum, ut typis illud evulgari patiat, exstimulat. Ipse Autor paucis de tremendo hoc naturæ effectu præfatus, divino consilio homines terrenis rebus nimium implicatos, ita subinde ad reverentiam erga naturæ autorem revocari arbitratur, & quam attenta mente pagani etiam stupendos hosce terræ contremiscentis motus suspexerint, causam illorum ad iram Deorum transferentes, demonstrat. Babylonii, rationem ejus antiquissimis temporibus indagaturi, astra respiciebant, atque ex vario siderum inter se positu horrendam hanc terræ conquassationem derivabant. Græci Neptunum ventorum ac tempestatum rectorem accusabant; quapropter non uno loco ab *Homero* terræ motor ac concussor appellatur. Romani, prudenter dubii in determinanda vera tremendi hujus naturæ arcani ratione, singulari Numinis indignationi illud tribuebant, & ne debito victimarum ac libationum honore defraudatum exacerbarent, ignoto Deo sacra faciebant. *Epicurus*, cum varias terræ motuum causas suspicatus esset, incertus, quam potissimum designaret, ignem

ignem tamen inprimis accusare animo inclinabat, protestatus, se in re obscura nemini tanquam indubia obtrudere velle, quæ divinando fere collegerat. Missis igitur aliorum sententiis, Noster, vadum ipse tentaturus, observat, inter omnes activas substantias, quæ violentius & impetu concepto operantur, vehementiorem nullam, quam ignem, inveniri, quem in imis terræ visceribus ali, ut credamus, gemina experientia inducimur. Alteram præbent tot montes ignivomi, qui a primordiis hujus universi observati, usque ad finem ejus duraturi videntur. Æque in calidis ac frigidis terræ regionibus existunt, & Geographi, numerum illorum ineventes, sexaginta fere recensent. Altera est terræ fossorum experientia, qui, profundos puteos excavantes, testantur, primum se frigus, mox, profundius paulo descendentes, frigus magis intensum observasse, altius porro penetrantes, teporem sensisse, quem insignis denique calor insecutus sit. Nationi itaque consonum est, ut causam repentini atque violenti hujus, quem in terræ motu observamus, effectus ignem esse suspicemur, cum impetu ejus muros fortissimos frangi, urbes, imo integras regiones, destrui & radicitus extirpari videamus, maxime cum, horrenda illa naturæ miraculæ, fulmina, tonitrua, velocissimam lucis propagationem, &c. ejus vehementia fieri, indubium sit. Non quidem necesse est, cum nonnemine ex recentioribus Philosophis statuere, subterraneum hunc ignem in abditis terræ visceribus perpetuo tanquam in accensa fornace ardere, cum illa aeris successio atque libertas omnino locis illis desit, quæ, ut flamma alatur, requiritur. Imo omnis terra in cinerem mox atque pulverem verteretur, atque vix nutriendo igni sufficeret, qui viscera atque medullam ejus continuo exederet. Multo minus soli, etiamsi caloris fons sit, subterranea hæc incendia tribuere fas est, cum terram vix paucis infra extimam ejus superficiem pedibus virtutē ejus incalescere, metalli ac terræ fossorum experientia conslet. Ipsam terram nostram receptaculum commune atque penu primarum atque radicalium substantiarum omnium esse, soventem in sinu suo semina

errum omnium, ex quibus inmixta quævis deinde extrahuntur ac componuntur, Poeta Philosophus olim communi fere aliorum naturæ scrutatorum consensu supposuit. Non ex alia ratione *Lucretius* illam poeticis caloribus sub Cybeles, quæ antiquissima omnium rerum mater credebatur, nomine depinxit, quam quod reapse omnium metallorum ac fossilium nutritrix ac vena sit, atque quasi nidus rerum omnium calidarum æque ac frigidarum, ut omnia in sinu ejus servata, ac paulatim enutrita, suo olim tempore, postquam satis maturare, feliciter excludantur. Dubium igitur non est, ignis quoque semina in illa recondita delitescere, quibus vicinæ thermæ, atque fumantes, atque mineralium tantum non ebullientes venæ, in Pannonia imprimis atque terra Neapolitana, incalescunt. Semina hæc ignis, licet non uni rerum generi arte innexa atque alligata sint, inprimis tamen cum bitumine, sulphure, aliisque materiis, quæ ignem facile concipiunt, combinata sunt. Cum itaque certum sit, hanc caloris materiam in imis terræ penetralibus passim absconditam esse; naturale est, ut repentinæ conflagrationi ejusmodi corpusculorum in imis terræ visceribus motuum terræ phænomena tribuamus, cum materiæ igneæ vehementia, viscenturaria virtutis elasticæ nitri subterranei, ejusque expansione, forte augmentur, eadem fere ratione, qua in libero aere fulmen sulphurearum atque nitrosarum particularum exhalatione generatur. Confirmat sententiam hanc nota satis experientia, quod motus terræ vehementiores ac crebriores in iis regionibus accidant, ubi solum sulphureis, nitrosis, atque bituminosis venis abundat, aut quibus montes bitumine ac sulphure imprægnati vicini sunt. Mirum itaque non est, in pinguibus *Siliciæ* arvis, & in fertili agro *Neapolitano*, sæpius terram conquassari, cum solum istud ignivomorum montium, *Ætnæ* ac *Vesuvii*, cineribus ac igneis particulis subinde imprægnetur. Testantur præterea historiarum monumenta, terram non frequentius tremere, quam in locis, quæ ignivomis montibus vicina sunt, atque sæpius ante non ita multo contremuisse, quam flammæ ex montium pagis eructatæ fuerunt.

Mul-

Multa alia terræ motus comitantur, quæ ignem causam ejus esse nobis persuadent, ab Autore copiose enarrata. Ut pauca ex illis delibemus, refert, *Aristotelem Meteorol. Libr. I Cap. 2* modum, quo urbs Liparæorum contremiscente terra evanuit, accurate annotasse. Intumuisse prius agrum, atque ad molem collis surrexisse, eoque disrupto, spiritus multos & favillam cum cinere exiisse, quibus urbs Liparæorum incinerata fuit. Sed testimoniis opus non est, cum nostræ ætatis homines mirabiles illos terræ motuum effectus scite imitentur, dum subterraneum antrum pulvere pyrio gravidum accendunt, ejus impulsui vastæ moles cedunt, eoque conquassantur ac evertuntur. Nec alia desunt exemplæ, quibus artifices terræ motus æmulantur, ex quibus Autor sulphur tritum Chymicorum duntaxat seligit, quod limaturæ ferri permixtum ac humectatum, cum sub terra defoditur, repente accenditur, nec non pulverem tonantem, inprimis vero aurum, quod fulminans appellari solet; ut taceamus phosphoros plures atque lapides luciferos, qui, libero aeri expositi, subito cum ingenti fragore dissiliant. Si quaratur, quis vero igneas illas particulas sub terra sepultas accendat, temere profecto naturæ vires angustiis nimium cancellis circumscriberet, qui unicam incendii hujus causam definire præsumeret. Accendi interdum ignea hæc terræ semina possunt irroratione diversorum humorum, sicut in chymicis nonnullis artificibus, si vera quidem sunt, quæ *Aristoteles* refert, terram sæpius in regionibus maritimis, quam in locis, quæ longius a mari distant, tremere. Imo testantur historiarum monumenta, favillam & cineres, ab *Ætna* monte eructatos, pluribus annis nonnunquam refriguisse, sed pluvia subinde madefactos, denuo vehementer incaluisse. Accendi possunt attritu ac intestino concursu partium solidarum in terræ visceribus. Addunt nonnulli, aeris agitatione, tanquam flabello, ignem hunc subterraneum excitari, quibus patrocinator, quod *Strabo* refert, *Vesuvii* ac *Ætnæ* igneos vomitus ventorum furore ac vehementia increfcere. Doctissimi Philosophi fermentationem inprimis particularum nitrosarum &

fulphurearum respiciunt, cum omnis calor ex celerrimo & confuso motu particularum minimarum & sensus nostros fugientium oriatur, quod Chymici variis operibus suis demonstrant. Licet vero ignis prima atque palmaria terræ motuum causa sit; vires tamen aeris elasticæ proxime ac immediate, ut terra contremiscat, efficiunt. Nemo enim in naturali Philosophia ita hospes est, ut nesciat, absque ventilatione aeris ignem ardere & flammam concipere haud posse. Equidē in Cl. *Hauksbejus* novo experimento docuit, globum vitreum, in loco ab aere vacuo agitatum, per frictionem incallescere atque lucere; quo demonstrari videtur, igni non opus esse alimento aereo. Protestatur vero Autor, se hoc experimento a sententia sua haud dimotum iri, cum particularum attritus ex frictionē officio aeris fungatur. Cum itaque paulo ante demonstratum fuerit, latere sub terra ingentem igneæ materię copiam, necesse est, aeri, qui expandi admodum possit, atque vi ignis accensus, longe majus spatium occupet, aditum ad illam concedere. In eo igitur Autor versatur, ut aeri virtutem hanc expansivam vindicet, usus imprimis solertissimi *Boylei* experimentis. Rectius forte ad illa provocasset, quæ industrie ac summa cum cura *Cel. Musschenbræckius* instituit, atque in Animadversionibus ad experimenta Florentina nuper recensuit. Illud imprimis notatu dignum suoque proposito conveniens arbitratur, quod laudatus *Boyleus* se observasse refert, aerem, per multos annos in lagenâ vitrea probe obturata asservatum, nihil de vi sua elastica perdidisse, cum alia corpora omnia, si per aliquod tempus in situ, ei, quem affectant, contrario, ferventur, tonum denique omnem perdant, & quasi flaccescant. Celebrem illam *Papini* machinam, quam digestoris nomine donavit inventor, sententiam suam vehementer confirmare, existimat. Illa per aeris rarefactionem carnes cujuscunque generis, imo, quod magis mirandum, durissima ossa ita elixantur atque emolliuntur, ut a liquore potui destinato nihil plane differant. Facile inde colligitur, quid aer, abditis terræ speluncis inclusus,

sus, præstare valeat, dum virtute ignis in fornacibus subterraneis calefactus rarefcit. Produunt ejusmodi fornaces atque subterranea antra ipsi terræ motus, cum sæpe observatum fit, cessante terræ tremore, colles montesque quasi a terra absorptos subsedisse, aut ipsam nova arva, insulas, ac montes parturisse, quod pluribus exemplis Autor luculenter demonstrat. Certe ipsi terræ motus, si accurate rem æstimemus, nil aliud sunt, quam materia e suo loco dimota, atque congesta in alia loca, ante solidis corporibus vacua, satis capacia, ut montium tractus, insulas, partem maris, &c. in sinu suo abscondere possint. Id forte causæ est, cur montium ignivomorum incendia post certa temporum momenta se insequi observentur, etiamsi longo terrarum intervallo montes illi disjungantur. Ætna & Vesuvius eodem fere tempore arde- re visi sunt, successerunt eructationes montium ignivomorum Syriæ, postea Arabiæ felicis, donec flamma per subterraneas cavernas ad Abyssiniæ montes penetravit. Hisce argumentis postquam Cl. Autor suam sententiam stabilivit, aliorum industriæ relinquit, ut posita a se principia singulis casibus applicent, atque nonnullorum opinionem, qui terræ motum potius aeris, quam terræ, tremorem esse existimant, paucis proscribit.

DISSERTATIUNCULA, QUA PAULO O-
rosio nomen tertium Hormisdæ restituitur
 a C. A. H.

Pauli Orosii, qui Augustini fuit & Hieronymi discipulus, quam noti sunt (a) *libri historiarum septem*, tam obscurus est, qui exemplaribus eorum MSS. nonnullis præfixus deprehenditur,

(a) Digna est, quæ hic memoretur, editio hujus Operis Augustiana A. 1471 fol. quam habet Bibliotheca Heilsbronnensis, teste ipsius *Catalogo*, nuper edito, p. 245. Ut adeo longe erret

tur, titulus. In aliis enim (b) inscribitur hoc Opus *Hormesta*, in aliis *Ormista*, in aliis *de ormeſta*, in aliis *Ormista mundi*, in aliis (c) *de Ormeſta mundi*, in aliis denique (d) *de Hormeſta mundi*. Quid hoc sibi velit, cum ignorare nollent Critici, alius in aliam incidit ſententiam, vereque hanc inſcriptionem retuleris inter *cruces Criticorum*, quæ, ut ſtilo uti pergam (e) *Terentiano*, eos omnibus cruciarunt modis. Nam, quantoque ſtudio intenderunt nervos ingenii, nihil tamen egerunt univerſi, recteque de tot conjectoribus (f) pronuntiavit *Dufreſnius*: *Vix quippiam verosimilis*, inquit, *nedum certi, tradunt*. Recitabo interpretationes illas omnes, & cujuſvis ſubjiciam iudicio. *Voffius*, poſtquam primas ſuas de reſcribendo *Hormeuta* vel *Hormatbo* conjecturas ingenue damnarat, (g) putabat, *dominum libri Hormisdam* vocatum, in *frontiſpicio* ejus nomen ſuum adſcripſiſſe; id poſtea ab imperito librario factum eſſe partem inſcriptionis. Illico tamen aliam conjecturam ſubjicit, eamque magis ſibi placere profitetur. *Hormeſta* ſcilicet natus ei videtur ex *hominum miſeria*, & quidem ex compendio literarum, quam vulgo *abbreviaturam* vocant. Ac certe *Bongarſus* (h) teſtis eſt, ſe in codicem quendam *Oroſii* incidiſſe, inſcriptum *de miſeria hominum*.

erret *Laſcherus*, *Stromat.* p. 279 docens, anno demum 1524 a typographo editum fuiſſe *Oroſum*. (b) vid. *Dufreſnii Gloſſarium Latinum* v. *Ormeſta* & *Hormeſta*; itemque *Biblioth. Hiſt. Theol. Brem.* T. I p. 325 ſq. (c) Hunc titulum memorat *Ordericus Vitalis*, ſeculi XII ſcriptor, cujuſ locum indicavit *Dufreſnius*. (d) Hunc titulum in ſuo codice habebat *Tritheimius de Script. Eccl. Cap. 121.* (e) *Eun. II, 3.* (f) Omitto *Bæcleri* de iis iudicium, non minus ſeveritate, quam veritate, notabile. Exſtat id in ejus *Bibliograph. Crit.* p. 182. (g) *Lib. II de Hiſtoricis Lat. Cap. 14.* (h) Ejuſ verba recitat *Bælius Diſt. v. Oroſe* not. G. Cum vero *Eccardus Biblioth. Brem. T. I p. 327* e *Gennadio* conſtare ait, Opus Oroſianum inſcriptum fuiſſe *de miſeria mundi*, cave, ei credas. Ex loco enim *Gennadii* id apparet minime.

minum. Alibi denique (i) contendit, *Hormisdam* factum fuisse ex *orchestra*, & hanc omnino esse ἐντροπήν genuinam. Verum non primo *Vossio* venit in mentem ista correctio, sed, quotquot ita seuserunt, (seuserunt autem ita & *Andreas* (k) *Schottus*, *Thomas* (l) *Reinesius*, *Franciscus* (m) *Juretus*, & *Paulus* (n) *Colomesius*,) duce[m] secuti sunt *Stęphanum Vinandum Pighium*, qui hoc protulerat in *Hercule* suo (o) *Prodicio*. Rejicitur autem hæc sententia suo merito a *Casp.* (p) *Barthio*, sed nec ipso expromente meliorem. Credit enim, *Ormeſta* illud provenisse ex compendioſe scripto *omnis historia*. Similis est hariolatio *Balthasaris* (q) *Bonifacii*, *Ormeſta* vitio librarii scriptum esse modo putantis pro *Or. Meſta*, id est, *orbis meſtira*, (a quo parum recedit conjectura *Jo. Leonhardi Frisibii*, (r) pro *Hormeſta* legendum *Hor. Meſta*, idque interpretandum *Horosii Meſta* suspicantis,) modo pro *Or. M. Iſta*, hoc est, *Orosii mundi historia*. *Jo. Bapt. Cotelierius* (s) titulum illum ab ὀρομή derivans, quia scilicet varios humani generis *motus* describit historia, omnium maxime ridiculum somniavit somnium, vir alioqui multa laude conspicuus. *Jo. Schilterus* (t) vocabulum *Hormeſta* corruptum fuisse putat e Græco ὀρομα, inſcriptumque ab *Orosio* hoc Opus esse *Horama mundi*. Non probabat se hæc sententia *Joanni Diecmano*, Theologo pariter ac Philologo excellenti,

pro

- (i) *Lib. III de Vitiis serm. Cap. 30 p. 525, & Comment. ad Plinii Lib. X Epist. 97 p. 797* editionis *Vecnhusianæ*. (k) *In Praefat. ad Orosium, & in Biblioth. Hisp. p. 206.* (l) *Var. Lect. Lib. III Cap. 3 p. 386.* (m) *Annot. ad Symmachum p. 73.* (n) *Not. ad Catal. MSS. If. Vossii p. 867.* (o) *p. 112.* Recordor hic, etiam *Petrum Pitæum Advers. subsec. Lib. II Cap. 17* in loco quodam *Quintiliani* verbum *orchestra* restituisse. (p) *Adversar. Lib. XXXVI Cap. 17.* (q) *Lib. de Scriptor. Hist. Rom. Cap. 31.* (r) *In Miscellan. Berolinens. Continuat. II p. 311.* (s) *Not. ad T. II Monum. Eccl. Græcæ p. 621 sq.* (t) *Ad Chronicon Kenigshofii p. 455 sq.*

cui (u) pro *Hormesta* rescribere placebat *Harmosta*, ut eo vocabulo significetur *coagmentator & concinnator historiarum*. Eodem tempore Jo. Georg. Eccardus, Historicus & Bibliothecarius Regius Hannoveræ, acui sibi rem videbatur tetigisse, ita (x) censens, *Ormista* esse verbum Germanicum *armist*, hoc est, *miseria*, adeoque recte ab *Orosio*, Gothorum scilicet in gratiam, inscriptum sic fuisse librum *de miseria mundi* agentem. Cum vero ne id quidem probaverit, unquam vocabulum *armist* in mundo fuisse, (certe nec in *Glossario Teutonico Schilteriano* id verbi reperitur,) summo jure hæc opinio suo auctori relicta soli est. *Gundlingius*, sui quoque ingenii expertus vires, *Hormestam* (y) arbitrabatur vitiose scriptum fuisse pro *Oreste*. *Oresten* quippe inscribi hoc Opus potuisse, cum contineat *prolixissimam tragediam & multarum calamitatum historiam*. Mihi duæ conjecturæ venerunt in mentem, quarum posteriorem priori præferendam judico. Prius namque, cum & (z) *Fabricius* & (a) *Freinsheimius* me docuissent, multa *Orosii* ad verbum repeti in *Historia miscella*, suspicabar, *Orosii* quoque *Historiam* a monachis (nam docebat (b) *Vossius*, *Hormesta* titulum nec scriptores (c) veteres, nec melioris ævi codices, agnoscere,) inscriptam fuisse *Historiam miscellam*, & quidem hoc usis scripturæ compendio *Hor. msla*, indeque facili errore enatum esse *Hormista*. Nec desunt alia simillima exempla. *Lipsius* in *Antiquis* (d) *Lectionibus* observavit, in quodam *Quintiliani* loco ex *ac tli*, id est, *ac tituli*, librarium fecisse *Attali*. Idem in *Questionibus* (e)

episto-
 (u) In *Biblioth. Brem. T. I p. 549*. Conf. *Suiceri Thes. Eccles. v. ἀρμωστής*. (x) *Biblioth. Brem. T. I p. 333*. (y) *Gundlingianorum Parte XXV p. 440 sq.* (z) *Biblioth. Lat. T. III p. 538*. (a) *Comment. ad Curtii III, 11, 27, & IV, 16, 26*. (b) *Lib. II de Hist. Lat. Cap. 14*. (c) Certe *Gennadius*, qui eodem, quo *Orosius*, vixit seculo, *Lib. de Script. Eccles. Cap. 39* hunc Operis titulum non commemorat, nec *Honorius Augustodunensis Lib. II de Script. Eccles. Cap. 39*, nec *Freculphus Lexoviensis*, perpetuus *Orosiana* Historiæ transcriptor. (d) *Lib. I Cap. 16*. (e) *Lib. I Cap. 10*.

epistolicis docet, in *Plinio* scribam ex *mea*, id est, *memoria*, inepte fecisse *mensa*, & apud *Tacitum* ex *mia*, hoc est, *miseriordia*, fecisse *ira*. Similes librorum errores alios indicavit *Ruggerus* in *Variis* (f) *Lectioibus*, *Hadr. Valerius* in (g) *Valesianis*, *Montefalconius* in (h) *Palaeographia Græca*, & *Joannes Clericus* in (i) *Arte sua Critica*. At, cum nec sciam, duas illas abbreviaturas librariis usitatas fuisse, & vetustissimi codices MSS. contra, quam dixit *Vossius*, *Hormistam* habeant, altera mihi nunc placet de *Orosii* titulo sententia. Nihil scilicet obflare video, quo minus huic Auctori nomen fuerit *Pauli Orosii Hormisdæ*. Eo enim ævo multinomines fuisse viros haud paucos, jam alibi (k) pluribus exemplis feci manifestum. Ac sextum Seculum, quod *Orosii* ætati proximum est, Episcopum Romanum habuit (l) *Hormisdam*, cujus aliquot Epistolæ supersunt. Cum igitur *Hormisdæ* nomen eo tempore Christianis non fuerit inusitatum, iique veterum, qui (m) laudarunt *Orosium*, prænomen quoque *Pauli* brevitate studio soleant omittere, simillimum est vero, nonnullos codices MSS. integrum *Orosii* nomen in titulo Operis expressum gessisse. Ut adeo inter omnes Criticos, qui originem illius tituli investigarunt, quam proxime a vero abfuerit *Vossius*, *Hormisdæ* videlicet nomen in titulo agnoscens, sed possessori libri, non Auctori, id tribuens. Confir-

(f) *Lib. I Cap. 18.* (g) *p. 80 sq.* (h) *Lib. V Cap. 1 p. 342 sq. & p. 347.* (i) *P. III Sect. I Cap. 11*, quod duodecimum est in editione recentissima. (k) *Præf. ad Lactantii Symposium §. XXII.* Unde vel tria hæc exempla liceat repetere: *Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius*; *Q. Septimius Florens Tertullianus*; *Aurelius Prudentius Clemens*. (l) Est hoc nomen origine Persicum, duosque *Juliani* Imp. duces bellicos, *Hormisdas* nomine, natione Persas, commemorat *Zosimus Lib. II Hist. Cap. 27*, & *Lib. III Cap. 11*, & *Lib. IV Cap. 30.* (m) Ipse *Genuadius & Augustodunensis Honorius*.

firmat meam sententiam (n) Codex MS. Bibliothecæ Guelpherbytanæ, undecimo exaratus Seculo, in quo hæc verba: *Incipit liber primus Ormistæ Orofi*; duoque alii ultimæ vetustatis Codices, nomen *Ormeſta* præferentes: quorum auctoritate ductus *Eccardus* (o) jure statuit, *vocem Ormistæ vel Ormeſta non esse depravatam, sed genuinam*. Fortasse quæret ex me quispiam, quid verbum *mundi* sibi velit, quod nonnullis in Codicibus nomini *Hormistæ* adjunctum conspicitur. Et si vero objicere alios Codices queo, quorum titulus illo verbo caret; malo tamen (p) credere, hoc esse quartum *Orofi* nomen. Nomen enim *Mundi* virile olim usitatum fuisse, vel e turpi illa de *Decio Mundo*, equite Romano, historia, quam *Josephus* (q) describit, liquet. Ac mulier quoque quædam, cui nomen *Munda*, in *Gruterianis* occurrit (r) *Inscriptionibus*. Ceterum, cum multi Codices *Orofiani* Operis, omiſſa *Mundi* mentione, solum *Hormistam* exhibeant, non debeo æque certum habere *Mundi* nomen, ac *Hormisda*, sed hanc rem relinquere in medio.

- (n) Vid. *Biblioth. Brem. T. I p. 226*. (o) Loco cit. p. 327.
 (p) Suspiciabar initio, *Mundii* legendum esse, id est, *Mundensis*. Hoc modo, qui Corinthi nati sunt vel Rhodi, dicuntur *Corinthii & Rhodii*. Nec enim ignota est vel ex *Julii Caesaris* Historia urbs Hispaniæ *Munda*, quæ procreasse potuit nostrum *Orosum*, natione Hispanum haud dubie. At, cum non fuerit olim moris, nomini suo adjicere mentionem patriæ, conjecturam istam repudiavi. (q) *Lib. XVIII Cap. 3 §. 4*. (r) p. 988 n. 2.

HISTORIA VITÆ, FATORUM ATQUE MERITORUM GEORGII GENTII, Dhama-Saxonis, Consiliarii Electoris Saxonici, viri Linguarum, tum Orientalium, tum Occidentalium, peritissimi, Literati infelicissimi.

mi. Ex Autographis collegit, digessit, edidit M. AUGUSTUS BEYERUS, R. M. C.

Freybergensis.

Dresdæ & Lipsiæ, apud Christ. Hekelii B. filium, 1733, 8.
Plag. 9.

Quam crebra superiori, quo vixit, Seculo *Georgii Gentii* in hominum ore coarvorum mentio exstitit, tam rara hodie hactenus apud posteros viguit ex monumentorum defectu, ut penitus fere cum tempore occifura videretur, nisi opportune intercessisset doctissimus *Beyerus*, *Gentiana* doctrinæ ac fatorum industrius Commentator. Fuit olim viro ipsi sub ultimum vitæ tempus cum Autoris avo, *M. Andrea Beyero*, Theologo Freybergensi, familiaritas, ex qua non novisse tantum ipsum intimius didicit, sed varia etiam tum actorum, tum scriptorum *Gentii*, hypomnemata chartacea accepit. Composuit illorum subsidio inde aliquando *Beyerus* senior *Biographiam Gentianam*, atque ad *Henningum Wittenium*, Memorias eruditorum tum vulgaturum, scripto transmisit. Oportet autem illam intercuisse, quod nusquam apud *Wittenium* occurrat. Bonum vero factum, quod Noster *Ætæ* ista nunc in publicos usus convertere instituit, plurimumque sic eruditorum gratiam hac scriptione demereri; cujus summam jucunde hic representamus. Sectabimur concinnam ipsiusmet *Opellæ* distributionem, & primum *vitam Georgii, fata, & in rem publicam merita*; demum vero *doctrinam, scripta ac merita in eruditam civitatem* potissima referemus. Natus fuit *Gentius* *Dhamæ*, quod est oppidum ad Principatum Saxo-*Querfurtensem* pertinens, A. 1618 patre *Joanne*, loci ejus caupone ac Senatore, sub ipsa belli tricennalis auspicia; ut falli hinc fuisse manifesto deprehendatur, qui *Batavum* origine tradiderunt. Pueritiam duram admodum expertus, in juvenili ætate variis etiam calamitatibus, quæ egestatem plerumque comitantur, pressus, studia tamen bonarum literarum proprio quodam instinctu sectabatur. &

Halæ Saxonum, Hamburgi, Breinæ, atque alibi, naviter excolebat, linguarum, potissimum Orientalium prope omnium, ac Græcæ insuper Latinæque, perquisitione intimiori maxime delectatus; quorum laborum insecuto etiam tempore fructus non omnino nullos retulit. Auxit in his mirifice suos profectus, postquam A. 1636 in Belgium abiisset, florentissimum illa tempestate doctoribus Philologis summis, *Dan. Heinsio, Gerb. Vossio, Ludovico de Dieu, Jacobo Golio, Constantino l'Empercur, Hugone Grotio, Casp. Barlaeo, & Judæo illò famigerabili, R. Menasse Ben Israel*; in quorum omnium notitiam, quorundam etiam familiaritatem, admissus, ingentes doctrinæ reconditoris thesauros sibi comparavit, in alios etiam iterum, occasione sic ferente, docendo transtulit. Contigit opportune, ut, qui in Belgis tum versabatur, Turcici Imperatoris, *Ibrahimi, Legatus, Mustapha Abraham*, reditum pararet ad suos; in cujus comitatum *Gentius* adscitus, Constantinopolin, quod pridem optaverat serio, sub finem A. 1641 pervenit. *Mustapha*, quem diximus, conciliatore usus & amico, ipsam Bibliothecam & *κειμήλια* literaria Imperatoris, inaccessa plerumque alias exteris, inspexit, & multa in usus suos, ignota adhuc, ex Historicorum atque Geographorum Orientalium monumentis descripsit. Coluit præterea familiariter quamplures Græcos eruditos, Antislitem præcipue Alexandrinum, *Metrophancem*, morte postea A. 1643 defunctum. Quandoque etiam in vicinas Græciæ regiones, quin in ipsam, quod quidam perhibent, Persiam, excurrit. Uno verbo, nihil eorum in hoc otio literario prætermisit, quibus animum rerum Orientalium notitiæ amplioris cupidissimum demulceret. Hæc omnia autem ut præstare commode posset, viro- rum aliquot, tum literarum exterarum studiis, tum ipsi, adeo naviter illa consectanti, bene cupientium, liberalitas effecit. *Henricus* siquidem *Copsius*, illa tempestate Prolegatus in aula Turcica Belgicus, in ædibus suis *Gentium* fovit; *Genebrardus Anslonius*, ad quem subinde MSta Orientalia transmittabat, argento adfuit, quod & fecerunt *Boswellus*, Orator in Belgio Anglicus, & *Pesserii* fratres, mercatores Roterodamenses.

fes. Intercesserunt tamen infecuto tempore ingentes ipsi cum *Copio* similtates, quarum rationes ac eventum curiosis apud Autorem ipsum legere permittimus, veluti & quæ non multo post de *Nicolao* quodam *Cochio* Hamburgenfi traduntur, *Gentii* artificio ac beneficio ex servitute Turcarum in libertatem asserto. Revertit tandem, septennio integro exacto, per Italiam in patriam, exquisitis vitæ bene actæ testimoniis instructus, & mirifica exoticorum idiomatum intelligentia ornatus. Horum commendatione non eruditorum modo fere omnium plausum atque admirationem consequbatur, sed & in summorum quorundam Germaniæ Principum gratiam venit atque exultationem. Herus præcipue, quem originis & nationis jure primo loco venerabatur, *Joannes Georgius II*, Saxoniz Elector, vix redcem in clientelam accepit, ac, tributo quotannis luculento sexcentorum thalero- rum stipendio, atque insuper sumtibus pro excudendo typis *Musladini Rosario Politico* principali munificentia præbitis, ut hujus negotii expediendi causa Amstelodami aliquandiu hæreret, clementer permisit. Revocatus tandem A. 1655 Dresdam, & splendido Consilarii titulo mactatus, eodem anno Electoris jussu ad Belgas rediit, secundum in Orientem iter suscepturus. Discussa tamen iterum mox fuere hæc destinata, siquidem *Gentius* biennio post in comitiis, Francofurti ad Mœnum pro eligendo Imperatore habitis, Hero suo Secretarius adfuisse deprehenditur. Ad summum tunc *Gentii* fortuna in tota vita progressa est; stipendium duplo plus, ob res bene gestas, adauctum; nominis fama per Principum quoque ora celebrata, atque inter hos, *Augusti*, Brunsvicensium Ducis, a quo ad lustrandas aurifodinas Ramelsbergenses adhibitus fuerat, *Friderici Wilhelmi*, Electoris Brandenburgici, cujus nomine Legatos Tataricos in castris prope Sedinum A. 1677 Oratione excepit, & qui primo loco nominandus fuerat, *Leopoldi Augusti*, qui simplici plus vice coram, tum Francofurti, tum Viennæ, clementissime admissum, exquisitis principalis gratiæ argumentis cohonestavit. Superavit tamen omnes *Joannis Georgii*, domini, favor, illustrium

Fris-

Frisorum fratrum commendatione nutritus, & ab ipso demum *Gentio* officiorum dexteritate & fide sustentatus. Sed terga iterum vertit fortuna aulica; quod, qua ratione factum sit, referre adeo exposite omisit Cl. *Beyerus*, monumentorum forsitan inopia. Hoc luculenter interim colligas licet, tertium ipsum in Orientem migrationem destinavisse, in Turcici Oratoris apud *Leopoldum* comitatu suscipiendam, eaque propter aliquandiu Viennæ hæsisse, quamvis irrito iterum eventu. Privatam hinc vitam ultimis annis egit, sed miserrimam istam maximeque deploratam, bonis siquidem & hæreditate paterna, perfidia propinquorum, qui & veneno illum tollere voluisse perhibentur, plane exutus, infinitis adversariorum calumniis oppressus, quæ Patronis postremum omnibus bonum virum destituebant, & durissima tandem egestate vexatus, tantum animi mœrorem contraxit, ut in profundissimam melancholiam incideret, & humanas res pertæsus πάντας δαιμόνων πλῆθην reputaret. Finem fecit malorum beata mors, quæ illum Septembri mense A. 1687 grandævum abstulit Freybergæ, quorum non multo ante se, Saxonæ Electricis, *Magdalena Sophia*, funus comitaturus, receperat. Age jam, ac de *doctrina, scriptis ac meritis Gentii in rem literariam* summa capita delibemus. In *Linguarum* ipsum *studium* miro quodam impetu propendisse, & felicissime easdem excoluisse, monitum jam supra fuit. Latinæ profecto non exiguam facultatem scripta demonstrant. In Græca, dum Constantinopoli degeret, proficiendi nullam occasionem prætermisit. Calluit præterea & recentiora idiomata, Gallicum, Belgicum, Anglicum, Italicum. Vicis tamen omnes Orientalium amor ac intelligentia, Arabicæ potissimum, Turcicæ atque Persicæ, quarum cultum ipse inter nostros eximie promovit. Prudentiæ juris ac politicæ non omnino expertem inde facile judicaveris, quod publicis negotiis vacavit, suaque officia probavit viro principi. Botanicam ductore *Conrado Vorstio* in Belgis jam tum ac Medicinæ elementa apprehendit, antequam ad Turcas proficisceretur, postremam etiam provectis annis quandoque exercuit, ut
vitam

vitam utcumque commodius toleraret. Doctrinæ ita *Gentiana* ratio liquido constat. Ad *scripta* quod pertinet, princeps merito locus tribuitur *Musladini Sadi Gulistan*, sive *Rosario Politico Persico*, cum versione Latina & notis edito Amstelodami, A. 1651 fol. quem librum, summæ inter Persas existimationis, *συλλογήν* esse variz fortunæ exemplorum, præceptorumque religionis naturalis ac morum, non ignorant eruditi. Neque defuit *Gentio* apud hos impensi laboris gratia, præsertim cum in commodiores usus Persica non legentium *versionem Latinam* solam cum Commentario ibid. A. 1655 minori forma, quam duodecimam dicunt, excubiri typis curaret. *Versionem Operis Germanicam* dedit *Adamus Olearius*, Slesuici, A. 1654 fol. impressam, sed invito & inscio *Gentio*, qui multorum hinc errorum Interpretem publice insinulavit. Insecuta est *Rosarii* editionem *R. Schelomo Ben Virga*, Hispani, *Historiæ Judaicæ*, ab excidio Hierosolymitano ad Seculum Christianum decimum quintum, sub titulo שבט יהודה, *Sceptrum Juda*, deductæ. Latina itidem conversio, iterum Amstelodami, A. 1651 excusa, & hortatore *R. Manasse Ben Israel* a *Gentio*, neque adeo infeliciter, suscepta. Refert *Cl. Beyerus*, parum abuisse, quin ingens famæ discrimen subierit labore isto *Gentius*. Siquidem inscripsit Opus Senatui Hamburgensi amplissimo, & centum inde ducatorum munus retulit, Professioni etiam Linguarum Orientalium in *Agidii Gutbierii* locum quam certissime ibidem admovendus, nisi intercessissent divini verbi Ministri Hamburgenses. Illi enim pro publico suggestu in *Gentium* acerbissime invecti, quod in libro isto occæcatam Judæorum gentem nimis, quam pro merito, dilaudasset, & intermississet addere gravissimæ *confutationis* antidotum; quod pollicitus quidem fuerat, nunquam tamen præstitit. Tertio demum loco exstat itidem Latina versio libelli cujusdam, qui *Ethicæ Rabbinicæ* vicem supplere tantisper judicatur, libri nempe הלכות רעות *R. Mosis Maimonidis*, edita Amstelodami, A. 1640, 4 notisque eruditis instructa. Prodromus hic esse debuerat interpretationis integri Operis ejusdem Auctoris

toris *מקור יי* inscripti, cujus secundam Partem constituit, sed nunquam comparuit. Idem contigit de reliquis *Gentii* institutis *latentibus*, aut *deperditis*; ad quorum censum referuntur: *Boslam*, *Pomarium Politicum*, similis cum *Rosario* argumenti, & in illius Præfatione prœmissum, libri *de splendida Gemmarum materia*, *de Persarum Regum moribus*, *de Militia & Regibus Ebraorum*, ex Ebræo *Maimonidis* traductus, editio *תרגומין* s. *paraphraseos Chaldaicæ in libros Paralipomenon*, quæ pro non existente unquam habita fuit eruditis, donec demum ex Codice Erfurtensi descriptam in medium protulisset *Matthias Fridericus Beckius*, Theologus Augustanus; & quædam minoris momenti forte alia, cum *Gravii* Epistolarum farragine. Si quid judicamus, magni certe suo merito habebitur *Lexici Persico-Latini*, affecti idem a *Gentio*, sed non perfecti, Philologiæ cultoribus jactura.

ADDITAMENTA LITERARIA.

Quo obscuriora huc usque Hispanicorum in literas vel elegantiores, vel quascunque, merita fuere; hoc majorem a Lectoribus nostris inuros nos gratiam speramus, publicato librorum, qui inde ab aliquot annis prelo exierunt in his terris, qualitercunque scripti, catalogo. Debemus hunc insigni nostri studio, publice hic prædicando, & incredibili in literas amori Generosissimi Equitis Saxonici, *Dieterici de Schænberg*, qui ex nobilissimis itineribus, haud ita pridem per omnem cultiorem Europam susceptis, fructum hunc, multis expetitur frustra, retulit, ut in amicitiam virorum, quos gens quæque alit, præstantissimorum receptus, admirabilem rei literariæ & librorum, hic vel illic editorum, sibi comparaverit notitiam. Cui cum per alia negotia non liceret ubique annotare locum vel annum, quo liber quisque lucem adspexit; æqui Lectoris fuerit, hæc, prout a nobis exhibentur, grato animo accipere:

Franc.

- Franc. Lopez Oliver *Representacion humilde al Rey y Manifiesto claro de la razon de establecer en España la Imprenta de el nuevo Rezado.* Valencia, 1729, fol.
- Greg. Garcia *Origen de los Indios de el nuevo Mundo, e Indias Occidentales.* Madriti, 1729, cum æn. numifin. fol.
- Ant. de Herrera *Descripcion de las Indias Occidentales.* Madr. 1725, cum fig. æn. fol.
- Ejusd. Historia general de los hechos de los Castellanos en las Islas y Tierra firme del mar oceano.* Madr. 1726 Decada I-V, ibid. 1728 VI-VIII, Voll. 4, fol.
- Pet. de Hontalba *Tract. de Putativa natalium spurietate.* Barcinone, 1729, fol.
- Eimm. Arredondo *Carmona Senatusconsulta Hispanie illustrata.* Tom. I. Vallis-Oleti, 1729, fol.
- Carta de Maestro de Niños.* Zaragoza, 1713, 4.
- Gabr. Alvarez de Toledo *Palacio de Momo.* Leon. 1714, 4.
- Jornada de los Coches de Madrid à Alcalá, o Satisfacion al Palacio de Momo, y a las apuntaciones à la Carta de Maestro de Niños.* Zaragoza, 1714, 4.
- Mart. Martinez *Observatio rara de corde in monstroso infantulo; con Ejusd. Discursu Pbisico sobre si las Vivoras deban reputarse por Carne ò pescado.* Madriti, 1723, 4.
- Vocabulario Portuguez e Latino, autorizado con Exemplos, pelo Padre D. Raphael Bluteau.* Tom. I - VIII. Coimbra, no real Collegio das Artes da Companhia de Jesu. 1712 - 1727, fol.
- Clarín Evangelico, su autor Fr. Basilio Iturri de Roncal, de la Orden de S. Francisco.* 1731.
- Discursu, i Geometrica Invençon de dos medias continuas proporcionales entre dos rectas dadas en razon dupla, su autor D. Pedro Julve.* 1731.
- Cathedra de las miserias de la vida humana, i consideraciones de la gloria transitoria, su autor D. Gabriel de Artarbe.* 1731.
- Segundo i tercer Tomo de Theologia sobre la primera parte*
Mim 2 de

- de S. Thomas; del Sennor D. Fr. Josef de Montalvan. 1731, fol.*
- Confesionario General, su autor D. Ignacio del Campo, Preceptor de Gramatica. 1731.*
- S. Augustinus ex antiquatus, denuo disputans de peccato originali; en dos Tomos, su autor el Padre Maestro Fr. Pedro Manso, del orden de S. Augustin. 1731.*
- Seminario Victoricense, que contiene los Preceptos de la Gramatica, su autor D. Josef Saez de Tegeda. 1731.*
- Sucesion Pontificia. Vidas de los sumos Pontifices desde Clemente VII, hasta Leon XI, su autor el P. Fr. Josef de la Fuente. 1731.*
- Gloria posthuma de S. Fernando hasta la Translacion ultima de su Cuerpo. 1731.*
- El Benjamin de la Santissima Trinidad, i la Descripcion del hombre desde que nace hasta que muere. 1731.*
- Vida de S. German, Obispo Antisiodorense, su autor D. Juan Alonso Maldonado. 1731.*
- El Oraculo de Apolo, i Examen del Discurso Matematico de D. Pedro Julve sobre la invencion de dos medias continuas proporcionales entre dos lineas rectas dadas en razon dupla, su autor D. Ant. Sesè. 1731.*
- Cartilla de D. Diego de Torres en respuesta del ultimo sacudimiento de Tontos, su autor el Conde Nolegar Giatar, Astrologo Italiano. 1731.*
- Gramatica Laconica con la Profodia, i Tropos i Figuras Rbetoricas, su autor D. Ignacio de Campo. 1731.*
- Vieira impugnado por la Madre Juana Inès, i defendido por la Madre Sor Margarita Ignacia, Religiosa de S. Augustin en S. Monica de Lisboa. 1731.*
- El Alfonso, o Fundacion del Reino de Portugal, Poema Epico, su autor D. Francisco Botello. 1731.*
- Compendio del Martirio que padeciò en Argel D. Diego Cornel Suarez, su autor D. Pedro Garcia de Vega. 1731.*
- Historia de la Orden de Predicadores, su autor el R. P. Presentado Fr. Manuel de Medrano. 1731.*


Vida

- Vida de S. Thomas de Villanueva, su autor D. Josef Vicente Orti. 1731.*
- Amarguras de la muerte i pensamientos Christianos, por D. Thomas Añorbe i Corregel. 1731.*
- Engaños del Amor mundano, por D. Gabriel de Artabe. 1731.*
- Vida de la venerable Madre Geronima de la Asuncion, natural de Toledo, i fundadora de Manila, su autor Fr. Agustin de Madrid. 1731.*
- Modo de ganar i ofrecer el Jubileo de las quarenta horas, i Tesoro de los que oyen Misa, por D. Sebastian Alvarez de Pedrosa Pr. 1731.*
- Mission formada en dos Tomos, por el P. Fr. Joaquin de Jesus, Religioso Descalzo de S. Francisco. Papel nuevo restaurando la propiedad del B. 1731.*
- Moldesterrada por D. Gregorio Santiso, su autor D. Luis Cirilo Gonzalez. 1731.*
- El Manifiesto sobre el lance sucedido en Toledo en la Oposicion a la Prebenda Magistral, su autor Don Salvador Callados. 1731.*
- Origen i antiguedad de la lengua Bascongada, su autor el Capitan D. Juan de Perochegui. 1731.*
- Sucesion Pontificia. Tomo octavo, por el P. Fr. Josef de la Fuente. 1731.*
- Manual de Salud, su autor el Obispo de Albarracin. 1731.*
- Mistica Recopilacion de Oraciones por el M. Matheo Sanchez del Cerro. 1731.*
- Apendice Dogmatica contra la Sceptica aprehension del D. Martinez. 1731.*
- Eva, Ave, o Maria Triunfante. Theatro de la Erudicion, i Filosofia Christiana, su autor Ant. Soufa de Macedo, traducido de Portugues en Español por D. Diego Suarez de Figueroa. 1731.*
- Dialogo Critico Fifico entre un Capon, i una Beata. 1731.*
- La Historia del Emperador Theodosio el Grande, traducida de Frances en Español por el P. Josef Francisco de Isla, de la Compania de Jesus. 1731.*
- El Porque de la Compania. 1731.*
- Tomo segundo del Cesar, o nada S. Felix de Cantalicio, su autor el P. Fr. Diego de Madrid, Capuchino. 1731.*


- Restauracion de la Medicina antigua, su autor el D. Ribera.* 1731.
- Clave Medico-Quirurgica, profecucion de la Obra del mismo autor.* 1731.
- Paz, Practica ecclesiastica, y secular.* 1731.
- Pictor Christianus eruditus, su autor el P. M. Fr. Juan Interian de Ayala.* Madriti, 1730, fol.
- Diccionario de la Lengua Castellana compuesto por la Real Academia Española. T. I* Madriti, 1726, *apud Franciscum del Hierro*, fol. *T. II* *ibid.* 1729, *apud eundem*, fol. Complectitur Tomus I literas A & B, II literam C.
- Mart. Arredondo Obras de Albeyteria.* Madrid, 1728, fol.
- Juan de San Antonio Franciscos Descalzos en Castilla la Vieja.* T. I. Salamanca, 1728, fol.
- Ejusd. Chronica de la Provincia de San Pablo, o Franciscos Descalzos en Castilla la Vieja.* T. II. Madrid, 1729, fol.
- Juan Felix Franc. Rivarola Descripcion historica de la Republica de Genova.* T. I. Madrid, 1729, cum fig. fol.
- Pet. de Hontalba & Arce Tractatus apicilegius de Jure supervenienti in omni judicio.* Tomus I. Madriti, 1719, fol.
- Ejusd.* Tomus II. Madriti, 1725, fol.
- Narciso Felice de la Peña y Farell Anaes de Cataluña.* T. I, II, III. Barcelona, 1709, 3 Voll. fol. Liber hic, propterea quod Invictissimi Imperatoris *Caroli VI* jura in Catalauniam contra *Philippum V* defendat, per universam Hispaniam vendi est prohibitus.
- Constituciones del Colegio de la Assumpcion de la Meadr de Dior, dicho de la Monforta.* Valencia, 1728, fol.
- Memorial por el Primado de España de la Iglesia metropolitana y Patriarcal de Sevilla.* Prelo exiisse librum Sevilix A. 1724, & Autorem ejus esse *P. Josephum de Cañas*, satis utique constat, etsi nec rubrum libri, nec ipsum nigrum, ejus rei indicium præbeat.
- Antonio Palomino Velasco, Pintor de Camara del Rey Don Luis Primero, El Museo Pictorico, y Escala Optica.* T. I. Madriti, 1715, c. fig. xn. fol.

Ejusd.

- Ejusd. T. II. *Ibid.* 1724, c. fig. 21. fol. Ad finem Partis II adjectus est libellus: *El Parnaso Español pintoresco laureado. Tomo tercero. Con las Vidas de los Pintores, y Estatuarios eminentes Españoles, que con sus heroicas obras han ilustrado la nacion; y de aquellos Estrangeros Ilustres, que han concurrido en estas Provincias, y las han enriquecido con sus eminentes obras, graduados segun la serie de el tiempo, en que cada uno floreció.* *Ibid.* 1724.
- Joseph Garcia *Principios para estudiar el arte de la Pintura.* Madriti, 1700, 8. fig. 21. fol.
- Petr. Paul. Billeti *Opusculorum miscellaneorum Pars I.* Madriti, 1703, 4. Plures non secutz.
- Miguel de Postilla y Esquivel *Historia de la Ciudad de Compluto, vulgarmente Alcala de Henares.* P. I. Alcala, 1725, 4. Plures non secutz.
- Benito Geronimo Feijod *Theatro Critico Universal, o Discursos varios en todo genero de materias, para desengañar de errores comunes.* T. I Madriti, 1727. T. II *ib.* 1728. T. III *ib.* 1729, T. IV *ib.* 1730, 4 Voll. 4.
- Salvador Joseph Mañer *Anti-Theatro Critico, sobre el primero y segundo Tomo del Theatro Critico Universal de Benito Ger. Feijod.* Madriti, 1729, 4.
- Benito Ger. Feijod *Ilustracion apologetica al primero y segundo Tomo del Theatro Critico.* *Ibid.* 1729, 4.
- Jo. de Oliván Rehollado *Oratio Eucharistica-Panegyrica insignis Veteris Collegii Indiarum Majoris, Sacri D. Mariae omnium Sanctorum D. Carolo II representato in D. Philippo V pro titulo Majoritatis indulto et amplitudine confirmato.* Mexici, 1702, 4.
- Juan de Ferreras *Synopsis Historico-Chronologica de España.* Madriti, 1700 - 1727, P. I - XVI, Voll. 16, 4.
- Reparos Historicos sobre los 12 primeros años del Tomo 7 de la Historia de España de Juan de Ferreras.* Madr. 1723, 4.
- Diego Mecolaeta Ferreras *contra Ferreras, y Cuñe del mismo palo, sobre la Parte 16 de su Historia de España.* Madriti, 1728, 8.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTORUM ERUDITORUM QUAE LIPSIAE
PUBLICANTUR SUPPLEMENTA

LEIPZIG 1734
BAND 10

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT DAS
ORIGINAL DER NIEDERSÄCHSISCHEN STAATS- UND
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN ZUGRUNDE

SIGNATUR: EPH. LIT. 136/13 Ac 15

- Diego Martinez de Cisneros *Anti-Ferreras*. Madriti, 1724, 4.
 Franc. de Berganza *Ferreras convencido con Critico desengaño en el Tribunal de los doctos*. Ibid. 1729, 4.
El porque de todas las cosas. Ibid. 1730.
Alivio para pueblos y descanso de administradores. Ibid. 1730.
 P. Joseph Cassani *Escuela militar*. Madriti, 1704, c. fig. xn. 4.
 Autor libri est Ordinis Jesu, & Collegii Imperialis, quod Madriti floret, socius.
Ejusd. Vida de S. Luis Gonzaga. Ibid. 1726, 8.
Ejusd. Vida de S. Stanisl. Kostka. Ibid. 1715, 8.
Ejusd. Noticia de la Incurpacion milagrosa que se venera en el Colegio de la Compania de Jesus en 24 formas, en Alcala (de Henares). Liber hic Madriti in 8 impressus est.
 Alvaro Alonso Barba *Arte de los Metales, y Alonso Carrillo y Lafo Tratado de las antiguas Minas de España*. Madrid, 1729, 4.
 Fr. Jo. a Divo Antonio *Minorum Fratrum, Origine domiciliove Discalceatorum, atramento & sanguine scriptorum Bibliotheca, pro Supplemento Wadingianæ, incrementoque novæ Franciscanæ Bibliothecæ*. Salmanticæ, ex Typographia Eugenii Garcia de Honorato & S. Miguèl, 1728, 4.
 Autor est *Salmantinus*, S. Theologiæ Ex-Lector, Bibliothecarum Zamorensis Diœcesis Sancti Tribunalis autoritate Revisor, Provinciarum S. Gabrielis ac S. Didaci Vice-Visitator, Provinciæ S. Pauli strictioris Observantiæ Discalceatorum alumnus, actualis Diffinitor ejusque Chronologus.
 Miguel Agustín *Libro de los Secretos de Agricultura, Casa de Campo, y Pastoril*. Barcelona, 1722, 4.
Ant. Sanchez Tortoles El Entretenido. Madriti, 1723, 4.
Differtaciones Historicas del Beato Raymundo Lullio, con un Apendiz de su Vida, por Miguel Juan Net, Geronimo Alemany, Salvador Truyols, Andres Parets, Pedro Andres Campos, y Jayme Serra. Mallorca, 1700, 4.
 Jof. Steph. de Noriega *Differtatio apologetica Mariano Candida, in qua de Marianis Ecclesiis & specialibus Cultoribus Norbertinis &c.* Salmanticæ, 1723, 4.

Ejusd.

- Ejusd. Dissertatio historica de S. Dominico de Guzman, Ord. Pramonstr. Patriarcha. Ibid. 1723, 4.*
- Mich. Ximenez Barranco *Incognitus per se cognitus, s. Dissertatio comparativa, in qua Petrum Berchorium verum Autorem Expositionis in Psalmi Incogniti nomine vulgatae propugnat. Madriti, 1720, 8.*
- Jo. a S. Angelo *Dissertatio apologetica pro Incognito per se cognito, Mich. Ayguano de Bononia, Autore Commentariorum in Psalmos Davidicos sine Autoris nomine editorum, in Mich. Ximenez Barranco Dissertationem comparativam, Madriti, 1721, 4.*
- Mich. Ximenez Barranco *Incognitus apertius cognitus, s. Petrus Berchorius secundo assertus Autor Commentarii in Psalmos Incogniti nomine vulgati, contra Jo. a S. Angelo Objectiones. Ibid. 1722, 8.*
- Ejusd. Conclusio allegationis in lite super certitudine Autoris Incogniti in Psalmos, s. Supplementum duplicis Tractatus pro Pet. Berchorio vero Autore editi. Ibid. 1723, 8.*
- Ant. de la Cruz Brocarte *Medula de la Musica Theorica. Salamantica, 1707, 8.*
- Franc. Santos *Dia y Noche de Madrid Discursos de los notable que en el se passa. Madrid, 1718, 8.*
- Balt. de Vitoria *Theatro de los Dioses de la Gentilidad. T. I, II, III. Barcelona, 1722, 4. Voll. 3.*
- Hernando Castrillo *Historia y Magia natural. Madr. 1723, 4.*
- Jos. de Muñana *Dignitas Philosophiæ acclamata & vindicata. Hispali, 1702, 4.*
- Ejusd. Dignitas Aristotelis acclamata & vindicata. Ib. 1702, 4.*
- Joseph. Joach. Lorgæ *Oratio in Dialecticæ laudem. Valentiz Edetanorum, 1729, 4.*
- Franc. Rodrigo, e Soc. Jesu, *Oratio gratulatoria pro Universitatis Valentina Patronatus exercitio. Valentiz, 1720, 4.*
- La Juventud triunfante, por Rodrigo Cavellero y Llanes. Salamantica, 1727, 4.*

- Luis Pareja y Primo *Canals ilustrada*. Valencia, 1728, 4.
 Agitur hic inprimis de viris dignitate & doctrina illustribus, quos protulit civitas Valentiz nobilissima, Canalia.
- Juan de Sandoval *Oracion fúnebre en las exequias de Math. Perez Galeote*. Salamanca, 1728, 4.
- Armonia del Parnas*, por Vicent Garcia, *Rector de Vall Fagona*. Barcelona, 1703, 4.
- Obras de Franc. de Quevedo Villegas*. T. I, II, III, IV, V, VI. Madrid, 1729, 4. Voll. 6.
- Breve Resumen, Epítome verdadero de las plausibles Fiestas reales de Toros, y Cañas executadas en Sevilla*, por Juan Franc. Freile. Sevilla, 1730, 4.
- Franc. Martinez Montañó *Arte de Cocina y Pasteleria*. Pamplona, 1715, 8.
- Luis de Leon *Traduccion y Exposicion paraphrastica del Psalmo 50 en Verso Castellano, con una Cancion a Christo crucificado*. Madrid, 1727, 8.
- Th. Martinez Galindo *Instituta Hispanica, s. Opus singulare Institutionum Juris*. Hispali, 1713, 8.
- (Ant. Bordazar) *Practica de Ortografia Española*. Valencia, 8.
- Salvador Josef Mañer *Methodo, breve de Orthographia Castellana*. Cordova, 1725, 8.
- Juan Perez Castiel y Artigues *Tratado de la Orthographia Española*. Valencia, 1727, 8.
- Jósef Gazola *El Mundo engañado de los falsos Medicos, trad. del Toscano (por Greg. Mayans y Ant. Bordazar)*. Valencia, 1729, 8.
- Gonzalo Antonio Serrano *Theatro supremo de Minerva, contra el Juizio final de la Astrologia, escrito por el Doct. D. Martin Martinez*. Cordoba, 1727, 4.
- Pedro Aquenza *Breves Apuntamientos en Defensa de la Medicina y de los Medicos, contra el Theatro Critico universal*. Madrid, 1726, 4.
- Carta que escribe a D. Domingo Rocamora su amigo D. Remigio Llopiz de Unzueta, en que dico lo que siente sobre el papel intitulado: Desagravio de la Medicina, que sucedió a luz D. Antonio Fonlazo y Areniz, contra el Templador*
 Vete-

- Veterinario, que escribió Francisco Garcia Cabero, Albeytar, Valladolid. 1727, 4.*
- Pragmatica del Tiempo, en Defensa de la buena Astrologia, contra el Juizio final de la Astrologia, que escribió el Doctor Don Martin Martinez; su autor el Licenciado Don Julian Salinero. Madrid, 1727, 4.*
- Juizio particular del Juizio Universal. Carta Censoria, que Don Felige Brizeno y Zuñiga escribió al Marqués del Peñero, sobre algunas Clausulas que estampò el P. M. Fr. Benito Geronimo Feijod, en el Segundo Tomo de su Teatro Critico Universal. Madrid, 1728, 4.*
- Apologia de la Medicina, y sus doctos Professores, contra los Criticos, y Defensa de la Doctrina de Hypocrates, y Galeno, contra los errores vulgares, su Autor Don Franc. Llorèt y Marti. Ibid. 1726, 4.*
- Posdatas de Torres a Martinez, en la Respuesta a Don Juan Barroso, sobre la Carta defensiva, que escribió a Fr. Benito Feijod; y en ellas explica de camino el Globo de Luz, o Phenomeno que apareziò en nuestros Orizontes el dia 19 de Octubre del año de 1726. Salamanca, 1726, 8.*
- Theforo Fisco-Medico-Theologico, hallado en las verdades infalibles de la Sagrada Escritura, por el Doctor Don Franc. de Sueyras. Madrid, 1728, 4.*
- Templador Veterinario de la Furia vulgar, en Defensa de la Facultad Veterinaria, ò Medicina de Bestias, y de los Albeytares peritos, y doctos; asimismo contra el desprecio que de todos haze el Doct. D. Franc. Suarez de Ribera, en su Templador Medico, y Manifiesto de que la Albeyteria, Medicina, y Cirugia, es toda una Ciencia, ò Arte, por Franc. Garcia Cabero. Madrid, 1727, 4.*
- Agradecimientos satisfactorios, con que reconocido correspondiente de Fr. Justo Palero, a un P. Fr. Anselmo, cirujano Latino, por la Meritoria, y caritativa correccion fraterna que diò al Autor de los breves Aputamientos. Ibid. 1726, 4.*
- Gaceta Critica de esta, y otras muchas partes. Madr. 1727, 4, pl. 1.*
- Reparos medicos, Satisfaccion amistosa, y saludable Consejo, que a la Historia del Fol. 51 en la erudita Apologia, que sacò a*

- luz el Dr. Don Franc. Lloret y Marti, *ponia Don Alex. Martinez Argandoña, Medico Complutense, Socio de la Regia Sociedad de Sevilla, Medico de la Real Caricel de Corte, y del Convento de Nuestra Señora de Atocha.* Ibid. 1727, 4.
- Ernesto Frayer *Discurso Philologico-Critico, sobre el Corolario del Discurso XV del Theatro Critico Universal.* Madrid, 1727, 4.
- Don Diego de Torres *Entierro del Juizio final, y vivificacion de la Astrologia.* Ibid. 1727, 4.
- Ejusd. Visiones, y Visitas de Torres con D. Francisco de Quevedo, por la Corte.* P. I, II, III. Madrid, 1727 & 1728, 4. Voll. 3.
- Critico i Cortes Castigo de pluma contra los descuidos i errores que publica el P. M. Feijod en el Tomo 4 de su Theatro Critico.* Madrid, 1731.
- Præcursor Scholæ Thomistica vindicata. Respuesta al manifesto del Dr. D. Salvador Collados, su Autor D. Manuel Garcia Perez.*
- Antitheatro Critico sobre el Tomo 3 del Theatro Critico universal, i Replica satisfactoria a la ilustracion Apologetica del P. Maestro Feijod. Tomo Segundo dividido en dos Volumenes, su Autor D. Salvador Josef Mañer.*
- Vida del Fundador de la Orden de San-Tiago, i Continuacion de la Apologia por el habito de Santo Domingo, su Autor D. Josef Lopez Agurleta, Canonigo Reglar de S. Agustin.*
- Anatomia Critica del Manifesto del Dr. Collados. Su Autor el P. M. Fr. Marcos del Pozo, del Orden de Predicadores.*
- Sermones varios del P. Josef de Aguilar de la Compania de Jesus. Tomos VIII.*
- Arotorcha Arithmetica Practica. Autor Don Juan Antonio Taboada i Ulloa.*
- Secretos medicos i Quirurgicos del Dr. Juan Curbo Semnedo. Traducidos de idioma Portugues en Castellano por Dr. D. Thomas Cortijo Herraiz.*
- Respuesta al Preverfor dela Escuela Thomistica con una advertencia previa sobre la Anatomia Critica Chronologica del P. M. Fr. Marcos del Pozo. Su Autor el Dr. D. Salvador de Collados.*

- Palestra Bíblica. Su Autor el Padre Diego de Quadros, de la Compañía de Jesús. Tomo tercero, i quarto.*
- Curso Filosófico del P. Frai Domingo de San Pedro de Alcantara. 4.*
- Constitucion Unigenitus. Su Autor el Dr. D. Manuel Garcia Perez.*
- D. Augustini Opera de Gratia & Prædestinatione Sanctorum; & Divi Bernardi Tractatus de gratia & libero arbitrio. Tragedia de Cinna en la conjuracion contra Augusto Cesar. El quinto Tomo de Angelis del Señor D. Fr. Juan de Montalvan.*
- Memorial del Perro de Tobias. Su Autor Don Luis Amergelina.*
- Theforo de Medecina sacado de los Aforismos de la caridad por Frai Gil Villalon, Capuchino.*
- Empresas Politicas i militares para formar un perfectissimo Soldado, por Don Juan Ant. Lopez.*
- El Genesis con reflexion en dos Tomos en 4. Su Autor el P. Fr. Geronimo Belvis Valenciano, monge Geronimo.*
- Adiciones a los dos Tomos de Peccato Originali del P. Fr. Pedro Manfo.*
- Promptuario de vocablos Latinos, que corresponden a los Castellanos por D. Nicolas Vellon.*
- Milagros de N. S. de Guadalupe. Por Frai Francisco de San Josef, de la Orden de S. Geronimo.*
- Diccionario Español i Frances; i Frances i Español. Gramaticas Franceza i Española. Economia General de casa de Campo. Obras posthumas del Dr. D. Francisco de la Torre, Tercera Parte de la clave medico-quirurgica Universal del Dr. Ribera.*
- El Piscator de Salamanca de D. Diego de Torres.*
- Vida de la sierva de Dios, Francisca del santissimo Sacramento. Autor D. Bant. de la Nuza.*
- Libro de todas las festividades que se celebran en las Iglesias de Madrid, novenas, i jubileos.*
- El Piscator Sarrabal de Milan.*

El Piscator von Antejas.

Sermones Panegiricos morales, su Autor Fr. Buenaventura de S. Agustin.

Manifiesto del error disimulado entre mathematicas verdades sobre el Arte de escribir contra Polanco. Autor D. Manuel Dias Bustamante.

Catalogo General. Enquiridton de noticias particulares que han sucedido en toda España, i otras partes desde la creacion del mundo hasta este año 1732 por D. Diego de Torres.

El Doctor a pie. Medicina barata. Lunario saludable de D. Diego de Torres.

De los mas selectos experimentados remedios simples, i compuestos para las enfermedades, i accidentes de Cirugia. Tomo 2, de D. Juan de Roda.

Contrapronostico Christiano, verdadero, perpetuo, i universal de D. Lucas de los Santos.

El Manogito de flores añadido por su Autor el P. Fr. Buenaventura Tellado.

Grados del Alma Paraphrasis sobre los Salmos. Autor D. Francisco Toredano, traducido por Mathias Juzguito.

Alfabeto dispuesto por D. Josef Hiponito Valiente.

Hipolito contra Hipolito. El Español Vindicado, i su Alfabeto defendido por D. Gabriel de Artabe.

Serios Dilemas del P. Fr. Juan de S. Antonio, Franciscano Descalzo.

Ilustracion i publicacion de 17 Secretos, que el Dr. Curbo de jo reservados. Su Autor el Dr. Ribera.

Defensa del Idioma Español por D. Gabriel de Artabe.

Hospital en que cura amor de amor la locura. Su Autor D. Diego de Torres.

Nuevo uso para reducir a reales de Vellon todo genero de Moneda.

Jubileo de las 40 horas, i Theforo de los que Oyen Miffa.

El Sol dela Fè en Marcella, i Conversion dela Francia de S. Maria-Magdalen Comedia de D. Bernardo Josef Reinero i Quinones.

El Jardinero de los Planetas. Almanak nuevo sobre el año 1732.

Restauracion dela abundancia de España. Segunda impresion. Su Autor D. Miguel Caja de Seruela.

- Historia Critica de la Persona de nuestro Redentor ajustada a la letra del Evangelio, conforme a los Santos Padres, i sagrados Expositores. Su Autor D. Salvador Josef Manuex. Sermones i Canonizacion de S. Luis Gonzaga i S. Estanislao Kaska.*
- Diario Historico, Politico, Canonico, i Moral, su Autor el P. Fr. Josef Alvarez de la Fuente.*
- Trahasus de incarnatione del Maestro Fr. Domingo Paraz Dominico.*
- Dialogos del Purgatorio: para examen de un libro publicado con el titulo Defensa de Doctos, i Armas contra imprudentes. Su Autor el P. D. Galpar de Oñdeno Cayetano.*
- Nueva Corona Angelica. Autor el P. Fr. Josef Francisco Posada, Clerigo Menor, Siglos Geronimianos, Historia Eclesiastica, i monastica, Tomo 9. Su Autor el P. M. Fr. Pablo de S. Nicolas.*
- De la era i fechas de Espanna. Chronologia Espannola i Reglas del Occidente, su Autor el P. M. Fr. Pablo Yanez Chronista de Su Mage. i de sus Reinos.*
- Medulla Juris in variis, & de jure competente sisco. Su Autor el Lic. D. Ant. Conterras.*
- Defensorio de las Ordenes militares. Su Autor D. Frai Innigo de la Cruz Maurique de Lara, Senor de los Cameros, Conde de Aguilar. Madrid, 1732, fol.*
- Greg. Majanili, Generosi & Antecessoris Valentini, Epistolarum libri sex. Valentia E-detanorum, apud Ant. Bardazar. 1732, 4.*
- El Poema bereyco del Macabeo, & Restauracion de Jerusalem. Su Autor Miguel de Silveyra, Madrid, 1732.*
- Bibliotheca Universal Franciscana, su Autor el P. Fr. Juan de San Antonio, Lector de Theologia, Custodio de su Provincia de S. Pablo, y Chronista General de la Orden de S. Francisco. Madrid, 1732.*
- Ant. Palomino Museo Pictorico. Madrid, T. I 1715, T. II 1724, c. fig. en. fol.*
- Didac. Sarmiento & Valladares & Vital Marin Novissimus Librorum prohibitorum & expurgatorum Index. T. I, II. Madrid, 1707, Vull 2, fol.*
- Juan de San Antonio Chronica de la Provincia de San Pablo, & Franciscos Descalzos en Castilla la Vieja. T. I, II. Madrid, 1728 & 1729, fol.*
- Nueva Recopilacion de las Leyes del Reyno, y Autos Acordados del Consejo, divididos en quatro Tomos. Madrid, en casa de Juan de Ariztia, en la calle de Alcalá. 1732.*
- Rasgo Epico de la Conquista de Orán, su Autor Don Eugenio Gerardo Lobo, en octavos: en casa de Juan Oliveras, frente del Correo de Castilla. Madrid, 1732.*
- Relacion de lo que se executó el dia 17 de Octubre de este anno de 1732, en la salida que hizo la Guarnicion de Ceuta contra los Moros, que pusieron el sitio. Madrid, en casa de Juan de Ariztia, en la Calle de Alcalá. 1732.*
- El Mundo engañado por los falsos Medicos: Discursos del Doctor Joseph Gazola, traducido del Toscano. Madrid, en casa de Juan de Moya, frente de S. Phelipe. 1732.*
- Modo Christiano, Politico y Cortesano de jugar bien al Rebasino, su Autor D. Miguel de Armendariz. Madrid, ibid. 1732.*
- Diario Espiritual. Glosa mistica de la Octava que dice: Yo para que naci? con siete consideraciones conferidas a las Principales virtudes de San Francisco Javier. Su Autor el Licenciado Don Gabriel de Arrabe. 1732.*
- Diario Historico, Politico &c. Su Autor el P. Fr. Josef Alvarez de la Fuente. 1732.*
- Leyes Penales de la Milicia Espannola, proceros i consejos de Guerra. Su Autor el Licenciado Don Francisco de Oya. 1732.*
- Theologia particular contrabida a la obligacion de cada imo de los hombres en sus ocupaciones, i oficios por el Dr. D. Nicolas Molina Guion. 1732.*
- Examen de Cirugia nuevamente anadido con las Operaciones. Su Autor el D. Don Martin Martinez. 1732.*
- Novena del Apostol San Judas Tadeo, compuesta por el P. Fr. Juan Melo, Religioso de la Orden de San Francisco. 1732.*
- Judica de todos los titulos de los Derechos civil, i Canonico, por orden Alfabético. 1732.*
- Poesias varias, i Anales de la Rinja con la Chronologia de los Reyes de Espanna hasta Don Felipe quinto. Su Autor el Licenciado Don Juan Josef Salazar. 1732.*
- Bibliotheca universal Franciscana. Su Autor el P. Fr. Juan de San Antonio. 1732.*
- Ranillete de Flores anadido por Juan de Lama. 1732.*
- Oratio ilustrado por el Dr. Diego Suarez de Figueroa. 1732.*

288 ACTOR. ERUD. SUPPLEM. Tom. X Sect. VI.

- Tercer Tomo del Diario Historico del mes de Marzo por el P. Fr. Josef Alvarez de la Fuente.* 1732.
- Cartilla Fisologica, Galenico-Espagica, Mathematico-medica escrita por el D. Don Juan Gimenez de Molina.* 1732.
- Practico Ejercicio de las virtudes: su Autor el P. Maestro Fr. Francisco Fajardo.* 1732.
- Epistola decima de Ovidio traducida de Latin en Castellano por Don Estevan Pietres.* 1732.
- Metodo racional, i Gobierno Quirurgico.* Su Autor el Licenciado Carmona. 1732.
- Crisol Especulativo, demonstrativo practico de la destreza de las armas constaminas en dos Tomos, compuesto por Don Nicolas Rodrigo Nobell.* 1732.
- La figura incorporada. Descarte politico de la baraja del entendimiento.* Su Autor D. Lucas de Montoya. 1732.
- Oracion Panegirica en accion de gracias a San Antonio de Padua por la feliz recuperacion de Orden por el Dr. D. Francisco Cano Machuca.* 1732.
- Adicion racional, i metbodica a la curacion de la Lupin contra el de los coloquios de Albeiseria.* Su Autor el Maestro Francisco Garcia Gobero. 1732.
- Discursos politicos i morales fundados i deducidos de la vida de la mistica Doctora Santa Theresa de Jesus.* Su Autor el Licenciado Don Pedro de Lofa. 1732.
- Monedas pesas, i medidas de Castilla.* Su Autor el Licenciado Don Josef Garcia Cavallero. 1732.
- Tomo 2 de la Biblioteca universal Franciscana.* Su Autor el Rev. P. Fr. Juan de San Antonio, Lector de Theologia. 1732.
- El tercer Tomo del Diccionario de la Lengua Castellana compuesto por la Real Academia, que contiene la letra C.* 1732.
- Tomo 5 Diario Historico del mes de Mayo.* Su Autor el P. Fr. Josef Alvarez de la Fuente, de la Orden de S. Francisco. 1732.
- Consulado del mar de Barcelona nuevamente traducido de Lengua Catalana en Castellana por Don Cayetano de Palleja.* 1732.
- Rasgo Epico de la conquista de Orden.* Su Autor Don Eugenio Gerardo Lobo. 1732.
- Modo Christiano, Politico, i Cortesano de jugar bien al reuesino.* Su Autor Don Miguel de Armentariz. 1732.
- Influacion de la divina piedad en la vida i revelaciones de S. Gertrudis.* 1732.
- Epistola decima de Ovidio; Ariadna a Theseo ilustrada.* 1732.
- Senatus-Consultus Hispania illustrata.* Su Autor D. Manuel Arredondo. 1732.
- Ovidio del Remedio del amor impuro comentado por el Dr. Don Diego Suarez de Figueroa.* 1732.
- Anno Eterno, dias antiguos, Discursos Evangelicos, formados en Platicas de obediencia, y documentos, segun el orden de las Dominicas, que se practican en la Congregacion de la Escuela de Christo.* Su Autor Fr. Francisco de S. Nicolas Serrate, Lector de Theologia, Definitor y Custodio de Provincia de San Diego, Franciscos Descalzos de Andalucia; en Sevilla en la calle de Genova, en casa de Antonio de Vargas. 1732.
- Despertador de la Fe de los ultimos siglos, traducido de Francés en Espannol, por el R. P. Diego de Quadros, de la Compania de Jesus, Maestro de Escritura, y Lengua Hebrea, en el Colegio Imperial.* Madrid, 1732.
- El Tomo quinto del Diario Historico del me de Mayo.* Su Autor el P. Fr. Joseph Alvarez de la Fuente. Madrid, 1732.
- Piissima erga Dei Genitricem devotio ad impetrandam gratiam pro avelculo mortis.* Madrid, 1732.
- Remedios de deplorados; probados en la Piedra Lidia de la Experiencia.* Su Autor D. Francisco Suarez de Ribera, Medico. Madrid, 1732, en casa de Francisco Lasso frente de San Phelipe.
- La Nueva Impression del Poema de la Moschea, de D. Joseph de Villaviciosa.* Madrid, en la Libreria de Juan Perez, frente de S. Phelipe. 1732.



1795

ACTORUM
ERUDITORUM,

Que Lipsiæ publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. VII.

PANTOPOLOGIA CALABRA, IN QUA CELE-
briorum ejusdem provincie locorum virorumque, ar-
mis, pietate, titulis, doctrina, sanguine illustrium,
monumenta expendantur. Autore Fr. ELIA DE
AMATO, S. Theol. Mag. & Doctore, a Monzato,
utriusque Provincie Calabriae, Ordinis Carmelitarum
bis Exprovinciali, Visitatore, Commissario & Generali
Diffinitore, Cathedrae S. Marci Examinatore Synoda-
li, nec non atque Academiae Incultorum ejusdem
urbis perpetuo Archi-Agri-
cola.

Neapoli, ex Typographia Felicis Mosca, 1795, 4.

Alph. 2 plag. 13.

Quantvis serius aliquanto Neapoli ad nos delatus sit hic
liber; nefas tamen putavimus illius memoriam notiti-
amque omnem in his *Eruditorum Actis* praetermittere, quip-
pe quae non ingrata accidere possit literariae rei amatoribus,
novoque Itatorum in hoc studiorum genere perficiendo lau-
dabili conjunctam emulationi industriam argumento demon-
stret.

00

stret.

stret. Clarissimus presentis Operis conditor, *Elias de Amato*, veluti variis sacrarum dignitatum titulis fulget, ita etiam pridem uno pluribus scriptis inter suos inclaruit. Pertinent huc, & sub Article *Montatum*, quam urbem patriam habet Noster, p. 268 seq. recensentur fere sequentia: *Il Coro delle Scienze ragunate a commendar le grandezze di Dio ne' suoi Santi*, Panegirici sacri, Neapoli, 1710, 4; *Lettere erudite, Chiofastico-Civili Accademico-Critiche*, Tomi duo, Genue, 1714, 4; *Congressi Accademici sullo discetabile Storico della Bibbia*, Tomi sex, Venetis, 1720, 8, &c. Postremi duo libri argumentorum delectu, varietate & pretio, amplissimam Autoris in sacris & profanis doctrinam ostendunt. Inter promissa & ad prelum parata habentur: *Theoremata Biblica super selectiora S. Scripturae dubia*; *Seculi Christiani illustrata dalla Cronologia Chiofastico-Civile*; *Viaggio per lo mundo fantastico de' Filosofanti*; *Inquisitio Philosophia Rationalis & Corpuscularis Democritica*; &c. Hujus, quam manibus tenemus, *Pantologia Calabriae* vestibulum ornat *Prodromus*, veluti Autor inscripsit, *Encomiaster, laudes Calabriae*, principis in regno Neapolitano Provinciae, ex scriptoribus priscais atque recentioribus, indigenis atque exteris, diligenter derivatas complexus, atque de illius origine, vetustate, opibus, naturae donis, artisque ornamentis, & similibus aliis, jucunde exponens, singulis, quae proferuntur, idoneis potissimum Autorum probatissimorum testimoniis confirmatis. Sequitur mox ipsum Opus, tanto magis ad veram Calabriae gloriam conciliandum comparatum, quanto praestabilior reliquis, in Prodrogo commendatis, merito putatur laus ab ipsa incolarum claritate repetita. Hoc secundum urbium nomina, Alphabetico Ordine disposita, instruxit Vir doctus, quae methodus & nobis commodissima omnium videtur. Unum requirimus fortasse non injuria, quod, cum variae urbes duplici nomine, priscais alio temporibus, alio iterum recentiori aevi, celebratae deprehendantur, quae miris interdum modis discrepant, Clarissimus *de Amato* in hoc casu utrumque haud semper annotaverit, sed, modo hoc, modo illud, prouti

prouti pronius ipsi fuit, præscripserit, *Antonii*, quod non diffite-
 tur in Præfatione ipsemet, *Vasconcellii* in *Historia Regum Lusitaniae*
 exemplum imitatus. Ceterum ad singulos urbium
 articulos, quarum conspectus ad calcem libri proponitur le-
 cturis, annotantur ut plurimum, veluti in fronte promissum
 est, quæ tum de locis ipsis, tum de eorundem incolarum ar-
 mis, pietate, titulis, doctrina, sanguine parta nobilitate, gratæ-
 que harum rerum posterorum memoria, reperire licuit. In
 recensendis *viris eruditis*, (hi enim ad nostros corymbos
 spectant maxime,) quandoque ingenii, quibus fulserunt, dotes,
 præcipue autem *scripta*, quorum beneficio illustrare rem li-
 terariam annisi sunt, & *merita* varii generis in eandem, com-
 memorantur; interdum etiam ab aliis Scriptoribus secus
 atque inexplorato de illis tradita de industria corriguntur.
 At Autor in Antecessione, prudenti ac humano Lectori inscri-
 pta, inter alia, *multa profecto carpturum esse reprehensibilia* in
 hoc Opere *Historicum*, *si invidio legat oculo*; *plura notaturum*
Grammaticum, *si rigido polleat animo*; metumque
 adeo censuræ asperioris, quam averruncatam optat, imo ju-
 bet, maxime a suo Opusculo, prodit manifestò. Nos vero,
 veluti invidum oculum non magis, quam rigidum animum,
 ad illius perustrationem attulimus, ita sancta fide Lectori-
 bus asseveramus, & *Historicum* & *Grammaticum* uberem
 passim hic & censendi & desiderandi materiam inventurum
 esse; quod ipsum tamen officit minime omnium, ut nul-
 lius manibus versari dignum inde habeatur prærsus. Ita e-
 nim comparatus est sere notitiarum literariarum genius, ut
 qualescunque etiam fontes illarum cupidis sitim facile restin-
 guant, satisque habeatur plerumque Lectori, ad mitius ar-
 bitrandum inclinato, addiscere quædam, & ex vulgarium de
 aliquo libro rerum farragine singularia decerpere, usui ali-
 quando ac jucunditati futura, quam illa ignorare universim.
 Libet nobis, ut tanto luculentior jam dictis in præsentif-
 simo exemplo veritas constet, vel duobus hæc ex utraque
 Parte repetitis speciminibus comprobare. Unum præbeat,
 de quo sub Articulo urbis *Croto* p. 163 seq. nonnulla differun-
 tur,

tu, nobilissimum priscis *Pythagora*, Philosophi, nomen.
 Hujus tum personæ, tum scholæ, tum disciplinæ, tum secta-
 torum, plactorumque postremum, adeo sterilis atque jejuna
 insinuitur ibi commemoratio, uti a nullo temere Autore
 levius atque frigidius potuisset expediri, majorique curari
 cum omnium subsidiorum, vel tironibus ubique prostantium,
 negligentia. Alterum ex adverso sappeditet præclaræ itidem
 quondam famæ vir, *Bernardinus Telesius*, primus omnium
 sæculo Christiano decimo sexto tyrannidis Philosophicæ *Ari-
 stoteleæ* in Italia, neque infelix prorsus, impugnator; de
 cujus gente, laudibus ac scriptis quædam hic leguntur aliis
 neutiquam prius animadversa. Ab illis vero huc referendis
 in eorum, quorum interesse fortean posset, gratiam tanto fa-
 cilis jam quidem abstinemus, quanto certiores nobis spem
 fecit Collega noster, *Joannes Georgius Lotterus*, publicis ty-
 pis tandem aliquando, intra tres fere menses, vulgatum in-
 spiciendi suum *de Vita & Philosophia B. Telesi* Commenta-
 rium, quem dudum ad finem perduxit, prius autem appare-
 re cohibuerunt impedimenta alia.

Altes und Neues Rügen, &c.

h. e.

*RUGIA VETUS ET NOVA, ID EST, EORUM,
 que in Rugie Principatu acciderunt, sive ad res civiles,
 sive Ecclesiasticas, spectant, Historia; Autore M.*

*ERNESTO HENRICO WA-
 CKENRODER.*

Gryphiswaldiz, apud Jacobum Loefflerum, 1732. 4.
 Alph. 2 plag. 6 $\frac{1}{2}$.

Quem librum Bibliopola A. 1730 prelo subjecerat omisso
 Autoris nomine, ignarus ipse, ut in Præfatione fatetur,
 qui sit hujus factus parens, eum nunc cum Supplemento re-
 cûsum Autori suo certiora edoctus restituit. Rev. *Wacken-
 rode-*

röderus, qui, cum hæc scriberet, ministerio verbi divini in Rugia fungebatur, translatus postea in Pomeraniam, universam Rugiæ Historiam hoc Opusculo comprehensus, *duas* ep̄is *Partes* fecit, quarum *prima*, quæcunque memoratu digna in rebus & civilibus & Ecclesiasticis acciderunt, habita serlei animbrum ratione, recensuit, *altera* vero de Præposituris & Pastoratibus Præpositisque & Pastoribus prolixè disseruit. Ex *Libris quinque*, qui *priorem Partem* absolvunt, priores bini religionem veterum Rugianorum ejusque faciem ante & post Christum natum sistunt, in quibus Rev. Autor ita versatus est, ut, quæ de Diis, Sacerdotibus, Sacrificiis, diebus festis, odioque & crudelitate in Christianum nomen, veterum Celtarum, Savorum, & Rugianorum maxime, apud recentiores harum rerum interpretes reperiret, veniret in rem suam. Præcipua Deorum simulacra describit, Svantoviti, Rugeviti, Poreviti, Radegasti, aliorum, abunde notorum, de quibus etiam parum in medium attulit, quod non ab aliis dictum sit prius. Immo nonnunquam Autores parum idoneos secutus, admiscet fabulas, satis interdum ridiculas. Rugiæ Romano-Catholicæ *Liber III* hujus *Partis* destinatus est, quo tamen non solum fata Monasteriorum & Ecclesiarum, aliæque ad sacra spectantia, sed & plura, quæ a principibus Rugiæ dominis ab A. 1169 usque ad 1533 domi militiæque gesta sunt, exponuntur, *Micralio* præsertim, *Cranzio* & *Cramero*, autoribus. Inde *Libro IV*, qui annos 1534 & sequentes usque ad A. 1648 complectitur, incrementa religionis purioris, ut ea in Rugia effloruerit, & radices egerit, enarrantur, admixtis aliis, ut in superioribus libris observatum est, ex Historia civili petitis. *Parti priori* finem *Liber V* imponit, reliqua continens, quæ ab A. 1648 usque ad 1707 in Rugia Suecico sceptro subjecta contigerunt. Atque ita Rev. Autor ad *Partem II* progreditur, in qua distinctis *quatuor Libris* singulas Rugiæ Ecclesias ita enumeravit, ut plerumque, descriptione loci præmissa, templa, redditus, parochianos, & alia similia, recenscat, Præpositosque & Pastores Evangelicæ religionis singulos, addita uniuscujusque biographia brevi, enarret. Accessit in altera e-

ditione huic *Parti* Pastoratus Trentensis descriptio, eodem modo, quo reliquorum, adornata. Enimvero, cum eorum, quorum vitam longa serie retulit Rev. Autor, nomina magnam partem sint ignobilia, resque ipsæ, quæ commemorantur, nonnunquam notatu vix dignæ, ideam de hoc, quod de aliis id genus laboribus, dicendum videtur, usum eorum esse perexiguum. Ceterum & in *prima Parte* multa minus accurate dicta & errores varii, præsertim in nominibus propriis, foedissime depravatis, reperiuntur, quod in libro, antequam prelo subiceretur, sæpius descripto, nemini mirum videri potest; quæ tamen omnia, quando hujus Historiæ prodibit Supplementum, emendatum iri promisit Bibliopola.

INTRODUCTIO IN CHRISTOLOGIAM MORALEM & Jus Divinum naturæ Christi humanæ. Pars I; exhibens normam actionum Christi moralium, seu Vindicias gloriose immunitatis Domini nostri Jesu Christi ab obligatione sui met ipsius legali in honorem Servatoris dogmatice concinnata a L. THEODORO CRÜGER, Pastore Primario Eccles. Kirchbaynensis.

Dresdæ & Lipsiæ, sumtibus hæredum Zimmermanni
& J. N. Gerlachii, 1732, 4.

Alph. 2 pl. 14.

Librum hunc & humanitatis & soliditatis conjugio esse conspicuum, res ipsa loquitur. Elegantissimam & Autore suo dignam Præfationem præmisit summus Saxonix superioris Theologus, & Polyhistor diligentissimus, *D. Valentinus Ernestus Læscherus*, Socer S. Rev. *Crügeri*. An socer genero, an genero socero de candore & perspicuitate in exponendis Theologiæ monumentis gravissimis gratulari magis debeat, venit in controversiam. Venerandus Socer in Præfatione docet, Theologis eruditis solidisque industriam laudi esse ducendam, præcipue in laboribus aut ab aliis nondum susceptis, aut statim a procorum inconstantia derelictis. Marcet enim

enim virtus Scriptorum nostri Seculi in enodandis doctrinis specialibus, quibus vestigia antecedentium nondum impressa apparent. Ut habeant, quod agant, viri otio, iudicio, & suppellectili convenienti satis instructi, Ven. coryphæus jam olim indicem elaborandorum suppeditavit in *Introductione ad Chrestomathiam Theol. Annalium Theologicorum Decennio primo præfixam* p. 53 & 63, in *Initiis Academicis Col. S. 4*, ac *Decimis Academicis P. VI* p. 372, 374, 394. In præfens in desideratis refert *Corpus veri purique juris divini*, vel collectionem sufficientem mandatorum & prohibitionum divinarum catholicarum & perpetuo valore præditarum, nec non sanctionum pœnaliū & beneficiorum omnium in sacro Codice occurrentium, porro rationum moralium revelatarum, nec non iudicatorum, quæ a Deo ἀπέσως profecta sunt, denique consiliorum Dei herilium. Porro ad eandem classem delegat *Collectionem certiorum Observationum de potentiis animi humani omnibus*, earum inter se iusto ordine ac œconomia, & connexionione cum momentis moralibus quibusque, ac *Collectionem omnium momentorum moralium, stimulantium & remorantium*: præterea *indicem morborum mentis, historiam conscientia, de nationum integrarum conscientia, de conscientia per diversas religiones discissa, Theologias morales personales* ex exemplis sacris. Ad intentatas ejusmodi doctrinas præfens quoque Tractatio spectat de Theologia morali Jesu Servatoris, quam, cohortante tanto Socero, gener admodum Rev. hic ex parte repræsentat, intentus de cetero edendæ Exercitationi *de Meliori Theologia Hibernorum, qui olim Scoti vocabantur*. Adspiret Numen Autori vitam tranquillam & valetudinem inoffensam! Autor ipse Præfationem suam quoque adjunxit de pretio vivæ cognitionis de Deo & Christo, præcipue ejus, quæ nititur luculentissimo Servatoris exemplo. In hac exponenda versati sunt *Jeremias Taylor, Downensis & Connorienſis Episcopus, D. Ernestus Salomo Cyprianus, Jesuita Joannes Croiset* in libro *Parallele des mœurs de ce siècle & de morals de Jesus Christ*, *M. Adamus Bernd* in *Unterscheid der Moral Christi und der*

der Pharisaer, Nicolaus Tschbeer in Reden und Worten Christi, vortragen von Theosophia cultore, erroribus gravissimis sedato, Thomas a Kempis de Imitatione Christi, qui tamen liber nobis videtur Thoma antiquior. Ad historiana scripti Crügeriani hæc habet. Magnificus D. Jo. Caspar Haferungius, Theologus & Professor Vitebergensis, affirmaverat in Diss. Crügeri inaugurali de Supplicationibus Christi pro semet ipso Porism. IV p. 26 sq. Christum, secundum humanam naturam spectatum, ad precandum pro semet ipso sicque ad servandam pro se legem moralem fuisse obligatum. Negaverant id Theologi ejus Academiae reliqui, in qua Decanus ipse Dissertationem inauguralem concinnat. Clasticum mox cecinit Sebastianus Edzardus, qui A. 1729, 8, edidit sub nomine personati Augusti Ludolphi Vindicationem Articuli de Christo a corruptela Haferungiana: Christum secundum humanam naturam per se obligatum fuisse, ut legi faciendæ studeat. In hac Crügerus noster compellatus fuerat ad dissensum vel consensum publico scripto manifestandum. D. Haferungius existimavit, hanc provocationem deberi incitationibus Crügeri, ideoque, suam sententiam ornaturus, cum orbe literario communicavit Crügerum ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενον. Crügerus id quidem negat. Noluit tamen controversiæ dare operam, licet privatim amicos ac querentes monuerit, sese a sententia Haferungiana esse alienum. Progressus est longius Ven. Haferungius in Programmate Strobachiano. Ea de causa pars Epistolæ Crügerianæ, eam in rem A. 1729 scriptæ, Relationibus Nov-antiquis II Beytrag 1730 p. 245 est inserta. Opposuit se in ipsa Academia Vitebergensi Staurophilus quidam, & edidit Christianopoli A. 1730, 12, Questionem, an Christus secundum humanam naturam non tantum ex officio mediatorio, sed & per se obligatus fuerit, ut universam, quam late patet, legem intueretur, ei que faciendæ studeret. Respondit D. Haferungius in libello: Graculus Æsopicus, seu Staurophilus, dum optimorum Theologorum testimoniis in fraudem veritatis abutitur, ignorantia & malitia convictus, & propria nuditate in ruborem

rem datus. In hoc provocatur *Crügerus* ad experiendum Martem apertum. At utinam Mars abesset a Christianorum scholis! Respondit *Stauropbilus*, edito *Specimine Theologiae amoris modestiaeque D. Haferungi erga proximum & dissentientes, ex Graculo ejus Aesopico, ut risucule appellat, exhibito*, A. 1731, 12. *M. Godefridus Christ. Claudius* tum quoque evulgavit *Gloriam Christi a Flaviano Haferungicis defensam*. Nuper *Jo. Frid. Wagnerus*, Noribergensis, edidit libellum: *Apolo-
logia pro celeberrimis Autoribus Antiquo-novorum & pro Anonyma quodam adversus D. Haferungi Crügerum ὑπὸ τῆς συναιδέουσις ἀδελφόμενον conscripta*, 1731, 12. Anonymus ediderat *Considerationem Paragraphi XII Dissertationis Haferungianae de Supplicationibus Christi pro semet ipso*, 1729, 8. Dolemus sane, rem in nervum erupisse, ac fuisse, qui exemplum mansuetissimi Christi non satis ob oculos posuerint, quem nemo magis imitatur, quam qui vulnera Ecclesiae lenit, & salva veritate, sancto amore tegit. Si numero sententiarum & testimoniis Theologorum Evangelicorum controversiam definire placet, lis est perorata & sublata. Admiramur *Augustinum*, tum ob egregias doctrinas, tum ob libros *Retractionum* editos. Summa profecto is dignus est gloria, qui sententiam retractat, quae scopo assumptae humanae naturae Christi & unctioni ultra modum in ea susceptae repugnat. At controversia ipsa sic est comparata, ut legis & obligationis legalis, & naturae Christi humanae, intima attingat viscera. Ab una parte occurrunt denominationes Christi, per quas *servus, legatus, legi obnoxius factus &c.* dicitur, *fides in domo, invocatio, supplicatio, gratiarum actio, exemplum faciendae legis, impletio voluntatis divinae, obedientia ad crucem, sponso de obedientia &c.* Ab altera parte occurrunt *scopus assumpti corporis humani, indivulsus nexus humanae naturae cum divina natura & majestate ac dominio atque potestate judiciali ac legumlativa, perspicua S. Scriptura dicta, consensus Theologorum, recepta sententia, & antiquitas sententiae, gratia indebita sese legi pro aliis subjiciendi, & momenta complura alia.* Si attendimus ad gloriam Christi

amplificandam, dōmini dominantium & Regis Regum causa dicta est. Fortassis *obligationis* vocabulum ita enodari potest, ut utrinque pax gratissima coeat. Ea enim est vel voluntaria, gratuita & exemplaris, immunis a coactione, necessitate & submissione, & hac quidem ex natura finita, eaque imperfecta, fuerit, vel, si proprio nomine eam sumas, est ratio naturæ per se non sanctæ nec ad majestatis divinæ usum & possessionem evectæ, quæ finitam voluntatem rationalem, cui sanctitatis fons arctissime communicatus & majestas a Deo data deest, in perpetuum obnoxiam & subjectam supremo Domino ejusque voluntati reddit. Facile patet, quid prudentia Ecclesiastica suadeat, jubens, ne novis vocabulorum acceptionibus amor in proximum, concordiz, & advertendis litibus, minus consulamus, dum controversiæ magis minuentiæ sint, quam augendæ. *Pars prima* Christologiæ moralis *Crügeriana* distributa est in *Sectiones duas*, & Mantissam *παράσκευστικήν* de entibus moralibus Christi generatim spectatis. *Sectione priori* expenditur indoles & discrimen obligationis & subjectionis legalis; *posteriori* ostenditur, Christum esse immunem ab obligatione per se legali. Et quidem hæc constat e Capitibus quinque. *Primum* stabilitur in seipsum per quinque argumentorum classes. *Secundum* resolvit dubia dissentientium, & *ἔλεγχον οὐκ ἐπιθετικῶς* *Haferungianum* modeste ac humaniter declinat. *Tertium* vocat libros symbolicos Ecclesiæ Lutheranz omnes & Patres Ecclesiæ primæ in subsidium. *Quarto & quinto* exhibentur suffragia Theologorum antiquiorum & recentiorum. Hæc est libri summa. Delibabimus adhuc unum & alterum. Radix obligationis a parte Dei est sanctitas infinita seu concordia omnium attributorum purissima in dominio super substantias finitas, libertate gaudentes contradictoria & contraria, sese exerens. Radix obligationis præstandæ est a parte substantiæ finitæ in subjectione posita, per quam hæc substantia, ut finem, sibi præstitutum a Deo, consequatur, debet actiones suas insinuere ad voluntatem legislatoris, ni sine divinitus præstituto excidere, ac poenam contrahere velit. *Debitum* fundatum est

In dependentia, quæ duplici respectu expendi potest, videlicet tum ratione existendi, tum conservationis percipiendæ. Fundamentum innititur facultati perficiendi naturam finitam, & finem bonum a Deo præstitutum sensim obtinendi. Facultas hæc conjuncta est cum facultate ea, qua quis potest omittere illum perficiendæ suæ substantiæ actum. In Christo ejusque natura humana, in subsistentiam & unionem personalem τῷ λόγῳ assumpta, adest radix obligationis activæ, non passivæ. Nam Christus homo per illam unionem est iudex & dominus mundi, atque Rex æternus. Repugnant vero invicem hæc duo: dominum esse & iudicem mundi, & pro sese esse legi subjectum. Cessat enim obligatio passiva, quando 1) existentia est voluntaria, 2) & pro aliis tantum ex mera gratia & favore indebito suscepta, 3) conjuncta cum indivulso sanctitatis summæ nexu, 4) excludens facultatem omnem plenioris pro sese perfectionis, 5) inhærens sempiterno divinitatis conjugio, per quod in humana Christi natura habitat omnis plenitudo Deitatis ac attributorum complexus, majestas suprema, ac dominium excellentissimum. Si Christus foret merus homo, utique obligatio passiva locum inveniret. Sed num filius Dei obligatus erat per legem quandam ad assumendam naturam humanam? Nonne humana natura per assumptionem & eversionem in subsistentiam & communionem τῷ λόγῳ est beatissima? Num excogitari potest actus, quo status humanæ hujus naturæ magis perfici & ad majorem felicitatem perducere potest? Nonne per summam felicitatem, ex unione personali fluentem, voluntas Christi hominis est voluntati divinæ congruentissima? Nonne sanctitas hæc summa, felicitati supremæ & majestati perfectissimæ juncta, excludit omnem præmii & pœnæ respectum, omne virtutis incrementum, omnem felicitatis accessionem? Quare igitur pro se Christus homo ad legem servandam obligatus foret? Promissio agendi hoc & illud si obligationem passivam involvit, Deus pater ab ea non erit immunis. Quare nec sponsio Christi mediatrix ex obligatione passiva profluxit; nam sibi nihil inde meruit, nullius quippe felicitatis

Pag. 6.

10.

15 sq.

tis majoris indigus vel patiens. Ut Rev. *Crügerus* hæc ostenderet, ex Jure Naturæ & Philosophia morali præmisit nonnulla de entibus moralibus, obligatione ejusque fundamento, materia, objecto personali, forma & fine. Principium obligationis passivæ ipsi est *voluntas legislatoris obligantis promulgata, a cujus potestate subjectum obligandum non est immune*. Subjectum igitur obligandum est id, quod fontem perfectionis acquirendæ majoris non intra sese & suam naturam essentialique habet, sed in Domino suo, ac perfectionis illius non redditur particeps, ni actiones suas liberas ad sanctam Domini voluntatem attenperet. Sancta vero illa voluntas, quia fertur in omne bonum, ejus creatura capax est, non potuit non adminiculum dare & medium, quo desiderii ad felicitatem anhelantibus consuli possit. Voluntas vero illa impune contemneretur, ni Deus emereret eâ perfectione, qua creaturas finibus convenientissimis destinare potest. Inde elucet ejus *dominium*, quippe quod consistit in rebus dependentibus ad fines suos adhibendis. Subjectum vero, quod majorem perfectionem acquirere non potest, ac fontem felicitatis in sua persona perpetuo possidet, dici non potest obligandum. Deest enim usus, finis, & ratio sufficiens, cur id obligaretur. Cessante vero obligationis fundamento, cessat obligatio ipsa. Præterea Christus est Dominus legis *Marc. II, 28*; quomodo igitur se est ipse superior & inferior? Si obligatus pro se ad legem est; ergo se est ipse inferior. Si ideo obligatus ad legem, quia ex mera gratia officium mediatorium sponndit; ergo se ipse obligat, hoc est, simul est ipse se superior & inferior, eodem respectu morali. At quis hæc suo calculo approbabit? Consensu quidem liberrimo Christus sese subiecit legi, sed ad homines, in peccata prolapsos, redimendos, nequaquam ad semet redimendum a pœna prævaricationis, *Gal. IV, 4, 5*. Affertur porro discrimen inter *ἐννομίαν* & *ὕπονομίαν*, *Rom. VII, 21, Act. XIX, 39, 1 Cor. IX, 21*, obviam. *Ἐννομίαν* exponit statum legi congruentem, perseverantiamque in tenore legis: *ὑπόνομίαν* per statum transgressionis legis divinæ: *ὕπονομίαν* per obli-

obligationem legalem, quæ inhibet libertatem instar freni, & actionibus imminet, reddendo eas voluntati legali obnoxias. *Paulus* se se vocavit *ἐννομον τῷ Χριστῷ* 1 Cor. IX, 21. Monet Noster, νόμον hic notare doctrinam, uti vox ΠΠΠ, Pag. 23. quo sensu νόμος πίστεως occurrat Rom. III, 27; ac ἐννομον Χριστῷ esse perseverantem in doctrina Christi, obligationem generalissimam ad instituta Christi includente. Ἰπποκρίτων Noster exponit per subjectionem legalem, quæ pendeat ex possibili abusu libertatis emendando. Humanam Christi naturam esse ὑπόνομον, omnes negant; ἐννομον esse, unus & alter affirmat. Digreditur inde ad ὑποταγήν, quam per subordinationem seu subjectionem ad certum ordinem restrictam interpretatur, moneitis, ὑποταγήν communem esse & 31. eis, qui legi adversantur, & eis, qui in ejus vinculo & observatione ultro ac lubentes persistunt. Hoc probat ex 1 Cor. XIV, 32. 2 Cor. IX, 13, ubi dona divina hominibus concessa ad ὑποταγήν referuntur, hominibus, inquam, justis & piis. Docet deinceps ex Juris Naturæ scriptoribus præcipuis, illum 35 sq. duntaxat obligari, qui legislatoris imperio sit subjectus. Argmen eorum claudat, inquit Vir Reverendus, qui ducere id 37. posse jure putandus est, acutissimus avi nostri Philosophus, Chr. Wolfius. Affertur distinctio inter dissimilitudinem acci- 39. dentalem & diversitatem ipsam realem, atque ipsa quidem applicata ad obligationem & subjectionem moralem. Utramque hanc vocat Autor dissimilem, a diversitate tamen reali liberam. Qua occasione adoptat principium rationis suffi- 41. cientis, idque collaudat, & convenientiam dissimilitudinemque obligationis ac subjectionis legalis per omnia causarum genera demonstrat. Alibi ὑπόνομος ei dicitur is, cui sub legis servitute gementi peccatum dominatur; ἐννομος vero is, qui cum voluptate legi obsequatur. Ubi generalia de obligatione & subjectione dogmata ad rem præsentem accom- modantur, ostenditur speciatim, actiones Christi esse ipsam legem divinam exemplo expressam, ex obligatione aut subje- ctione legali tamen pro semet ipso ipsas non fluere, quæ quippe utramque transcendunt. Largitur etiam, naturam 55. Chri-

Christi humanam suo modo fuisse *ἐννομον*; negat vero, eam obligatam aut subjectam legi *ratione sui*met fuisse. Id quod in *Secl. II Cap. 1* argumentis comprobatur, quæ ad quinque classes sunt revocata. Præmittitur status controversiæ, & venuste monetur, humanam Christi naturam citra unionem personalem & extra *ὑπόστασιν τῆ λόγου* abstractivè consideratam esse ens rationis, a sacris literis & doctrinis practicis, e. g. adoratione Christi, alienum. Negatur, Christum in statu exinanitionis, eumque hominem, sed *θεοῦ θρώπον*, obligatum fuisse *extrinsecus* ad legem pro semet servandam & implendam. *Intrinsicus* fuisse obligatum, si quis dicit, is largitur, aliquem obligare se ipsum. Quod, si propriè loquimur, ad *obligationem* non pertinet. En rationes: 1) Christus Servator gaudet perfectissima, eaque interna, libertate, *Jo. X, 18*, addimus, tendente, per supremam sapientiam, ad fines semper convenientissimos & optimos. Restricta fuit illa libertas, sed ultro & pro nobis. Oportebat ipsum pro nobis pati, eo quod liberrime & sanctissime ita constituerat. Erat enim ipsi potestas summa in corporis humani assumpti mortem & vitam. Quis sanctissimum Dominum credet reum legis legive obnoxium? At Christus fuit obligatus ad *ἐντολήν* patris perficiendam. Respondet Noster, *ἐντολήν Jo. X. 18*, notare *institutum*, & *ἐντάγματα* legaliter semper obligare, negat. Idem ex complexu orationis ostenditur, in quo de vinculo legis moralis nil habetur, sed potius agitur de œconomia officii & *ἐξουσίας* Christi. Alibi quoque manifestatio arcanæ Dei destinationis dicitur *ἐντολή*, ut *1 Jo. V, 3*, simplicissime *ἐντολή* vertitur per *dispositionem* vel *destinationem*.

91 seq. 2) Christus est intrinsicus, absolute & perfectissime, reclus ac inhxsiive sanctus, ac secundum humanam naturam possidet communionem omnis perfectionis divinæ, *Deut. XXXII, 4. Pf. XCII, 16. Ebr. II, 10, 1 Petr. I, 15, Luc. I, 31, 35, Matth. XVI, 16*. Præterea Christi humana natura sanctitatem tenet, ab essentiali sanctitate divinæ Christi naturæ dependentem, non ab obligatione legali profectam. Inferitur translatio loci *Esaiæ LIII, 9*, commodissima hunc in modum: *Oclusit Messias improbitates nostras in sepulchro, & constituit*

98.

106.

no.

nostrum quemvis divitem per mortem suam. Atamen non fecit violentiam, nec in ore ejus fuit periculum (peccandi pro sese). Christus dicitur sanctissimus *Dan. IX, 24, Ebr. IV, 15.*

3) Christus homo fulget gloria *ἐνδοξαίας* divinæ, ideoque est dominus legis per se, minime pro sese servus legis. Obiter notatur moralitas objectiva & intrinseca. Sed ea exponi potest per fundamentum moralitatis, quod in objectiva convenientia effectuum ac actionum possibilium cum agentis statu ponendum. Fortassis vocabulum *moralitatis & obligationis objectivæ* sic improprie sumitur. Sed furtum tamen a Deo non potuit in virtutem mutari ac præcipi, qua tale. Oportet igitur ponere fundamentum objectivum moralitatis, & id immutabile & æternum. Sed id fundamentum existit tum in sanctitate Dei, ratione æternæ originis, tum in dominio Dei in spiritus finitos, ratione obligationis factæ. Egregie hæc ex mente *Lascheri*, Soceri Venerandi, recenset Autor. En viam mediam, quæ satisfacere potest eis, qui, ne Deum tollant, moralitatem objectivam fugiunt, & ad unicam Dei voluntatem seu arbitrium rejiciunt obligationis legalis fundamentum; nec minus eis, qui veritatibus absolutis, quarum ratio a possibilitate interna pendet, contemplandis innutriti, moralitatem objectivam i. e. quæ ab æterno obversatur intellectui divino, affectantur. Cum vero naturæ non obligentur, sed personæ, & Christus homo personalitate divina subsistat; ideo facile intelligitur, Christum hominem per & pro sese haud subjectum esse legi. Qua de causa corpus Christi quoque fuit *ἁφ' ἑαυτοῦ, Ps. XVI, 10, Actor. II, 31.* Videri tamen poterat nonnullis, obligationem Christi pro se legalem derivari posse ex donis sanctificantibus & administrantibus, Christo homini peculiariter infusis, e. g. spe, fiducia, charitate, patientia, precibus, &c. Sed hæc ad officium mediatorium spectant, per quod Christus sub culpa nostra, in sese suscepta, gemebat, preces effundebat, eventum gloriosum sperabat, patientiæque exemplum præbebat. Exinanitionis enim scopus unice ex susceptis deprecatoris partibus pendebat. Ergo ea, quæ ex statu exinanitionis per se fluxerunt,

Pag. 132 sq.

134.

143.

151.

Pag. 173.

ruat, ad communem fontem reducenda sunt. Huc indubie spectat supplicatio ac deprecatio. Quid enim sibi expeteret is, qui nullius rei erat indigus, ac felicitatem summam, quantum adire poterat, per unionem personalem possidebat?

4) Christus homo erat in statu exinanitionis quoque dominus Sabbati. Ergo legi de Sabbato subjectus non fuit. Similis ratio reliquorum decalogi præceptorum, *Luc. VI, 3. Marc. II, 28.* 5) Christus homo erat exemptus a tenore præcepti quarti, *Matth. XVII, 26. Jo. XIX, 11.* 6) Actiones humanæ Christi unice pertinent ad redemptionem hominum & ad exemplar sanctitatis exhibendum. Alium scopum ex sacris literis haud addiscimus. Si pro se Christus legem præstare debuit, dubii hæremus, an aliquid, an dimidium, *Jo. 10. nostro* præstiterit, & nil restat, nisi ut nosmet ad exemplum ejus legem divinam exacte impleamus. Quod ipsum est illud præcipitium, in quod sanctificationis illius, quæ justificationi inimica est, præcones nunc certatim ruunt. Omittimus cetera, quæ facile ex hisce dijudicari possunt. Dubia enim obruta feliciter solvuntur. Testimonia præcipuorum Theologorum, quos Academix Evangelicæ suspiciunt & plurimi faciunt, ac ipsius Ven. *Speneri*, uno quasi ore pro immunitate Jesu Christi ab obligatione sui met ipsius legali pronuntiant. Gratulamur Viro præstantissimo de labore suo tam utiliter & modeste collocato, Christologiæ moralis *Partem secundam* anxie expectantes, ac, ut eam propediem cum Theologis communicet, votis ardentè conceptis expetentes.

GABRIELIS SCHWEDERI, JCTI, ANTECESSORIS Tubingensis, Sc. Disputationes variæ, ex Civilis, Privati, Publici, atque Feudalis Juris prudentia selecti, argumenti, conjunctim editæ, summis marginalibus, additionibus nonnullis, atque copiosissimo Indice, auctæ, cura nepotis, WOLFGANGI PAULI BURGERMEISTERI DE DEI CISOU.

Tomi II.

Eslin-

Eslingæ, typis Theophili Mæntleri, 1731, 4.

Tomus I Alph. 6 plag. 22. Tomus II Alph. 8 plag. 20.

Si animus esset nobis commemorare præclara & æternitate digna Amplissimi *Schwederi* in Jurisprudentiam merita; verendum nobis esset magnopere, ne importuno nostro elogio Viri summi laudes in illustri loco positas obtereremus magis, quam evheremus. Tam excellenter enim, tamque insigniter, Juris publici scientiam, quæ ante ipsum inculto sordidoque habitu pæne depressa jacuerat, exornavit, illustrioremque reddidit, ut permagnam splendoris sui partem acceptam referat *Schwedero*, qui sagacissimam mentem, candidumque & a partium studio alienum pectus, præcipuum Juris publici doctoris ornamentum, ad illam attulit, & libris, singulari doctrina refertis, editis, præstantissimæ scientiæ pontificia mirifice ampliavit. Nec minori industria, nec infeliciori successu, Juris civilis, pontificii, beneficiarii que, curam in se suscepit, nec in ipsa senectute unquam a pristino studio laboreque cessavit. Peregregium hujus rei documentum præbent Dissertationes Academicæ, summo studio summaque diligentia conscriptæ, quas dispersas errantesque in unum corpus collectas orbis literati conspectui obtulit nepos *Schwederi*, *Wolfgangus Paulus Burgermeisterus de Deichsou*, Vir clarus, & non ignobile inter eruditos nomen consecutus. Dabimus, cum angustæ illæ, quibus circumscribimur, regiones non permittant, ut singulas Dissertationes perlustremus, titulos earundem, ex quibus, tanquam ex Phidæ quodam signo, de præstantia & dignitate hujus Operis unusquisque facile judicare poterit. Prior Tomus continet Dissertationes *I de Foro illustrium, Imperio Romano-Germanico immediate subjectorum; II de Privilegio fori personarum miserabilium; III de Matrimonio ad Morganaticam; IV de Meliorationibus feudis; V de Privilegiis juribusque singularibus personarum illustrium; VI de Clausula Investituræ Feudalis; cum pertinentiis, ejusque effectu; VII de Exceptione non impleti con-*

tractus; VIII de Usuris pretii tardius solati; IX de Successione feudali; X de Clausula testamenti personas honoratas ultima testatoris voluntati contravenientes relictis privante; XI de Remedio L. III C. communia utriusque iudicii lesis in divisionibus succurrente; XII de Condiçione ex lege liberis ad supplementum legitime competente; XIII de Jure Sacratissimi Imperatoris & Imperii in Ducatum Mediolanensem; XIV de Jure liberorum infcio vel non consentiente patre legitimorum; XV de Dinumeramentis & Reversalibus feudi; XVI de Fructibus feudi; XVII de Domnio Sacri Romano-Germanici Imperii; XVIII de Renunciatione appellationis; XIX de Serenissimorum Comitum Palatinorum Rheni singularibus juribus, ac prerogativis precipuis; XX de Alienatione bonorum fideicommissio obnoxiorum; XXI de Agnitione & approbatione ultima voluntatis defuncti; XXII de Jurisdictione per investituram feudalem concessa; XXIII de Pacis religiosa constantia & perpetuitate; XXIV de Jure agnatorum in feudis; XXV de Impedimentis. Tomus posterior complectitur Diss. XXVI de Insignioribus Imperiorum & regnorum Europa revolutionibus & mutationibus, qua per elapsum Seculum XVII & paulo post in plerisque Europa regnis contigere; XXVII de Electione Imperatoris; XXVIII de Felonia Domini; XXIX de Augustissimi Imperatoris reservatis; XXX de Pari nexu civitatum Imperialium cum S. R. Imperio; XXXI de Voto decisivo Civitatum Imperialium in Sacri Romano-Germanici Comitibus universalibus; XXXII de Controversiis Juris publici; XXXIII de Autoritate publica ad pignoris seu hypotheca publica constitutionem necessaria; XXXIV de Concursu & electione utiliori remediorum contra sententias in supremis Imperii tribunalibus latis; XXXV de confirmatione Jurium & Privilegiorum ab Augustissimo Imperatore, Statibus, aliisque membris Imperii, facienda; XXXVI de Feminarum in feudis cum masculis concurrentium exclusione, horumque prerogativa; XXXVII de Casu practico in puncto Successionis feudalis in feudo feminino; XXXVIII de Serenissima Domus Austria pre-

præeminentiis, prerogativis, juribus, ac privilegiis præcipuis, & in specie de Augustissima hujus Demus Judicio Provinciali Casareo Suevia; XXXIX de Statutorum alienationem bonorum immobilium in Ecclesias & Clericos prohibentium validitate; XL de Advocacia ab Imperatore Protestantium Ecclesiis non minus, ac Rom. Catholicis, aequali jure præstanda; XLI de Origine Juris Suffragiorum; XLII de Appropriatione feudi; XLIII de Coexercitio sive simultaneo utriusque Romano-Catholica ac Evangelica Religionis exercitio, licito ac illicito; XLIV de Controversiis ex Institutionibus Justinianeis; XLV de Collatione Capitulationum Casarearum post Westphalicam pacem factarum, cum Projecto Capitulationis perpetua Commissali; XLVI de Jure eundi in partes, sive de casibus a jure majoris partis in Comitibus S. R. G. Imperii exceptis, in Instrumento Pacis Westphalicae Art. V §. 52 formatis. Excipit Dissertationes Schwoederianas Appendix, in qua reperies quatuor scripta, quæ libertatem decimarum laicalium a contributione ad refectionem Ecclesiarum parochialium asserunt, impugnant, vindicant. Duo scilicet Jctorum Tubingenium responsa, Herbipolensium & Illustris Bahmeri de hac lite judicium. Favemus tam perutili fructuosoque labori, in quo nihil, nisi stili elegantiam, accuratoremque verborum curam, facile desideraveris:

DE TERRA MEDICINALI TOKAYENSI,
a Chymicis quibusdam pro Solari habita, Tractatus Medico-Physicus; Autore D. DANIELE FISCHERO,
Hungaro, Comitatus Scepusiensis
Physico, &c.

Uratislaviz, apud Mich. Hubertum, 1732, 4.
 Plag. 19.

Quantum Historiæ Naturalis studium promoveri, variarumque traditionum vel veritas confirmari, vel vanitas confuta-

fatari queat, si quisque feram indigenarum accuratius inflitueret examen, atque, si quid notari dignum deprehenderet, benevole cum aliis communicaret, probe gnarus Cl. Autor naturalium in Pannonia scrutinium curæ semper cordique habuit. Cujus industriz suæ specimen hunc *de terra medicinali Tokayensi* Tractatum esse voluit, plura si hæc Lectoribus arriderent, ex ingenti curiosorum Hungariz copia pollicitus. Sub initium iusto, uti videtur, zelo abreptus, contra illos, qui omnem naturæ ordinem intra angustos aliquot elementorum cancellos coercere conantur, per aliquot plagas disputat, cumque plurimi inter hæc terram quoque referant, quam parum huic elementi nomen competat, evincere studet, inde ad varias terrarum medicinalium species delabitur, earumque notas atque virtutes commemorat, donec tandem §. 25 ad terram medicinalem Tokayensem, cujus gratia totam hanc descriptionem suscepit, se convertit. *Primum* de ejus virtutibus scripsisse putat *Jo. Cratonem a Krafftbeim*, atque ejus ductum omnes, qui ejusdem injecere mentionem, absque ulteriore tentamine, secutos putat, unde factum, ut parum ad hunc diem certi de indole ejus ulterioribus comprobata documentis constaret. Locus hujus terræ natalis est oppidum Tokay, ejusque adjacentes vineæ, ob præstantissimum, quod ibi generatur, vinum longe lateque inclutum, ad cujus præstantiam hanc ipsam terram, ex qua nutrimentum capit, multum conferre putat Cl. Autor. Terra hæc partim rubra, partim alba, reperitur, & quidem in eodem loco, ita, ut superius stratum albo gaudeat colore, inferius vero rubro sit conspicuum, quæ bina strata ita arcte sibi invicem cohærent, ut unum separare ab altero inani conatu contendas; ceterum ad tactum unguinosæ, densæ, leves tamen & friabiles, reperiuntur, & odorem spargunt argillacem; linguæ admotæ, tenaciter adhærent, atque glutinosum quid exhibent, saliva imbutæ, cum stridore in partes minutas dissolvuntur, atque substantiam quoque arenosam ex parte sistunt. Ex quibus phænomenis aliisque experimentis ab ipso institutis colligit, has terras esse venas metallicas immaturas, per
kali-

halitus acres in substantiam terream ac friabilem mutatas, martialem profapiam referentes. Qua occasione acriter admodum contra illos disputat, qui solares has venditarunt, quos inter potissimum Cl. *Jo. Georg. Siegesbekium*, qui in *Annal. Uratislav. Medico-Physicis A. 1721 p. 525* a solari sulphure in illis latente singularem sibi efficaciam pollicitus est, sibi refutandum sumit. Neque enim aurum ulla arte inde elici posse testatur, neque singulare sulphur solare agnoscit, cum omnia omnino mineralium sulphura inter se conveniant, & pro diversa solum minera ad hoc vel illud metallum generandum concurrant. His de natura & contentis harum terrarum prælibatis, in usum earum inquirat, atque denuo fuse admodum contra *Siegesbekium*, qui virtutem illis antiloinicam atque analepticam ob sulphur solare tribuit, tincturamque solarem inde paratam extollit, non sine magna animi contentione disputat; neque tamen usum harum terrarum in peste etiam atque aliis febribus continuis malignis rejicit, sed pro ratione indicationis a Medico prudenter judicandæ concedit. Scilicet, ubicunque moderanda humorum commotio nimia, eorumque æstus temperandus, ac turbata mixtio corrigenda, laxiorque fibrarum tonus roborandus est, ibi egregie prodesse terrarum harum usum fatetur, verbo, omnes illis laudes, quas veteres & recentiores bolo Armeniæ, terræ Lemniæ, sigillatæ Silesiæ, ex merito tribuerunt, competere, atque has commode illis substitui posse, experientia multiplici edoctus, asserit.

ΑΓΑΠΗΤΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΣΧΕΔΗΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗΝ, *Agapeti Diaconi Schedam Regiam præceptorum de officio boni Principis ad Imperatorem Justinianum recensuit, notis JACOBI & JAC. PANCRATII BRUNONUM & suis, Indicibusque instruxit JO. AUGUSTINUS GROEBELIUS.*

Lipsiæ, impensis Jo. Christiani Martini, 1733. 8.

Plag. 14.

Quo plus in universam rem publicam solet emolumentum redundare ex solida & decenti puerorum institutione, eo majores gratiæ illis suo jure decernuntur, qui hoc bonum publicum pro virili adaugere contendunt, & tum viva informatione, tum scriptis salubribus & captui juventutis accommodatis, salutem communem promovere allaborant. Atque huc cum Cl. *Græbelius* in edenda *Agapeti Schedæ Regiæ* omnem operam ac studium impenderit, unusquisque facile perspiciet, quanti hæc sit industria, utilitati communi adeo proficua, æstimanda, quam in laudato libello tam emendando, quam illustrando, consumpsit. At dixerit forsitan aliquis, quid scholis cum *Agapeto*, qui de officio boni Principis exponit, cujusque lectio tantum ad Principes pertinere videtur? Sed huic dubio jam ipse respondit Doctiss. Editor, & hunc ipsum libellum vel ideo in scholis legi posse censet, quia vita Principis norma nostræ est, & vim legis dominantis exemplum habet, nec minus pœnæ metu ad recte faciendum, quam obsequio & æmulandi studio, invitatur. Huc accedit, quod mature assuefaciendi sunt pueri, ut intelligere discant, quam angusta sit, quam summus Rex illis imposuerit, Principum persona, ut a primis statim annis illos colant & observent. Denique vitæ regulæ, quas Principibus tradit *Agapetus*, omnis ætatis ordinisque hominibus communes sunt & convenientes. Quod vero ad operam, quam in hac editione præstitit Cl. *Græbelius*, attinet, id sibi negotii datum existimavit, ut textum, quam fieri potest, emendatissime ex editionibus inter se collatis exhiberet. Quo factum est, ut sæpius lectionem aliarum præferret illi, quam *Brunonum* industria procuratam sequendam sibi duxit in primis. Annotationes vero, quas modo appellavimus, *Brunonum* nonnullis etiam suæ industriæ documentis & doctrinæ auxit. Quæ licet plerumque sint illis longe breviores, tamen id non tam dicendorum inopia, quam brevitatis studio, factum esse, exinde

Pag. 21, 24,
60.

de patet, quia nonnunquam etiam longiores, re ita postu-
 lante, adjecit. Accuratæ sunt satis pleræque, & ingeniis te-
 neris perquam commodæ, in eo tamen nobis vix proban-
 dæ, quod interdum exhibeant analysin verborum a regulari
 formatione nihil abeuntium, ignaviæ discipulorum tantum-
 modo patronam. Nec satis circumspicte verbum Activum
 πρῆξις dicitur significare *vado*, cum sit ex consensu tam vete-
 rum, quam recentiorum, *mitto*, æque atque illud, quando Opta-
 tivus ἀπολαύσεαι cum vulgo Grammaticorum dialecto Æ-
 olicæ tantum adscribitur, qui tamen apud *Isocratem*, *De-
 mosthenem*, aliosque Atticæ elegantix scriptores, est frequentissi-
 mus. Sed hæc tamen non tantum facile incommodum
 juventuti allatura esse existimamus, quantum ex reliquis u-
 tilitatis in pubem dimanaturum esse speramus. Atque ex his
 ipsis annotationibus etiam cognoscitur, Cl. *Græbelio* deberi
Hugonis pia desideria, doctissimis nuper interpretationibus
 in lucem emissis, eumque variis jam Programmatibus e. g. *de
 Terræ filiis*, *de Affectata divinitatis reis*, *de Præcis Acoem-
 tis*, *justæ lucubrationis exemplo*, de orbe literato bene meri-
 tum esse. Illud tamen hunc *Agapeti* libellum perlustrantes
 inprimis male habuit, quod liber, qui pueris prima Græcorum
 rudimenta tractantibus exscriptus est, scædissimis qaandoque
 nec admodum raris operarum erroribus vehementer labo-
 rat, quod ipsum non mediocre solet pueris impedimentum
 esse in accuratiore Græcæ linguæ discendæ ratione. Cete-
 rum, quemadmodum præter Epistolam nuncupatoriam ipsi
Agapeto præmittitur brevissima Præfatio, cum testimoniis de
 hoc Autore, & duabus editionibus, quæ Cel. *Fabricii* indu-
 striam suggerunt, ita eidem subjicitur triplex Index. *Primus*
 continet Capita, five præcepta, eorumque summarium, *alter*
 vero voces Græcas, in Annotationibus expositas, *tertius*
 denique res memorabiles in iisdem his Annotationibus oc-
 currentes.

Pag. 2, 6 seq.

214.

220.

TOBIÆ ECKHARDI OBSERVATIONES PHI-
 lologicæ ex Aristophanis *Pluto* dictioni Novi Fœderis
 illu-

*illustrandæ inservientes. Accedit ejusdem generis
Dissertatio ex Homeri
Iliade Z.*

Quedlinburgi & Ascaniz, 1733, 4.
Plag. 18.

Et multi Viri, iique Græcæ linguæ cognitione & eruditionis laude clarissimi magno opere dictionem Novi Fœderis Græci ex profanorum Autorum genere dicendi illustrare contenderunt, in eamque rem vel universos perlustrarunt scriptores, quos habemus reliquos, vel unum tantummodo, & inprimis pedestrem; nemo tamen adhuc id sibi muneris fuisse, ut Poetam quendam ex professo percurreret, ejusque dictionem Græcitati Novi Fœderis accommodaret. Id ergo ut præstaret Cl. *Eckhardus*, *Aristophanem* Comicum delegit, & primam ejus Comœdiam, quæ *Plus* inscribitur, ex eaque per horas successivas Observationes, de quibus mox agemus, Philologicas collegit. Etenim, si quis veterum est scriptorum, qui longe plurimum confert ad interpretationem sacrarum literarum, est sane *Aristophanes*, adeo, ut *Scaliger* negaverit, se unquam plura apud ullos Auctores legisse, quæ se magis ad interpretationem S. Scripturæ dicerent, quam apud *Aristophanem*. Quod verum esse Cl. *Eckhardus* suo ipse exemplo observavit. Nec id mirum videbitur ulli, qui cogitaverit, dictionem Novi Fœderis popularem, idioticam nonnulli vocant, ex sententia Doctiss. Autoris accommodatam etiam plebeculæ esse, quæ maximam Ecclesiæ partem ejus principio constituerit, ad quam sacri Scriptores Evangelia & Epistolas exaraverint. Et, quamvis multa jam sint exempla ex hac ipsa *Aristophanis* Comœdia ab aliis ad Novi Fœderis illustrationem allata, tamen vel in his Cl. Autor ostendit, dum varias Interpretum Observationes affert in medium, & indicat, se in scriptis ad Novi Fœderis interpretationem facientibus recentioribus esse versatissimum. Itaque vel ob id ipsum Doctiss. Autori Observationes istæ laudi cedunt, etiam-

etiam si parum in illis novi allatum esse videatur. Incaute tamen Cl. *Elsnerum* secutus, verbum ἀπηλλάχθαι, *Luc. XII. 58.* nobis videtur generatim de quocunque adversario placando p. 7 exposuisse, cum Evangelistæ speciatim adhibeatur de creditore. Namque Activum ἀπαλλάττειν inter alia etiam de debitore, qui soluto debito creditorem absolvit, apud veteres occurrit. Vid. *Demosthenes advers. Apatur. p. 580.* *Isocrates Trapezit. p. 870.* *Andocides Orat. de mysteriis p. 234. &c.* Contra ea Passivum de creditore dicitur, a quo dimittitur aut absolvitur debitor. Atque huc pertinet locus *Aristophanis* post Cl. *Elsnerum* a Doctiss. Autore adductus. Addatur *Aristoteles Oeconom. II p. 687 B.* & *Demosthenes advers. Apatur. p. 580, C.* Ex quibus pariter cognoscitur, perperam a bene multis in eodem *Luca* loco Latinisimum quæsitum esse, in locutione δὸς ἐγγυασιῶν, quam *Salmasius* recte jam est interpretatus, *da usuram*. Immerito etiam *Stephanus p. 59* reprehenditur, propterea quod *Nonnum, Joannis Paraphrasten*, notavit, qui Christum loco ἰησοῦ παῖδα appellavit. Nam, licet nomen παῖς non servum tantum, sed etiam filium ingenuum & honoratum, quemadmodum id post Ven. *Raphelium* recte annotatum est, denotet, nulli tamen in Scriptura S. Christus vocatur παῖς τοῦ ἀνθρώπου, sed constanti ac perpetuo uso ἰησοῦς τοῦ ἀνθρώπου. Itaque non sufficit ad *Nonnum* vindicandum superior de nomine παῖς significatio, nisi præterea probetur, Christum etiam vocari παῖδα τοῦ ἀνθρώπου. Recte tamen dubitat Cl. *Eckhardus p. 125*, an Aor. I med. ἀπηλλάττειν unquam de mœnore animi legatur, etiam si ipsi verbo hic sit significatus a *Perizonio* satis vindicatus. Nec injulie p. 123 reprehenditur *Gaza*, qui hanc differentiam inter Præpositiones ἐκ & πρὸς tradidit, ut hoc de motu ad personam seu rem animatam, illud vero de motu ad rem inanimatam adhibeatur. Satis enim id evincunt loci Autorum assidui, quos ibidem legere juvat. Iphis denique Observationibus adjicitur brevis Index locorum Scripturæ breviter illustratorum. Ceterum, quo majori hæc ipsæ Observationes, ex optimis quibusque, maxime

recentioribus, Autoribus collectæ, Doctiss. Autori sunt laudi, hoc magis dolendum est, eas infinitis pæne operarum erroribus adeo foedatas esse, ut vix versus aliquis in universo opere occurrat, qui non aliquo typorum vitio laborare deprehendatur. Consuluit quidem hac in parte jam quodammodo lectorum studio ipse Autor, dum integram erratorum paginam in calce subjecit; sed multo graviora multoque frequentiora illa esse per omnes paginas, ipsa quemlibet docebit libelli doctissimi perlustratio.

Christoph Friedrich Ayrmanns Einleitung zur Hessischen Historie der ältern und mittlern Zeiten.

h. e.

CHRISTOPH. FRID. AYRMANNI INTRODU-
tio ad Historiam Hassiacam prisca &
mediæ ævi.

Francofurti & Lipsiæ, impensis Jo. Philip. Kriegeri, 1732, 8.
Plag. 20.

Quoniam in Giessensi Academia jam pridem legibus cautum est, ut inter alia Historia etiam Hassiaca juventuti prælegatur, corpus vero ejus absolutum a celeberrimo Consiliario & Historiographo Hasso-Cassellano, *Schminckio*, diu frustra expectatum est, tum quoque Compendium elegans Cl. Marpurgensium Professoris, *Hartmanni*, in paucorum pervenit manus, non male egisse censendus est Cl. Autor, qui complures annos in Giessensi Academia Professoris Historiarum munere non sine laude functus est, quod brevem hanc nec inelegantem Historiæ Hassiæ delineationem evulgavit, propediem ad recentissima pertexendam tempora, cui quod in commodum Bibliopolæ detrahendum fuit, nova mox *Dilichiani* Chronici, notis suis emendandi & augendi, plurimumque eodem pertinentium solidiorum scriptorum, elucubratione supplere constituit. Summa instituti fuit, ut viam
tiro-

rironibus aperiret ad certitudinem, quæ quidem in hoc do-
 ctrinæ genere obtineri potest, aut saltem maxime probabilem
 sententiam investigandam; simulque plurimas tralatitias opi-
 niones in dubium vocando, eo citius veritatem a peritioribus
 magisque idoneis instructis subsidiis eliceret. Igitur, post-
 quam initio libri de adminiculis ad hanc rem necessariis
 disseruit, formataque notione Historiæ Hassiacæ accurata, in
 quinque eam periodos partitus est, totum Opus *quatuor Se-*
ctionibus, in sua rursus divisis Capita, absolvit. Ac *primo* pr-
 inq̄dubitato habet, maximam hodiernarum regionum Hassia-
 carum partem a Cattis, & Cattorum populo, Mattiacis, qui hic
 locorum primi omnium ex historiis antiquis certo innotue-
 runt, habitatam fuisse, partem etiam aliquando tenuisse aut
 attigisse Ubios, Tenchteros, Uspetes, &c. Advenisse deinde
 in hæc loca inprimis Francos, quorum societati sensim &
 Catti, & veteres Germaniæ populi, accesserint, tandem etiam
 in novum Francorum nomen transituri, unaque cum his ma-
 ximam partem in Gallias migraturi, quorum sedes reliquias-
 que exinde diversis partibus temporibusque finitimi, Aleman-
 ni inprimis, Saxones & Thuringi, occuparint. Hinc, consti-
 tuto in Gallis Francorum regno, hos arma in Germaniam
 convertisse, subactisque Alemannis & Thuringis, tum, cohi-
 bitis Saxonibus, in regiones interjectas, diuturnis bellis vasta-
 tas & exhaustas, novas e Gallis colonias traduxisse, quæ val-
 de probabilis Franciæ Orientalis, qua peculiarem in Germa-
 nia Francorum provinciam denotat, origo fuerit. Porro pro-
 vincias hæc, Ducibus regendas traditas, nova nunc ratione
 in pagos divisas, singulisque Comites præfectos esse, unde in
 finibus Hassiæ hodiernæ enati sint pagi Hassiæ proprie
 sic appellatæ, Buchoniæ, Loganensis, Wetteraviæ, &c.
 Dubio quoque propemodum hodie carere, hos pagos
 statim Ducatu Franciæ Orientalis fuisse comprehensos,
 nutasse tamen per intervalla, aut intercidisse Francorum
 in eos imperium, continuis cum his Saxonum bellis,
 Thuringorumque crebris rebellionibus, quorum invasionibus
 postremo ultima iisdem pagis calamitas vastitasque illata, re-
 ligioque Christiana in illis oppressa & abolita fuerit. Superi-

rioribus verum demum virtute Caroli Martelli Francis, inauguratam in iisdem rem civilem pariter ac sacram, novaque rursus incrementa sumfisse. *S. Bonifacii* inprimis opera Christianismum, fundatis passim Ecclesiis & monasteriis, sed fere Moguntinæ, ad quam euectus ille tandem fuit, subiectis. Tunc vero primum Hassiæ & Hassorum nomen historiarum, quæ ad memoriam nostram pervenere, monumentis insertum reperiri, certeque certius esse, his proximisque temporibus per illud significari pagum Francicum, cujus initia circa Adranam, Fuldæ permixtam, quærenda sint, unde sensim versus Westphaliæ & Thuringiæ fines dilatatus, ex altera parte versus Logingaviam, Wetteraviam, Buchoniam, Grabfeldiamque, terminos Hassiæ inferioris hodiernæ haud excesserit, cujus quæ propiora cis Werram, Fuldam versus, Thuringiæ sunt, ad hanc eodem tempore adhuc pertinuisse arbitratur, cum cetera, ad pagum Hassiæ spectantia, una cum pagis finitimis procul dubio pars Franconiæ veteris censenda sint, perperam a nonnullis jam tum Thuringiæ etiam attributa. Rejctis igitur vulgaribus de origine ac nomine Hassorum opinionibus, eorum præsertim, qui veterum Cattorum gentisque hodiernæ genus & appellationem pro iisdem plane habent, Hassos æque ac proximorum pagorum Francicorum incolas potius pro Francis in genere, non ex Cattorum solum, sed aliorum quoque veterum Germaniæ populorum, reliquiis permixtis, quam in specie pro Cattis, reputandos esse censet. De nomine vero Hassiæ sive Hessiæ primus omnium, uti opinatur, hanc non improbabilem conjecturam profert, quemadmodum alii finitimi pagi a fluviis eos irrigantibus denominati inveniuntur, ita Hassiacum quoque initio appellatum a fluviolo Esse, qui in chartis nonnullis Geographicis proximus originariæ ejus sedi deprehenditur, unde sponte fluat, a nomine pagi incolas nova Hassorum appellatione insignitos fuisse. Docetur porro, ob defectum Historiæ patriæ antiquissimos Hassiæ contiguorumque pagorum Comites vix solo nomine satis hodie cognitos esse, dubio tamen carere, eos una cum ceteris eorum optumatis ex nobiliss.

bilissimis Francorum, quos Salios vocarunt, fuisse oriundos. Horum allodiis, quorum species terræ Salicæ fuerint, plenos pagos istos fuisse, nec tamen destitutos Regum Francorum & Imperatorum postea Germanicorum dominiis plurimis, quorum nonnulla protinus in feudum cesserint Comitibus, qui sensim ista quoque Ducum exemplo hæreditario jure ausi sint possidere, & aliquando una cum ceteris in proprietatem convertere, quin ex horum posteris cœpisse nonnullos Comitibus uti titulo, quamvis nulla amplius feuda, sed mera allodia, tenuerint. Hujusmodi vero inter Comites, qui ad Historiam Hassiacam pertineant, notiores demum factum esse *Conradum*, qui A. 905 Frideslaræ occisus sit, una cum fratribus *Gebbaro* & *Eberhardo*. *Conradi* filium & hæredem fuisse *Conradum*, quem nonnulli Ducem Franciæ Orientalis vocant, Imperatorem post hujus nominis primum, cui successerint in hæreditariis regionibus fratres *Eborhardus* & *Otto*, horumque posteris, qui procul dubio stemma Carolingicum cognatione, quamvis nondum satis explorata, attigerint. Ex horum prosapia quoque descendisse *Conradum Salicum*, nec hujus tamen nexu liquide adhuc demonstrato, in cujus familia cum Hassiacis ceteræ quoque Franconiæ terræ hæreditariæ diu perdurarint. Hujus igitur & successorum ætate jam majorem Hassiæ vicinæque partem a diversis dominis, ipsisque fortassis etiam ex eadem familia Imperatoribus, allodiali jure possessam, aut saltem iisdem Imperatoribus, Ducatu simul Franconiæ gavisis, immediate subjectam fuisse. Quo tempore quoque Moguntini Præsules nova in Hassiam & Thuringiam jura adepti sint, nullo tamen fundamento a nonnullis ad utramque regionem universam extensa, quæ interim credibile sit aucta non parum esse turbulentis *Henrici IV* & *V* temporibus. Reliquas vero horum familiæ in Hassiaco & Loganeusi pago possessiones tandem ad *Ludovici Barbatii* posteris esse devolutas, atque a Ducatu Franconiæ plane exemptas, quamvis hæc familiaque propter obscuritatem istius ævi Autor nondum audeat certo definire. Nihilominus probabile existimat, genus *Ludovici* ex eorundem Imperatorum familia proxime repetendum esse, ipsum vero cum filio jam possessiones istas tenuisse,

nuisse, quod recentiorum nonnullis placuit, ex coevis testibus certa ratione colligere haud potuit, nepotem tamen eandem jam in se derivasse, antequam Landgraviatu Thuringiae ab Imperatore *Lothario II* investiretur, manifestum existimat. Atque hoc primum censet initium Hassiae, cum Thuringia conjungendae, quod tamen non ita cum vulgo accipiendum putat, ac si hac ratione Hassia universa Landgraviatui Thuringiae innexa, atque in naturam ejus mutata fuerit, quin potius probare studuit, peculiarem eam semper rationes, durante *Ludovici Barbatii* stirpe mascula, servasse, partemque ejus, una cum regione Lano contermina, Wezlariam usque, communi nunc etiam Hassiae comprehensa nomine, tanquam allodium ab eadem possessam, partem ex vetustissimorum Hassiae Comitum beneficiis constantem, jam tum forte ad Moguntinos traductam Praesules, in feudum ab his acceptam esse, partem denique peculiarem adhuc dominos, Landgraviis quoque in primis successu temporis devincendos, retinuisse, quales e. g. fuerint Comites *Ziegenhainenses*, *Reichenbacenses*, *Battenbergenses*, *Wetterani*, *Domini Iterani*, *Schoenenbergenses*, &c. Cumque major adeo pars Hassiae ex allodiis fuerit composita, jamque etiam pridem hic locorum veterum pagorum ratio haberi desierit; haud mirandum esse existimat, quod Landgravii non tam Comitum, quam Dominorum, titulo eandem deinceps maluerint possidere. Multo minus mirum ipsi videtur, per diuturnam hanc Hassiae cum Thuringia conjunctionem sensim effectum esse, ut illa quoque deinceps non raro Thuringiae aut Westthuringiae nomine comprehenderetur, ex quo vocabuli hujus abusu haud pauci procul dubio pervulgati errores originem traxerint. Cessasse igitur protinus hanc confusionem, quamprimum proprios rursus Hassiae consecuta sit dominos. Extincta enim cum *Henrico Raspone* stirpe Thuringiae Landgraviorum mascula, ad *Henricum puerum*, natum ex *Sophia* Thuringica Brabantiae Ducem, Hassiacas terras pervenisse, cujus Serenissima progenies hodieque in eadem rerum potitur. De hujus *Henrici* matrisque in Landgraviatum Thuringiae jure non negat, in controversiam id adduci potuif-

potuisse, secus vero omnino de Hassia existimat, quin contra receptam vulgò opinionem liquido probare nititur, *Henricum Illustrem*, occupata Thuringia, Hassiaca allodia nunquam serio affectasse. Quo facilius etiam mox fuerit, deposito armorum furore, infaustis Interregni magni temporibus condonando, transactio, cessa *Henrico puero* una cum Landgravii titulo Hassia, feudis Moguntinis aliisque brevi accessionibus mira felicitate amplificanda. Quod ea tunc adhuc maximam partem ex allodiis constiterit, ex hoc luce meridiana clarius elucere persuasum habet, quod *Henricus puer*, relicta fratri majori natu Brabantia, Principis Imperii consecuturus jura, neque ex solo Landgravii titulo, nunquam antea Hassiæ annexo, neque ex ipsius Hassiæ allodialis maximam partem possessione plene competentia, eo nomine demum necessarium duxerit, partem proprietatis Hassiæ in feudum Imperatori *Adolpho* offerre, & Principatus nunc primum insignitam decore ab eodem recipere, reliqua parte ab ipso & successoribus diu dominorum terræ Hassiæ titulo, non dubio allodialis qualitate indice, possessa. Sed, mutatis sensim temporibus, convenientius fore visum esse, si æqualis etiam omnino Landgraviatui Thuringico dignitas, & similia plane jura, consentientibus Misnensibus, ad Hassiam, eamque universam, tum quæcumque ipsi in posterum accessura essent, extendentur, eaque omnia feudi Imperii immediati naturam reciperent, de quo quidem, ut verosimillimum Auctori videtur, inter pacta confraternitatis, sub *Henrico Ferreo* & *Hermanno* confecta, primò utraque Serenissima domus transfegerit, re statim ex communi voto ab Imperatore *Carolo IV* ejusque successoribus approbata & confirmata, quæ demum maxime probabilis Landgraviatus Hassiaci hodierni initia esse existimat.

J. C. S. EXPLANATIO II SAMUEL.

Cap. VIII, v. 8.

Davides e *Betach* & e *Berothai*, oppidis *Hadudeshori*, plurimum æris sustulisse dicitur. Quæritur ergo, quæ istæ urbes

urbes sint apud alios scriptores, & ubi sitae fuerint. Si *Josephum* consulas, is magis irascere nos videtur, quam expedire. Nam, cum *libro Antiq. VII Cap. 5 f. 3* eandem historiam attingit, quam scriptor sacer, urbes *Barrucan* nominat & *Moxana*. Si e ceteris Geographis aliqua explanandarum urbium harum subsidia exquiras; omnino illi nos destituisse videntur. Nihil *Strabo* suppeditat, nihil *Plinius*, nihil *Solinus*, nihil *Mela*, & alii. Neque Commentatores aut *Josephi*, *Hudson*, *Spanhemius*, *Bernardus*, *Rolandus*, aut libri posterioris *Samuelis*, *Munsterus*, *Vatablus*, *Castalis*, *Clarius*, *Drusus*, *Grotius*, quidquam adscripserunt, unde aliqua lux affulgeret. Quo magis & necessitas meditandae veritatis elucet, & venia parva erit a literatis, si maxime praeter verisimilitudinem nihil attulerimus. Primum igitur certum est, urbes illas ad Euphratem sitas fuisse. Id enim ex *II Sam. VIII, 3*, satis liquet, ubi Rex *Zobab* recuperare voluisse dicitur potentiam suam ad flumen Euphratem. Jam notum est ex infinitis exemplis, nomina peregrina hominum, urbium, aliarumque rerum, a scriptoribus Graecis mire flecti & deformari, ut ad linguam eorum quoquo modo conformentur. Ita ex *Hadadeser* fit *Adeseracos*, ex *Tbirza* *Thersa*, ex *Jerusalem* *Iacosdruca*, ex *Eshangeber* *Ashangabari*, ex aliis nominibus alia vocabula, constantur. Literae igitur consonae sunt potissimum spectandae, si verum hic invenire velis, vocales contemnendae. Hoc autem si hic fecerimus; habebimus urbem Arabiae *Berytum*, quam *Stephanus* nobis commemorat, & *Birham*, quam in eadem Arabia jacere *Ptolemaeus* memoriae prodidit. Quid dubitabimus, igitur *Birham* & *Berytum* pro una eademque Arabiae urbe venditare? *Berytus* autem a *Berosbai* quid tandem differt? *Birha* paulo magis discrepat; sed salvae sunt literae consonae, salva origo nominis peregrini. Nam ipse jam *Stephanus* *Berytum* a *putis* vel *robore* dictam esse ait. Dices, Scriptorem sacrum de Syriae magis, quam de Arabiae, urbibus loqui. Fateor, rem ita esse. Sed Syriae nomen saepe tam late patet, ut multa etiam Arabiae loca complectatur. Secundum *Plinium* ipsam Syria

quon-

quondam ad Babylonem usque pertinuit. Vide illius *Lib. V. Cap. 12.* Sed posteriora tempora de hac Syria amplitudine multum limant, & Arabiz nomen amplexari ceperunt. *Birtba* autem in confinio Syriæ & Arabiz jacet ad Euphratem, uti *Berothai*. Quare mixtum non est, ad utramque & Syriam & Arabiam referri urbem *Birtbam* seu *Berothai* ab aliis atque pluri scriptoribus. *Josephus* autem *Μαχών* ex Hebraico *מכון* esse potest, quod vel *certam sedem*, vel *paratum & omni apparatu instructum locum* signare potest. *Μαχών* igitur cum *Berothai* mirifice congruit. Nam Syrorum lingua *Berothai* etiam *locum obis & cetero apparatu instructum* signare potest. Ergo & nominis & situs & significationis similitudo *Berytum* & *Berothai* & *Machona* eandem esse urbem declarat. Jam vero, *Btath* quæ urbs sit apud alios, & præsertim Græcos scriptores, videbimus. *Ex Reg. 14. 2.* clarum est, *Tbapsacum* seu *תבשץ* ultimam urbem Salomonæi regni fuisse ad Euphratem. Eam *Salomo* a patre *Davide* per hereditatem accepisse videtur. Quid igitur? cum duæ modo urbes *Davidis* ad Euphratem sitas memorentur, & altera earam *Birtba* sit; nam, alteram *Tbapsacum* esse, non licet suspicari? Est enim *Tbapsacus* in vicinia *Birtba* seu *Berothai*, & ultra *Birtbam*; ut a *Tbapsaco* urbe ulteriore fines regni Salomonæi *Gazam* usque rectius duci poterint, quam a *Birtba*. *Stephanus*, *Tbapsacum* olim *Turmedam* nominatam fuisse, testatur. *Turmeda* per commutationem literarum linguis Orientalibus perquam usitatam est *Tur beta*, id est, *תור בטח* *rupes fiducia*. Nam, ut ex Hebraico *תבשץ* *Tbipsach* Interpretes LXX fecerunt *Θάψα*, ut *Josephus* ex *תבשץ* *Θαψάσα*, ex *תבשץ* *Jos. XV. 9.* iidem LXX *Ναφθα*, ex *תבשץ* iidem *Σελσαι*, ex *תבשץ* iidem *Λαυ*, ex *תבשץ* iidem *Θαφθα* &c. ita ex *תבשץ* *beta* fieri potuit & debuit. Et, uti *Mastiani* & *Bastiani*, *Mascanda* & *Bascanda*, *Pborbas* & *Formas*, *Cumacum* & *Cubabum*, *Βύραμζ* & *Μύραμζ*, *Βίραμα* & *Μάισμα*, &c. unum & idem sunt vocabulum, (vid. *Salmaf. Exercit. Plin. p. 284 & 923*) ita *moda* istud ex *heta* natum est.

Tvero facile in δ commutatum est, quia multa sunt Græca vocabula consimilia, v. g. $\mu\eta\delta\epsilon\varsigma$, $\mu\eta\delta\alpha\mu\alpha$, reliqua. Constat ergo ratio, quod ad literas attinet. Constat eadem, quod ad rem ipsam. Nam *Tbapfacus* etiam *Amφιπολις* appellari cepit. *Amφιπολις* autem appellabatur, si qua urbs intra utramque fluminis alicujus partem esset condita. Vide de *Amφιπολι* Macedonica *Cæsarium Geogr. II Cap. 13 s. 3 §. 77*. Adde *Not. Valer. ad Harpocraz. p. 31*. Hujusmodi autem urbes ad oppugnandum difficiles erant, uti ex situ Tyri in insula conditæ & Alexandri oppugnatione constat. Talis autem status urbis utrinque aquis circumfusæ $\pi\omicron\upsilon\varsigma$ belle dici potuit ab Hæbreis. Ad situs opportunitatem accedebat, quod ad *Tbapfacum* pontes essent, quibus in Mesopotamiam facile transiri licebat. Quæ res urbem hanc tenentibus ad importandas necessitates erat opportuna, & ad hostes, ponte rupto, arcendos commoda. Altera igitur jam apparet ratio, quæ *Tbapfacum* Hebraice *betach* diceretur. Nomen autem $\pi\omicron\upsilon\varsigma$, quia ex $\pi\omicron\upsilon\varsigma$ *transiit* natum est, videtur indicare situm urbis, vel in medio fluminis, vel saltem in flumen longius porrectum. Talis autem situs cum nomine & situ urbium, quas *Amφιπολις* appellabant, Græce probe congruit.

COMPENDIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
a Christo nato, ad nostra usque tempora Sc. in usum
prelectionis & explicationis, certissimeque ex ge-
nuiis fontibus confirmationis, ad-
ornatum.

Lipsiæ & Laubæ, apud Nicol. Schillium, 1733, 4.
Alph. 1 pl. 6.

Qui Christianæ Ecclesiæ Novi Testamenti Historiam Epitomis brevibusque Compendiis exhibuerunt, eorum inter Protestantes fuere quidem quamplurimi, paucissimi vero, qui post *Centuriatores*, quos *Magdeburgenses* vocant, integro Systemate illam complexi fuissent. Inter priores lo-
cum

cum meretur Auctor Anonymus, qui Ecclesie, inde a Christi natiuitate usque ad annum trigesimum Seculi, quod agitur, Historiam presenti Compendio succincte delineavit. In Proemio, quod huic præmittitur, in eo maxime versatur Auctor Cl. ut fontes indicet, unde haurienda sit Historie Ecclesiasticæ cognitio. Siste nampe Scriptores ævi non tam antiquioris, quam recentioris, & primum quidem eos, qui in describenda Ecclesie Historia universali occupati fuere, tum ex Pontificis, tum ex Protestantibus, Lutheranis nimirum & Reformatis, Doctoribus; deinde eos, qui particularem regnorum & provinciarum, imo & urbium, historiam sacram illustrarunt, quos porro excipiunt illi, qui & Acta Conciliorum utriusque orbis in unum collecta vastissimis sæpe Voluminibus exhibuerunt, & illorum historias libris seorsum descripserrunt; quibus tandem eos adjunxit, ex quibus peti potest Scriptorum Ecclesiasticorum notitia; quorum quidem omnia uti recte omnino se habent, ita eorum notitiam *Cel. Sagittario* deberi, dum procul ipse fatebitur Auctor Cl. Ipsam deinde rerum in Ecclesia gestarum historiam secundum Seculorum seriem dum commemorare aggreditur, hunc sibi elegit ordinem, ut Seculum quodvis *tria* constituent *Capita*, quorum primo in unum sum sinitur Ecclesiarum, Orientalis & Occidentalis, status, adjuncta serie Episcoporum, qui sedem Romanam gubernarunt; secundo incrementa Ecclesie describuntur & lumina, h. e. religionis propagatio & doctores, qui sua doctrina Ecclesiam illustrarunt; tertio tandem persecutiones, Schismata & Hæreses, quæ adversitatum, tam internarum, quam externarum, nomine Auctori veniunt, una cum earum remediis, Synodis & Conciliis, exhibentur. Quemadmodum autem non contemnenda est methodus, qua utitur Noster, ita ipsum deinde argumentum, quod Capite quovis sibi excutiendum sumsit, ordine concinno disposuit. Non omnia quidem, quæ latissimus ille Historie Ecclesiasticæ campus ambitu suo complectitur, hic delineata habebis; ecquis vero plura ab Autore desiderabit, cui satis erat, parasse Compendium, in eorum, qui prima rerum Ecclesie cognitione

304 FACTORUM ERUDITORUM

imbuuntur, emolumentum. Vellemus, arguementum confirmasset autoritate Scriptorum; iis enim adducendis dum plane abstinuit Autor. Cl. hæc, tantum abest, ut sese probare possint omnibus, ut potius laude majori digni habeantur, qui rerum, sive in Republica, sive in Ecclesia, gestarum, historiarum, quæ in describendam suscipiunt, fidei probatæ Autoribus pondus adjiciunt.

Engelländischer Kirch und Schulen Staat,

h. e.

HENRICI LUDOLPHI BENTHEMII, REG.
Magne Britannie a Consiliis Consistorialibus & Ecclesiasticis, in Electoratu Brunsvico-Luneburgensi Superintendentis Generalis Harburgensis, &c. Status Ecclesiarum & Scholarum Anglicanarum, multis Accessionibus a B. Autore auctus, & denuo editus cum Prefatione
BALTH MENTZERI, Consiliarii Consistor.
& Superins. General. Ham-
verani.

Lipfiz, apud hæredes Philip. Godofr. Saurmanni, Bibliopolæ
Bremensis, 1732, 8 maj.

Alph. 3 plag. 18, cum aliquot fig. zn.

Cum prior hujus libri editio A 1694 prodiret, jam tum brevi recensu de eodem in his *Actis* relatum est *Tom. III Supplement. Sect. IV p. 190 seq.* Altera ejusdem libri editio, quæ dudum exoptata est, postquam de ea spem fecerat B. Autor, nunc demum post fata ejusdem lucem adspexit. Ut igitur ipse liber ex suo instituto minime novus est, nova tamen sunt plurima, quæ in iterata hac editione accesserunt; idque vel externa libri moles & forma satis comprobatur, quæ ultra dimidiam partem nunc eum excrevisse, ex utriusque comparatione statim apparet: atque inde etiam est, quod de eodem hic denuo referre non dubitemus. De ratione & modo

modo novarum Accessionum, quibus adeo præstat hæc editio, & quarum nobis potissimum mentio hic facienda, ipse B. *Mentzerus*, qui sub Censoris nomine præfatus est, §. XIII multa nos edocuit, quo præeunte pauca hic repetere licebit. Monet autem ille primum in genere, nullum amplius superesse Caput Tractationis prioris, quod intactum manserit, probatque illud ex aucto insigniter Paragraphorum numero, ubi in plerisque Capitibus accessiones factæ sint tantæ, quæ prioris editionis structuram non modo exæquent, sed & nonnunquam longe superent, cujus rei documentum præbeat *Caput penultimum*, quod in hac nova editione XXIX est, & ubi de eruditis in Anglia viris traditur. In hoc autem *Capite* ex §§. 31, quibus in priori editione absolvebatur, nunc 306 prodierunt, ac totidem fere vitæ eruditorum inter Anglos, cum subjuncto scriptorum præcipuorum indice, hic exhibentur, de quibus antea vix ultra nomina aliquid prolatum est. De novis porro argumentis & integris Capitibus, de quibus itidem a laudato *Mentzero* edocemur, hæc quoque in rem nostram notare licet. *Caput VI* namque in hac editione profus novum accessit, traditurque in eodem de Xenodochiis & Societatibus, tum ad fidem Christianam propagandam, tum ad promovendam pietatem, institutis, nec non de scholis charitatis ita dictis. *Caput VIII*, quod de Articulis fidei & Libris Symbolicis Ecclesie Anglicanæ inscribitur, olim nudos illos Articulos XXXIX Confessionis Anglicanæ, A. 1562 regnante *Elisabetha* promulgatos, exhibuerat; quibus nunc uberius lux ex historia illius temporis affusa est, ubi & de Articulis XLII istius Confessionis, quos ante sub *Eduardo VI* continebat, instituta diligente horum inter se collatione, refertur, exponiturque ratio homiliarum, quarum mentionem infert Confessio Anglicana Articulo XXXV, iisque publicam & velut symbolicam auctoritatem addidit. *Caput VIII* editionis prioris de personis Ecclesiasticis & regimine in Ecclesia Anglicana præceperat, quod nunc in *duo Capita* divisum est, & de convocatione Cleri Anglicani, cujus rationem

nam prior editio vix attigerat, nunc plenius & ex instituto edidit. Quæ sequuntur *Capita*, XXI de Divisione Angliæ Ecclesiastica juxta Episcopatus, XXII de Præsentatione Ecclesiæ ministrorum, atque XXIII de Cleri Anglicani autoritate, exsultatione, immunitatibus, privilegiis & redditibus, prorsus nova accesserunt; e quorum postremo id discimus, minus quidem lautam esse conditionem quorundam Episcoporum inter Anglos, & sorte parum æque inter se divisa illos vivere, siquidem, cum aliquibus tributis sint reditus ter mille, & quod excurrit, librarum, nonnullis tam parca manu obtigerunt, ut non ultra centum & quinquaginta libras adscendant; quod tamen non nisi de stato fixoque reddituum proventu capiendum esse, ex Autore colligitur. *Caput XXIV* de Academiis Angliæ, & *Cap. XXV* de controversiis & Schismatibus, inde a tempore sacrorum emendatorum in Ecclesia Anglicana enatis, a multis in hisdem factis emendationibus & augmentis nobis commendat *Mentzerus*; quod idem & nos in *Cap. XXX*, eodemque ultimo, observamus, ubi molitiones pro reintroducendo Papatu sub Rege *Jacobo II*, filo narrationis ex integro fere retexto, recensentur. Addimus & illud, de quo *Mentzerus* nihil monuit, bina illa *Capita* editionis prioris, XIV nempe de sepultura mortuorum, & XVII de ratione ac methodo homiliarum s. sermonum sacrorum apud Anglos, in iterata hac editione prorsus excidisse, quod argumenta hæc vel steriliora vel etiam notiora B. Autori visa sunt, quam ut de iis denuo referendum duceret. Ut igitur renovatum hunc B. *Benthamii* laborem multorum usui futurum non dubitamus, ita & monendum illud existimamus, in libro quodam alio, qui Germanico idiomate sub titulo *Status Ecclesiastico-Politici Magnæ Britannia & Hibernia*, Lips. 1718, 4. prodiit, atque ex *Guy Miede* aliorumque fontibus confarcinatus est, multum argumenti similis ac prorsus gemini apparatus lectoribus propinari. Rivi *Benthamii* se arva sua rigasse, Editor ejusdem jam tum falsus est, & sane non ea tantum, quæ prior editio exhibuerat, nos in isthoc libro offendisse meminimus, sed plura etiam, quorum

rum accessione hunc renovatum nostri Autoris laborem autem deprehendimus. *Bentheimium* circa eundem retexendum A. 1716 occupatum, & ultimam tum operi manum ab eodem fuisse adnotam, non una produnt vestigia; an vero alterius libri editori jam copia fuerit utendi hinc præfidiis, antequam vulgarentur, aliis inquirendum dijudicandumque relinquimus: ac præterea variam etiam posthumi hujus factus sortem inde ab Autoris morte, quæ A. 1723 contigit, fuisse oportet, cum, quæ præmissa est, censura *Mentzeriana* annum 1728, ubi data est, designet. In Bibliopola etiam cura, quæ huic editioni iterata accessit, id jure desideratur, quod Indice, Operi tam varii argumenti perquam necessario, librum non instruxerit; ne dicamus de erroribus typhotæ, qui passim correctoris incuriam arguunt, & librum haud parum deformant.

Das A. 1729 florirende Schweden,

h. e.

DESCRIPTIO PLENIOR DE PRUDEN-
ti ratione, ordine ac statu regiminis in regno Sue-
ciæ, &c. ex prolixo literario commercio collecta, & in
publicos usus evulgata ab ANDR. JOACH. AB HE-
NEL, Vigiliarum militarium Magistro.

Lubecæ, typis Jo. Nicol. Greenii, 1729, 4.

Alph. 1 pl. 14.

Geminam hujus libri editionem, alteram vernaculo suo Suecico, alteram autem Germanico nostro idiomate, Generosus Autor eodem tempore adornare instituit; cumque posterior, quæ prior exiit, & in gratiam exterorum typis exscripta est, ad nostras etiam pervenerit manus, ex hac ipsa aliquid in censum referre nostrum, omnino operæ pretium erit. Præfens autem Autoris institutum, quod ex eo natum in Præfatione fatetur, quod viderit, aliud quoddam scriptum, superiori anno a se vulgatum, in quo florentem tum sedis regie Holmensis statum descripserat, multorum apud suos tulif-

se calculum, eo quidem potissimum redit, ut catalogum nec stat continuum recensumque agat Virorum omnium, qui publicis hodie per univcrsum Sueciz regnum præfulgent muneribus; ubi quidem id primum infiniti laboris opus fuisse, & commercio literarum constituisse operosiori, ut tantam nominum ac personarum farraginem, numerum ac ordinem, convasare licuerit, facile illi largiamur, oportet. Nec auda tamen sunt nomina, nudusque duntaxat catalogus est, quem Autor hic exhibet, se l. post institutam personarum, suo loco & ordine collocatarum, dinumerationem, haud omnino prætermittit indicare breviter & concinne, quid cunctis ac singulis agendum præstandumve pro parte sua incumbat; ut adeo non tantum, quis hodiernus regni Suecici status sit, sed etiam, quæ Juris Publici hodie in eodem sit facies, haud difficulter ex eo haurire liceat. De quod illud saltem, quod moneamus, habemus, perquam utiliter cum hoc libro conjungi Academicam quandam Commentationem *de Formula regiminis Sueciz A. 1634*, cum novissimis *A. 1719 & 1720* collata, & notis illustrata, quam Disputationis loco in Academia Gryphica *A. 1728* proposuit Consultiss. *Christ. Nettelbladt*. Is namque id dedit operam, ut ex superiorum temporum monumentis ac tabulis commonstraret, quomodo ea, quæ hodie viget, Sueciz Reipublicæ forma coiverit; atque adeo ex duobus hisce Scriptoribus, quam novam nostra memoria Sueciz regnum inducit, faciem ita colligere licebit, ut non modo exteri habeant, quod sciendi illorum desiderio satisfaciat, sed & hujus gentis indigenis ex iisdem suppetat copia, hunc statum suum domesticum addiscendi. Ut autem qui propius nosse cupiunt statum hujus regni civilem & politicum, jure ad ipsos hosce fontes ablegamus, ac proinde missum facimus omnem ex hoc *Henriciano* labore excerpti conatum, cum, quæ Senatus regni, quæ Collegiorum regiminis, aulæ justitiæ, cancellariæ, ac redituum, quæ militiæ campestris & navalis, quæ Collegiorum infinitorum aliorum & societatum minorum, ad rem publicam bene constitutam pertinentium, sit facies, non liceat hic repræsentare, nisi integrum Autorem ejusque catalogos velimus ex-

scri-

scribere. Illud tamen nobis integrum erit, ut ex descripto statu Ecclesiastico regni Sueciæ universo illud repetamus, quod ad literariæ, apud Suecos Reipublicæ faciem propius quodammodo spectat, atque hoc magis in censum nostrum venire debet. Statum namque Academiarum quatuor, quæ hodiernum Suecico sceptro subjacent, præeunte Autore nostro, hic exhibebimus, quod haud ingratum fore Lectoribus nostris confidimus, cum rarior alioquin eruditorum horum exterorum notitia apud nos sit obvia. Prima Academia *Upsalensis* est, de qua ita Noster tradit p. 206 sq. *Cancellarius* est illustris regni Senator, Comes *Gustavus Cronhielmus*, *Pro-Cancellarius* *Matthias Steuchius*, *Archi-Episcopus* *Upsaliensis*, *Theologi*: *Dan. Diurberg*, *Dan. Lundius*, *Olavus Celsius*, & *Eric. Melander*; *Juri*: *Jo. Reselius*, *Prof. Jur. Suec.* *Jac. Wallrave*, *Prof. Jur. Rom.* *Medici*: *Olaus Rudbeck*, *Anat. & Botan.* *Prof. Laur. Roberg*, *Theor. & Pract. Prof.* *Philosophi*: *Fab. Tærner*, *Prof. Eloqu.* *Isr. Nesselius*, *Prof. Græcæ Linguae*, *Pet. Schyllberg*, *Prof. Poet.* *Jo. Hermansson*, *Prof. Skyttian.* *Laur. Arrhenius*, *Prof. Hist.* *Andr. Granwall*, *Prof. Eth. & Polit.* *El. Frondin*, *Acad. Quæst.* *Eric. Alstrin*, *Log. & Metaph.* *Prof. Eric. Burman*, *Prof. Astron.* *Georg. Wallin*, *Acad. Biblioth.* *Andr. Boberg*, *Prof. LL. OO.* *Sam. Klingenskierna*, *Prof. Math. infer.* Altera Academia *Londinensis* Scanorum est, de cujus statu & doctoribus Autor p. 235 sequentem nescit catalogum: *Cancellarius* regni itidem Senator est, Comes *Carolus Gyllenborgius*, *Pro-Cancellarius* *Jonas Linnerius*, *Episcopus Lundinensis*; *Theologi*: *Mart. Hegardt*, *Jac. Benzelius*, *Carol. Schultzen*; *Juri*: *Arvid Møller*, *David Nehrmann*; *Medicus*, *Jo. Jac. von Dabeln*; *Philosophi*: *Conr. Quensel*, *Prof. Mathem.* *Andr. Rydelius*, *Prof. Phil. Theor.* *Magn. Rydelius*, *Prof. Hist. & Poet.* *Car. Papke*, *Prof. Eloqu.* *Henr. Benzelius*, *LL. OO. & Gr. L. P. Extraord.* *Petr. Formell*, *Prof. Eloqu.* *Kilian Stobaus*, *Phys. Experim. Prof.* Tertia *Aboensis* apud Fiones, nunc etiam post bellum restituta, Academia est, cujus sequentem hoc tempore faciem Autor sistit p. 249: *Cancellarius* Senator regni; Comes *Arvidus Horn*; *Pro-Cancellarius* *Laur. Tamelin*, *Episcopus Aboensis*; *Theologi*: *Magn. Fablenius*, *Dan. Juslenius*,

nus, Andr. Bergius; JCrus, Sam. Schulten; Medicus, Horn.
 Diet. Spaving; Philosophi: Andr. Prys, Biblioth. & Prof. Poef.
 Jo. Thorweste, Prof. Phys. Aljos Scarin, Prof. Hist. & Moral.
 Jo. Haartman, Prof. Phil. Theor. Nicol. Hasselbom, Prof. Math.
 Isaac. Bjarcklund, Lingu. Sacr. Prof. Henr. Hassel, Prof. Eloqu.
 Quarta denique Gryphiswaldensis apud Pomeranos in Germa-
 nia nostra Suecorum Academia habetur, cujus juxta Autorem
 p. 264 sic hodie est facies: Cancellarius, Senator regni, Comes
 Jo. Aug. Meyerfeldt; Pro-Cancellarius Ab. Joach. Krakovi-
 zius, Superint. Gen. Pom. Theologi: idem Krakovizius, Brand.
 Henr. Gebbarth, Mich. Christ. Rasmeyer, Jac. Henr. Balchasar;
 JCr: Phil. Balb. Gerdes, Joach. Andr. Helwig, Christ. Nettek-
 bladt; Medici: Jo. Lembke, Christ. Schaffelius; Philosophi:
 Theod. Hornius, Prof. Log. & Metaph. Jer. Papke, Prof. Math.
 Casp. Barrius, Prof. Eloqu. & Poef. Nicol. Kapfen, LL. OO. P.
 Andr. Westphal, P. Moral. & Hist. Alb. Georg. Schwartz, Prof.
 honorarius.

AVIS SUR LA MANIERE DE PRECHER,

h. e.

MONITA AD ORATORIAM SACRAM ATT-
 nentia; Autore JOANNE PLACETTE, Pastore, cum
 viveret, Ecclesie Reformate Hafniensis.

Roterodami, apud Abrahamum Acher, 1733, 12.

Non ferebant instituti leges, quas sibi præscripserat Autor
 Cel. ut quævis Oratoriz sacre præcepta exponeret. Non-
 nulla itaque tantum monita, ut precibus cederet quo-
 rundam, manu scripta, hanc doctrinæ partem illustrantia, cum iis
 communicavit. Tribus ille Partibus satisfieri scopo posse exillu-
 mavit, ut prima selectum rerum proponendarum, altera mo-
 dum communicandi eas cum aliis, tertia, quæ in pronuntia-
 tione observanda, commendaret. Præmisit Editor, Cartier de S.
 Philipp, Prælationem, præterque circumstantias, quibus, ut libel-
 lus hicce ederetur, factum sit, vitam doctissimi Placette ex novis
 literariis, idiome Gallico prodeuntibus, aliisque, excerptis. Na-
 tus est Bearnia, Vasconia urbe, A. 1639. Minister Ecclesie Ox-
 thensis A. 1660, Navenis A. 1664 constitutus; cumque decre-
 tum

tum Nannetense revocaretur, A. 1685 Minister Ecclesie Reformatæ Hafniensis vocatus, quo munere ad mortem usque Reginz, quæ A. 1721 contigit, summa cum laude functus est; ea autem rebus mortalium erepta, Bataviam concessit, & Utrechtæ A. 1718 anno ætatis septuagesimo nono obiit. Libros scripsit multos, quorum catalogum hic attulit Editor. Quod ad monita ipsa attinet, *Parte prima* selectum cogitationum commendat, in sermone coram populo necessarium. Sermonem ejus generis perfectum credit esse, cum ad emendationem sermorum cupiditatis suæ est comparatus; eam ut consequatur, præterea sacrum omnem in eo operam, laborem curamque indefessam, ponere debere, ut, quam fieri potest optime, sermonem componat, veritatem sectetur semper, conjecturis non indulgeat, ad profectus in veritate & virtute minus atinentibus, necessaria præferat minus necessariis, utilia minus utilibus. Deinde, quomodo quem versari oporteat in instruendis ignorantibus, convertendis incredulis, vitiis hominum reprimendis, ostendit: circumspeditionem denique in eligendis argumentis probantibus, ut & in iis, quæ ab ingenio & arguta dictione laudari nonnullis solent, docet. *Parte secunda de stili claritate, puritate, ad emendationem aliorum attemperacione sollicitate, elegantia item, agit.* *Parte tertia pronuntiationem præceptis, ad scopum ducentibus, munit.* Duobus eam, credit, Capitibus absolvi, cum ut alii eam distincte audiant, tum ut suavitatem alat eadem: præceptis additis, satis quidem notis, iis tamen egregiis. Denique *exercitationem*, a studiosis juvenibus dirigente doctore instituendam, societates etiam minores studiosorum, eo comparatas, ut pronuntiationi jungatur semper exercitatio, qua Oratores in suo genere magis magisque perfecti efficiantur, mire commendat.

MICHAELIS CHRISTIANI RUSMEYERI,
SS. Theol. Doctoris, & Prof. Ordin. in Academia Gryphica, Commentatio de Palo Pauli, seu Angelo Satan
Apostolum affligente.

Gryphiswaldiz, prostat in officina libraria Jacobi Lœffleri, 1731, 4.
Plag. 4.

Scilicet S. R. Scriptoris explicatio oraculi Paulini *II Cor. XII, 7-10*, huc redit: per *angelum Satan spiritum* quendam *malignum, sibi adversantem*, ex more loquendi in sacris literis ulitato, indicari; hunc vero proprie sic appellatum eodem in loco *σάδωνα τῆ σαρκί*, id est, *palum carni*, seu *veteri homini*, superbiae stimulis exagitato, *immissum* metaphoricè vocari; *colaphos* hujus angeli indignos servilesque modos esse, quibus, cum ipse, tum aliorum a suis partibus stantium usus opera, Divum Apostolum cruciaverit. Quorundam pertinent, præter *sermonis* infirmitatem, quæ infernus genitus effecit, ut *Paulus* verbum Evangelii non nisi *ἐν φόβω κυρίου ἐν ταπεινότητι*, nec vero ea, quæ voluit, *καρῶν* prædicare posset, *1 Cor. II, 1-4, Gal. IV, 13, 14, 1 Thes. II, 2 Et. varia contumelia, 1 Thes. II, 2, coll. Act. XVI, 22-24, 1 Cor. IV, 9 seqq.* sigillatim *Pseud-Apostolorum convicia 2 Cor. III, 1, X, 13, 2 Cor. IV, 3, X, 1 seqq. XI, 21, XIII, 4, XII, 16, alique necessitates 2 Cor. XI, 23-27, persecutiones, 2 Cor. XI, 21 seqq. Act. XXI, 27 seqq. XXIII, 11 seqq. & in causa Christi angustia, 2 Cor. VII, 5, Gal. IV, 19, 2 Cor. XI, 28, 29.* Hæc nimirum omnia verendo Servatoris legato contigisse dicuntur, ne eximio beneficio factæ sibi eminentioris manifestationis abutere- tur, sensuque carnali sese efferret. An igitur hac demum via *crux Pauli*, eademque *crux Exegetarum*, satis expedita sit, aliorum esto arbitrium.

ELOGIUM CHRISTIANI GOTTHARDTI WILISCHII, Med. Doct.

Collega hic noster charissimus, nunc desideratissimus, cujus memoriam ab oblivionis injuria vindicare, tabula veluti hac appensa, studebimus, vitam, studia, meritaque ejusdem strictim exposituri, lucem hanc adspexit d. 26 Aug. A. 1691 Lieb- stadii in Misnia, quod oppidulum a Pirna duobus, a Dresda vero, Bojohemum versus, quatuor lapidibus distat. Parentibus

bus usus est ex gente sacerdotali, ab utroque latere per duo fere Secula haud ignobili, ortis, *Christiano*, Pastore dicti loci, & *Maria Sophia Saalbachia*, *Krommensferorum* nepte. Avum habebat *Jo. Wilischium*, Pastorem Sebnicensem, proavum *M. Jo. Martinum Wilischium*, generum *Greg. Strigenitii*, Theologi olim Jenæ, Vinarie, & Misene, celebratissimi, nec non avavum *Martinum Wilischium*, qui Formulæ Concordiæ subscripsit, utrosque Superintendentes Eckardbergenfes. Decimo jam ætatis anno parente orbatus, Budisiam, primariam Lusatie superioris urbem, delatus, Gymnasio se etvno dedit, & primum *Jo. Wilischii*, Bibliopole ibi, patru sui, convictu & domicilio exceptus, post vero ab Amplissimo Senatu in convictus *Mattigiani* societatem adicitus, ad pedes *Jo. Rosenbergti*, *Mich. Thymii*, ceterorumque præstantissimorum doctorum, discendi cupidus per septem fere annos confedit, & præter reliquas, quæ ab humanitate nomen traxere, scientias, ad Poësin imprimis Germanicam animum & studia appulit, ut venuste, scienter, & commode, cantare didicerit. Ab ejusmodi præstidiis aliis, Græcæ videlicet Latinæque linguæ, neque minus historiæ, reliquarumque elegantiarum omnium, cognitione, instructus, vere ineunte A. 1708 in Academiam Lipsiensem se contulit, ut cum fratribus suis, natu majoribus, studia sua propulsaret. At enim vero, cum paulo post frater ejusdem natu secundus & major, *Christianus Friedericus*, hodie S. S. Theologiæ Doctor & Superintendens Freybergensis, ex Academia Lipsiensi, ad capeffendam Rectoris Scholæ Annæbergensis dignitatem evocaretur, Noster ipsi socium cum aliis duobus fratribus natu minimis se dedit, & egestate imprimis pressus, sub ejus cura, doctrina & moderamine, denuo scholas minores, publicas & privatas, frequentare secum constituit. Fratrem, supra jam nominatum, ibi habuit Rectorem & hospitem, *Georg. Müllerum* vero & *Christ. Weberum*, viros, dum nobiscum erant, rei scholasticæ peritissimos, & docendi imprimis facilitate præstantissimos, Præceptores. Tandem studiorum Academicorum cursum

secunda vice iniiit, & anno Seculi hujus nono. Halas in Saxo-
nibus elegit matrem & patronam, eam inprimis ob causam,
quia, cum reliqui fratrum, tres Theologiam, duo Jurispru-
dentiam sibi elegerint, ipse tacito quodam impetu ad Medi-
cinam ferebatur. Fama igitur, qua *Georg. Ern. Stablius*, &
Frid. Hoffmannus, at quanti! jam tum inclarescebant, Halas
Nostri arcessebat, ut a tantis doctoribus recta via ad Hygie-
ne mysteria deduceretur. Huc igitur delatus, illustrem *Chri-
stianum Thomam* in Philosophicis, duumviros vero supra
dictos summos in singulis Medicinæ partibus audivit, & *Hoff-
manno* præ aliis se addixit. At enim vix per aliquot
menses ibi hæserat, rerum suarum satagens, cathedram Aca-
demicam cum vitæ aulicæ splendore *Stablius* permutat,
*Berolinum*que se confert, regis valetudinis custos constituitas.
Quo suo doctore primario privatus, Halis dixit vale Noster,
& Vitebergam studiorum sedem sibi destinavit, ubi præter
Jo. Henr. Bergerum, Vateros, patrem & filium, *Brendelium*,
aliosque Academix Vitebergensis doctores, *Jo. Henr. Heuchero*
se dedit auditorem & sectatorem, eoque duce & magistro
universam cursum, quem ajunt, medicum sæpius una vice fe-
liciter decurrit. Quæ cum a Nostro rite cum laudabili ardo-
re peragerentur, studiorum suorum incrementa in publicum
quoque producere, & aliis se in exemplum sistere, haud de-
tractavit. Cathedram igitur, tum Philosophicam, tum Medi-
cam, sæpius conscendit, de *Cicerone Medico*, de *ignorantia
Anatomicorum*, de *organo tactus*, & aliis ejusmodi argumen-
tis, more Academico, disputans, strenuum se in arena hac
præstitit athletam. Qua quidem sua diligentia Noster id con-
secutus est, ut illustris Medicorum Vitebergensium ordo
pro meritis honores in ipsum conferret, & d. 4 Octobr. A. 1712
eundem Medicinæ Licentiatum solenni ritu renuntiaret,
ventilato antea, Præsidi *Heuchero* suo, doctrinæ suæ specimi-
ne, de *igne per ignem extinguendo*, sive de *præstanti Cam-
phora usu in febribus acutis*, quam dignitatem d. 10
April. A. 1721 tandem Doctoralis est consecuta. Postea
vero, quam Noster stadium suum Academicum non si-
ne

ne laude & applausu omnium emensus fuerat, Pirnam, quam, ut patriam alteram, cum suis amabat, elegit, ubi artis suæ, quam tantis ducibus & doctoribus Halæ & Vitebergæ edoctus fuerat, dare inciperet specimina. Nec infeliciter ipsi cessere omnia. Brevi namque tempore novelli hujus Medici fama Pirnam & agrum, qui circumjacet, implevit & in vicinam Bojohemum quoque penetravit, ita quidem, ut homines infimo pariter ac summo nati loco manui ejusdem medicæ se traderent. Quæ cum a Nostro omni fide, sollicitudine, & diligentia, peragerentur; non poterat non fieri, quin meritis parata essent præmia, laboresque honorum consequerentur augmenta. Anno igitur Seculi, quod vivimus, decimo quinto, Naturæ Curiosorum Academiæ, quæ trium Augustorum, *Leopoldi, Josephi, & Caroli*, nominibus coruscans, socius, *Bass* cognomine insignitus, paulo post regia & electorali auctoritate, præfidiariorum in castellis regiis, *Königsteinii & Sonnensteinii*, militum pariter ac præfecturarum, *Pirnenfis, Stolpenfis, & Hohensteinensis*, Physicus Provincialis, annis vero tribus post ex patrum, qui ad clavum regundæ urbis Pirnæ sedent, conscriptorum voluntate, Poliater omnium consensu & in omnium gaudium, quotquot *Willisbii* doctrinam quotidiana jam & celeberrima experientia confirmari videbant, constituebatur. Neque tot & tanti sæpissime concatenati labores, itinera, & negotia, impedire poterant, quo minus Noster, quid valeant humeri, & quid præstent, scriptis in lucem publicam editis orbi erudito indicaret. Difficiles quidam morbi, partim fere epidemici, partim singulares, materiam scribendi subinde ipsi suppeditabant. Anno igitur 1717 scriptum quoddam, sermone patrio contextum, *de morbo quodam Sparmodico*, paulo post aliud quoddam Latinum *de melancholia ex verme umbilicali orta* publicavit. Ut ea taceamus, quæ partim *Actis nostris & Ephemeridibus Academ. Curios.* partim *Collectionibus Physico-Medico-Historicis*, quæ tum dirigente *Kanoldo, Viro*, dum vivebat, de re literaria, imprimis natu-

naturali, immortaliter merito, edi cœpere, inserta sunt, Domesticam Nostri rem si scire velis, matrimonium denique iniit cum *Jo. Margaretha, D. Andrea Jacobæri*, Medici Pirnensis tunc primarii, filia unica, ex qua suscepit duos filios filiamque unicam, omnes vero filios, vivus adhuc pater, in cunis vagientes, filiam vero in septimo ætatis anno, ad cœlestes mentium sanctissimarum sedes, & vidit & ensit, p̄zire. Atque ita Nostri vita non sine mœroribus, curis, variisque aliis recum humanarum vicissitudinibus, præterlapsa est. In pueritia & juventute cum paupertate, solitudine, aliisque ejusmodi calamitatibus, conflictandum ipsi fuit: ætas virilis perpetuis laboribus quotidianis, per urbem & per singulos ejus vicos discursationibus atque itineribus molestissimis, inter questus, clamores & suspiria, quibus ægri & lectis affixi dolorem mitigare student, curisque mordacibus, & centum aliis secali hujus adversitatibus, adeo fracta & debilitata fuit, ut eandem nondum ad dimidium emensus, ipse Noster mortalitatis semina in se magis magisque prodire senserit. Licet enim Noster animi vigore excellenti, & satis firma atque prospera valetudine, a teneris usus fuerat; nocturnis tamen diurnisque lucubrationibus, laboribus, curis & molestiis, factum est, ut corpus, alias procerum & fere obesum, vario morborum genere inciperet tentari. Hæmorrhagia narium, anxietates præcordiorum, tumor œdematosus, aliaque ejusmodi symptomata aurem veluti Nostro vellicabant, ut Medicus Medicorum, quibuscum vivebat, consilia peteret. Sed proh dolor! non erat in Medico, ut ipse relevaretur, & cum pristina valetudine in gratiam rediret. Malum in dies ingravescibat, & Noster, sui met ipsius probe conscius, ad emigrandum ex hac miseria se accingebat. Medicus, ut erat ingenio erecto, mortem, cui ipse quondam terror fuerat, & quam detrectant sæpe senes, haudquaquam extimescebat, sed jam appropinquantem animose, & ut hominem decet sui constantem, excepit, annorum 38 & mensium 6 in hac vita emensus curriculum.



✠(337)✠

ACTORUM ERUDITORUM,

Quæ Lipsiæ publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. VIII.

*SANCTI HILARII, PICTAVIENSIS EPISCOPI,
Opera, studio & labore Monachorum Ordinis S. Bene-
dicti e Congregatione S. Mauri castigata, aucta, atque
illustrata; nunc vero libris de Trinitate, & Commen-
tariis in Psalmos ad binos Capituli Veronensis Codi-
ces, antiquitate ac præstantia quosvis ad hanc diem
cognitos facile exsuperantes, diligenter exactis, atque
octo maxime variantium Tractatum adiectione
locupletatis.*

Tomus I & II.

*Veronæ, apud Petrum Antonium Bernum & Jacobum
Vallarrium, 1730, fol.*

Alph. 1 pl. 14.

Cum præ ceteris civitatis Dei doctoribus, quos Patrum no-
mine veneramur, *Hilarius* celebritatem consecutus sit,
& *Sulpitio Severo* iudice, *unius Hilarii beneficio Gallia a
piaculo hæresis Arianae sint liberata*; mirum non est, quod
cum plausu ejus Operum editiones fuerint exceptæ, ut sæpius

Uu

prela

prela exercere debuerint. Forsitan Lectoribus nostris rem non ingratam faciemus, si, antequam editionis, quam præ manibus habemus, rationem exponamus, editiones Operum *Hilarii* diversas ex Præfatione, quam Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri suæ editioni præfixere, & hæc loco enumeremus. Videlicet *Georgio Cribello*, Presbytero, debetur honos, quod primum *Hilarii* libros de Trinitate, ad *Constantium*, contra *Constantium*, contra *Auxentium*, & de Synodis, e situ & squalore redemptos, publicæ exposuerit luci. Quam quidem laudabilem industriam cum *Joannes Solidus Cracovius*, adhortante *Jacobo Fabro Stapulensi*, edendo *Hilarii* in Psalmos Commentationes, imitaretur; effectum est, ut tandem A. 1510 *Badius Ascensius* Opera *Hilarii* supra enumerata una cum ejusdem in *Matthæum* Commentario, & ad *Afram* Epistola, typis imprimi curare potuerit. At enimvero, cum neque a suppositiis pura, neque ab omnibus mendis immunis, *Ascensii* esset editio, *Erasmus Roterodamus* hisce nævis, Basileæ A. 1523 iterum editis & ib. A. 1532 recensis *Hilarii* Operibus, mæderi studuit. Ob defectum autem Codicum manu exaratorum de castigandis *Hilarii* de Trinitate libris unice sollicitus esse potuit. Cumque in Præfatione sæpenumero *Hilarii* reprehenderit, & ejus contra Arianos disputandi methodum taxarit; hæc ipsa editio & ab Inquisitione Romana & a Collegio Theologorum Parisiensi censuris notata est. Superavit in edendis *Hilarii* Operibus *Erasmi* industriam *Ludovicus Miræus*, qui, pluribus MSC. Codd. cum editis *Hilarii* scriptis collatis, atque additis quibusdam, quæ *Hilarii* nomen præ se ferunt, Dissertationibus, Parisiis *Hilarii* excudi curavit Opera. Licet autem *Miræus* in editis *Hilarii* Operibus magnam adhibuerit accuratorem; *Martinus* tamen *Lyppius*, cum A. 1551 *Hilarii* ederet Opera, *Erasmi* editionem, quod mireris, unice secutus est, nulla *Miræi* editionis habita ratione. A. 1570 *Jo. Jac. Gryneus* Basileæ *Hilarii* edidit Opera. De qua quidem editione notari meretur, quod in ea vita *Hilarii* primum compareat. Sed, quemadmodum *Gryneus* primum vitam *Hilarii* ejus Operibus præfixit,

sic

fic etiam ab omnibus erroribus non est immunis. Quæ enim de *Hilario* Diacono *Hieronimus* in Dialogo contra Luciferum scripsit, ea perperam de *Hilario*, Pictaviensi Episcopo, interpretatur. Qui A. 1572 novam *Hilarii* scriptorum adornavit editionem, *Gillosius*, ex ipsius *Hilarii*, aliorumque veterum, scriptis *Hilarii* vitam recensuit, & præcipue sibi datum esse credidit, *Hilarii* famæ omnibus modis consulere. Ipsum *Hilarii* textum non emendare studuit. In quo emendando præcipue defudarunt, qui A. 1605 Parisiis *Hilarii* Opera publicæ luci exposuerunt. Hisce enim numero multo manu exarata exempla fuere ad manus. Recusa est hæc ipsa Parisiensis editio Coloniz, A. 1617 Parisiis, A. 1631 & 1652. Sed, cum hujus editionis directores nomen suum non professi sint, iudicio Monachorum Benedictinorum evenit, quod assolet, ut perfunctorie tantum officium suum peregerint. Ipsi igitur Monachi Benedictini omnium industriam superare conati sunt. Ex quo enim typis exscriptos *Hilarii* libros cum numero multis Codd. MStis contulerunt, denuo Pictaviensis Episcopi Opera publici juris fecerunt. *Marchio Scipio Maffejus*, cujus sub auspiciis, & cujus cum Præfatione, ipsa, quam præ manibus habemus, editio prodiit, editionem, quæ a Benedictinis Maurinz Congregationis Monachis elaborata est, tam diligenter confectam esse deprehendit, ut ab ea recedere religioni sibi duxerit. Ex quo enim Canonicorum Veronensium coetus, ejusque Archi-Presbyter, *Jo. Franciscus Musellius*, constituit sub ejus præsidio *Hilarii* Opera iterum typis exprimenda esse, *Josepho Blanchinio*, Veronensi Canonico, Cel. illius *Blanchinii*, qui *Anastasi* vitas Romanorum Pontificum edidit, patruo, Sacerdote *Dominico Vallarso*, & *P. Alexandro Bonifacio* e Congregatione Oratorii, autor fuit, ut Monachorum Benedictinorum editionem plane recudi curarent, additis tamen iis, quæ in Codd. MStis Veronensibus ad *Hilarii* textum illustrandum, emendandum, & augendum, facerent. Editionem Monachorum Benedictinorum e Congregatione S. Mauri in *Supplementis* horum Actorum T. III Sect. II p. 49-55 ex instituto recensuimus; nostrum igitur tantum

erit, paucis exponere, quid in hac ipsa Veronenſi editione Benediclinorum editioni acceſſerit, & qua in re hæc illam antecedit. Quod dum faciemus, & Codd. MSti, quibus Cl. Editores uſi ſunt, erunt deſcribendi, &, quomodo ex his ipſe *Hilarii* textus emendatus ſit, quibusdam in medium prolatis exemplis declarandum. Duo Veronæ in Capitularibus ſcriniis *S. Hilarii* Codices MSti reperiuntur, quos præſtantiffimos Cl. Editores appellant. Alter Opus de *S. Trinitate*, alter in *Pſalmos* Commentationes complectitur. De utroque Codice ſigillatim erit agendum. Prioris Codicis rationem ipſis *Maffeji* verbis indicabimus. *Liber eſt, inquit, maximi moduli, ſingularem tum literarum, tum membrana, magnificentiam oſtensans, figura quadrata, levi charta, ac plerumque ſubtili atramento, in flavum vergente, ſcriptura bifida, atque a temporis injuria intacta, oris late circumalbicantibus. Eadem manus, nihil proſus ab hac amplitudine & ſcripturae majeſtate deſectens, perſtat uſque ad extremum. Sub ſinem tres aut quatuor deſiderantur charta, quapropter nec librarii, nec temporis, ſuperreſt nota, ſed quinto aut ſexto Seculo exaratum Codicem perſuadent omnia.* Integræ paginæ hujus Codicis exemplum in æs incifum Vir Cl. exhibet, ut eo facilius antiquitatem ejus lectoribus ſuis perſuadeat. Exempli loco quædam proferamus,

T. II p. 43. ex quibus pateſcat, quid Codex MStus Veronenſis ad finiendam celebrem quandam, quæ inter *Felicem* Urgellitanum & catholicos Seculi VIII doctores fuit, controverſiam facere Cl. Editoribus videatur. Videlicet *Felix*, Urgellitanus Episcopus, defendebat, Chriſtum, ſi humanitatem ejus ſpectes, *adoptivum* Dei eſſe filium, & naturalem, ſi divina ejus conſideretur natura. Quam quidem ſententiam ut *Hilarii* communitate, ad ejus *Lib. II* de *Trinitate* *Cap. 21* provocavit, atque ex eodem ſequentia citavit verba: *Aliud intelligitur, aliud videtur, aliud oculis, aliud animo conſpicitur. Parit virgo, partus a Deo eſt. Infans vagit: laudantes angeli audiuntur. Panni ſordent, Deus adoratur. Ita poteſtatis dignitas non amittitur, dum carnis humilitas adoptatur.*

tur. Nihil facit hic locus ad *Felicitis* sententiam defendendam. Quis non intelligit, verbum *adoptatur* de humana natura a Patre adoptata intelligendum esse. Interim tamen Seculo VIII doctores e re sua esse duxerunt, negare, *Hilarium* dixisse: *carnis humilitas adoptatur.* *Alcuinus Lib. VI contra Felicem,* tu, inquit, omnium perversissime dicis *adoptatur,* ubi *B. Hilarius* dicit *adoratur.* *Carnis* equidem *humilitas* a *Magis* adorata est, & *mysticis munerum speciebus honorata, non adoptata.* In Codice Veronensi, de quo verba facimus, legitur: *dum carnis humilitas adoratur, nullo, Cel. Maffei* verba sunt, *abraſionis vestigio, nulla superinductio- nis suspicione.* In vacuo autem spatio *adoptatur* adjectum est, R. superiori margine adscripto. Quod quidem R. dubiæ lectionis locis adscribi & *require* denotare solet. Quæ cum ita sint, Cl. *Maffejus* colligi ex MSto Codice Veronensi posse existimat, olim *adoratur* lectum fuisse, de ea tamen lectione antiquitus quoque ante *Felicem* Urgelitanum dubitatum fuisse. Quæ quidem consequentia rectissime sese haberet, modo extra dubitationem omnem esset positum, Codicem Veronensem ante motas a *Felice* controversias fuisse exaratum. Sane, cum argumenta, quæ pro antiquitate hujus Codicis in Præfatione protulit *Maffejus,* ita comparata non sint, ut omne removeant dubium, forsitan ex hoc ipso *Hilarii* loco posset probabilius concludi, ante Seculum octavum Veronensem Codicem scriptum non esse. Robur huic conjecturæ ex positionibus, ab ipso *Maffejo* concessis, accedit. Primo largitur, *Hilarium* procul dubio *adoptatur* scripsisse. *Contextum,* inquit, *percurrentibus statim patebit, vocem adoratur oratoris elegantia, quam Autor ibi sectatur, minime convenire: parit Virgo, partus a Deo est; infans vagit, laudantes angeli audiuntur; panni sordent, Deus adoratur: ita potestatis dignitas non admittitur, dum carnis humilitas adoratur. Neque apte immediata orationis membra bis eodem verbo clauduntur, neque mirificum illud, quod ex oppositis aucupatur Hilarius, oritur ullo modo, si dignitatem non amittat, qui adoratur, oritur autem opti-*

me, si dignitatem non amittat, qui carnis humilitatem adoptat. Neque etiam secundo Vir doctissimus negare audeat, lectionem illam, adoptatur, post controversias Felicianas odio fuisse catholicis, quod Felix illi superstruere errorem conatus sit. Huc accedit, quod Maffejus tertio Codicem MStum Veronensem ob insignem in scribendo adhibitam accuratorem laudibus evehat. Quæ cum ita sint; nonne suspicioni locus, in exemplis Operum Hilaris, sub finem seculi octavi & deinceps exaratis, adoratur, non adoptatur, scriptum fuisse, in accuratioribus autem Codicibus, ante motas a Felice controversias scriptis, adoptatur extitisse? Ad alterum Codicem MStum Veronensem progredimur, quem Cl. Editores primum cum Hilaris Operibus typis exscriptis contulerunt. Complectitur ille Hilaris in Psalmos Commentarios. En quomodo ipse Cel. Maffejus hunc Codicem describat: Libri, inquit, forma media & oblonga, membrana, ubi inoffensa, candida est, adeoque subtilis ac tenuis, ut quedam folia tactum effugere videantur: atramentum xerampelinum est & subalbicans: scriptura in duas columnas discreta - - Ubi Græca incidunt verba, accentibus ac spiritibus nullis effinguntur. Quæcunque sive ex aliis Psalmis, sive aliunde, sumta afferuntur, seponuntur, priori versu rubricato. Rubricata autem verba auri olim superinducti alicubi vestigia retinent. Scriptionis species Virgilium Medicum (parum feliciter ab editis speciminibus representatum) in eo præcipue refert, quod literæ mediocris pariter sint magnitudinis, & calamo subtiliori exarata; quod P & Q descendant nunquam, neque infra protendantur, & quod in T transversa linea vix appareat, ut etiam in G & in L inferiores ductus. Non audeat Vir Cl. ex hisce Codicis MSti notis, quo seculo scriptus sit, definire. Non dubitat tamen affirmare, paucos ex Ecclesiasticis, præsertim MStis Codicibus, reperiri, qui cum hoc antiquitate certent, facieque ipsa ac conspectu majoris vetustatis aucupentur fidem. Variis autem in rebus hic ipse Codex ab aliis Codicibus Commentariorum Hilaris in Psalmos diversus est.

Primo

mo enim in hoc ipso Codice *Hilarii* Commentarii in 9, 13 & 191 Psalmum deprehenduntur, qui huc usque unice in Codice M^oto Vaticano reperti sunt. Quod quidem Cl. *Massejus* movet, ut in Præfatione defendat, nullum superesse dubium, quin ipse *Hilarius* horum Commentariorum autor sit. Secundo, octo præcipue sunt in Psalmos Tractatus, ut in Pf. 63, 64, 65, 119, 120, 121, 124, 132, Commentarii, qui quam maxime ab editis *Hilarii* Tractatibus diversi sunt, multoque iis breviores. Cl. *Massejus* sub finem Præfationis hos ipsos octo Tractatus sigillatim typis exscribi curavit. Ipse autem anceps hæret, utrum magis consentaneum sit, defendere, ipsum *Hilarium* hosce Tractatus prium ita elaborasse, prout in Codice Veronensi extant, deinde novis curis auxisse & in amplio-rem formam redegisse, quam, alia typis jam impressa *Hilarii* Opera exhibeant; an vero præstet, suspicari, ab alia manu has epitomas processisse, & in proprium usum a quodam hos Commentarios esse excerptos? Tertio, in hoc ipso, de quo verba facimus, Codice nonnunquam accuratius, quam in typis exscriptis *Hilarii* Commentariis, *Hilarii* cogitata expressa Cl. Editoribus videntur. Neque enim dubitarunt, rejecta huc usque recepta lectione ex hoc Codice interdum aliam substituere, priore tamen in notis apposita. Ita v. g. in Tractatu in *Psalmum 14 n. 16* jam legitur secundum Codicem Veronensem: *Ut enim, quæ Deo offerimus, his quidem ille non eget, sed per nos debita reverentia impletur officium &c.* cum antea legeretur: *expletur officio*; in Tractatu in *Pf. 9 n. 4* antea legebatur: *Hic igitur est finis occultis (occultus) mortuorum resurrectio, sanctorum glorificatio, malitia damnantis abolitio &c.* Quam quidem lectionem ex Codice Veronensi emendarunt, & loco *damnantis* jam legitur *dominantis*. In tractatu in *Pf. 2 n. 44* verba 1 *Cor. VI, 2*, adducuntur: *An nescitis, quia sancti mundum judicabunt, & in vobis judicabitur mundus?* Qua quidem occasione Cl. Editores annotant, in Codice Veronensi legi: *judicatur hic mundus*, quæ lectio Græcum textum accuratius exprimat. Plura exempla non commemoramus, cum

T. I p. II.

62:

51.

ex

ex allatis jam perspicuum sit, quæ in re hæc ipsa, quam recensuimus, *Hilari* Operum Veronensis editio ab editione, quæ Monachorum Benedictinorum auspicio prodiit, differat atque dissentiat.

GEORGII D'ARNAUD LECTIONUM GRÆCARUM Libri duo, in quibus Græcorum scripta passim illustrantur & castigantur, imprimis HESYCHII, ARATI, THEONIS & APOLLONII RHODII.

Hagæ Com. apud Petrum de Hondt, 1730, 8.
Alph. I pl. 14, ch. maj. dimid.

Pag. 177.

178.

Laudatum fuit Viri doctissimi Specimen Animadversionum Criticarum in his *Actis Mensis Aprilis A. 1729 p. 154 seq.* ita quidem, ut etiam annotarentur quædam, in quibus humani aliquid passus videretur. Illis pariter atque aliorum monitis modestissime ac sapienter ille usus, in Præfatione hujus Opusculi sua ipse vinet; hic illic cædit, & ingenuo viro dignum candorem lectoribus probat. Nos in hoc etiam recensendo libertate ea utamur, quam neque ipsi, neque cuiquam bono, ingratam putamus, & sumamus speciminis causa, cum alia ratio in tali libro locum vix habeat, principium eorum, quæ ad *Oppiani Cynogetica* Vir Cl. annotavit. Ad *Lib. I v. 6* veretur, ut ἀριστοποίησης vocis formam Grammatici condonent *Oppiano*: potius enim spectandum fuisse ἀριστοποίησης, ut ab εὐπατρὴς εὐπατρίας. Sed nescimus, an talis canon fuerit vel verbis ipsis propositus, vel usu comprobatus, qui jubeat semper in locum terminationis genitivi sublitui terminationem εα, quoties ea opus esset. Potius ὄρεος format ex se ὄρεως, βασιλέως βασιλείως, ubi simpliciter adjectivus casus succedit in finem Substantivi. Sed istuc leviculum. Ad *v. 9*, qui parenthesi inclusus ita habet, Ἐμμενέες Τῶν Φαίδων, καὶ Φαίδος Ἀπόλων, non admodum opus erat observare, Φαίδων esse adjectivum a verbo Φαίδω.

Do, sed aut ostendendum, *Titan lucens & Phœbus Apollo* quomodo hic differant, quod appositum nomen plurale poscit, aut probanda lectio, quam ex vetusto Codice in margine laudat *Ritterhusius*, *ἑμμενίος*, qua admissa, illa questione non amplius opus est. V. 37. pro *εἰβίης ἐμμενίος ἔργος* conjicit *εἰβίης δωδεκέντος*, sed bene est, quod animi tantum causa hoc a se factum dicit. Neque enim ulla hic erroris suspicio. V. 39. non placet illi *αἰδαίκευτος Κωδίσην*, quæ tamen nihil videtur habere incommodi; quidni enim *αἰδαίκευτον* vocet Poeta, h. e. *lacrymarum expertem* bestiarum venerem, quæ inolestis caret illis, quibus comitata hominum solet esse voluptas, aut eodem intellectu, quo solet *Φιλομυιδῆ* venerem appellare *Homerus*. Noster *αἰδαίκευτον* vult, & intelligi *inconcinnam & inconditam*; sed, si omnino placet illa mutatio, quidni potius vertamus *promiscuam, vagam &c.* Minime omnium arridet ultima Viri doctissimi conjectura, ubi *αἰκευτον* substitui posse putat, h. e. *immoderatam*. Scilicet non recordatus est responsi Julii apud *Macrobius*, quia *bestia sunt*. Quæ ad v. 65. de voce *θώμιγξ* disputat, non videntur vulgaria. Interpretatur nimirum *rete cannabinum proprie limbum retis*. Laudat præter ipsum *Oppiani* locum, *Anthol. 1, 60, p. 124*, & pro *arcus corda* adhibitum ostendit ab *Æschyle Eumen. v. 179*. Ad v. 72. pluscula exempla conduxit, ubi dualis cum plurali numero in eadem constructione jungitur. Ad v. 132. in descriptione hiemis ait *Oppianus*, *Ἄγχι πρὸς κλυθείς ὠπλισσατο δόρυρον ἀμοργός*. *Ritterhusius* *ἀμοργόν* interpretatus erat in versione quidem *lignarium*, nescimus, qua causa; in notis autem, *qui oleum exprimat*. Noster *ἀμοργός* reponit, h. e. *pastor*, ingeniose sane & mutatione minima. Verum, cum hiems hic describitur, pastores autem magis miti tempestate gaudeant, contra constet ex *Columella 12, 50*, & aliunde, Decembri & Januario exprimendum esse oleum, retineamus potius scripturam constantem. *Ἀμοργόν* enim esse, qui oleum exprimat, dubitari non potest vel ex metaphorica & proverbiali formula, ubi *Eustathio* teste p. 838, 50, 57, edit. Rom. *ἀμοργὸς* sunt

Pag. 181.

182.

184.

185.

188.

sunt depeculatores Reipublicæ pecuniarum publicarum. Sicut
 idem, qui ἀμολγοί, οἱ ἀμείλγοντες. τὰ κούρα βάρερα καὶ
 διαφραίντες τὰ ἀμώματα. - οἷον ὁ ἀμείλγων ἐλάσας. ἢ οἱ ἐκ-
 μύζοντες οἷον τὸ ἀμώμα. De ἀμώματι ἀμώματι. quid
 dicamus. Ad v. 146. Μηνιάδος, & 359 μνηθμῶς recte
 restituit Oppiano, ubi in prima syllaba legitur adhuc υ, quod
 potius boum est, cum η caprino generi attributum sit. Ce-
 terum neque μινιάς pro bucula, neque μνηθμός pro ca-
 præ balatu adhuc est in Lexicis. V. 150 βρόχων πολύσωνα
 δασμά acute in πολύσωνα mutari vult Ulianus ad Gratium
 v. 28. Sed ostendit Noster, non fuisse reprehendum ab eo
 Rittershufum, qui, cum πολύσωνα invenisset in libris, illud
 verterit ad verbum *suspiriosa vincula*. Πολύσωνος enim sa-
 gittæ epitheton Il. 9, 451. & Apollon. Rhod. 3, 278, is. Hesych.
 πολύσωνα, πάλων σκευγμῶν ἄγρια. V. 166 legitur:

Ἴππων δ' ἀσίλα Φύλα. τόσ' ἔδραε μύρια Φωτῶν,
 Ὅσσα βροτῶσι γνέθλα δαδασμένε σῖτον ἔδραε.

Frigidam putat & pene ineptam ταυτολογίαν Noster, quam
 sublaturum it, mutato Φωτῶν in πάλων. Sed an non nova
 exoritur ταυτολογία, nisi quod ab hominum genere ea trans-
 fertur in equos. Versum 176 cum sequenti recte ita constituit:

Βαιὸν ὑπὲρ δευρῆφι, μετήσρον, ὑψικάρηνον,
 Ἄειροι μέγας αὐτὸς ἰὼν περιηγέα γῆρας,

ut conveniat versus posterior cum illo *Gratii v. 503: Nempe
 ingens, nempe ardua fundit in auras Crura*. Rittershu-
 fuis legebat ὑψὶ κάρηνον Ἄειροι, & vertebat, *sublime caput
 tollat*. Ad V. 186 negat se causam animadvertere Vir Cl.
 cur βρόχιν ἀμφίδυμον geminam spinam equi vocaverit Op-
 pianus. Sed διπλὴν βρόχιν requirit in equo etiam *Assyrtus
 Geop. 16, 1*, & Hippiatrici, quos ibi laudat *Needhamus*. Ita du-
 plicem spinam commendat *Varro R. R. 2, 7*, & quicumque e-
 quum describere, quos cum hoc ipso *Oppiani* loco magne
 numero producit *Cerda ad Georg. 3, 87*. V. 484 ita Poeta
 de venatore instituentem canem vestigatorem:

Pag. 190.

191.

195.

196.

204.

Πρώτοι μὲν ἐυθεΐαν, μετὰ ταῦτα δὲ δοχμὸν ἐλάυνων
 Λαίῃ, δεξιτέρῃ, ἀποδοῦν ἰδὸν αἰμῶσις ἐλίσσων.

Veretur Noster, ne suum fateri refugiat *Opprianus*, illud δοχ-
 μὸν ἐλάυνων λαίῃ; quod vix Græcum tinniat, substituitque
 ipse ὄχμον vel ὄγμον ἐλάυνων. Sed nos arcendam a Poeta
 hanc emendationem putamus. Δοχμὸν, adverbialiter posi-
 tum, ut δοχμαὶ apud *Homerum*, oppositum est illi εὐθεΐαν;
 λαίῃ δεξιτέρῃ est ἐπεξηγήσις; nihil planius, aut Poeta digni-
 us. Addimus aliquid ad II, 7, ubi de Hippocentauris Poeta; Pag. 210.

ἄγρια Φύλα
 Θηρομυγῆ, μὲν ὅπῃ μὲν ἐπ' ἰχθύας, ἰχθυόφιν δὲ
 ἵππων ἡμιβροτών.

Pro ultima voce, cum parum apte ad descriptionem conve-
 nit, (tota enim posterior pars equina fuit) mavult legere
 ἡμιτόμων. Sed, ut taceamus, Poeta concedendum fuisse, si
 equinam partem Centauri vocare libeat ἵππων ἡμιβροτόν,
 commode illud ἡμιβροτόν, ante quod incidi ita debet, refer-
 tur ad φύλα, ut post descriptionem specialem, nomine hoc
 totam monstrorum naturam complectatur.

ANTIQUITATES GERMANORUM, POTISSI-
 mum Septentrionalium, selectæ, quibus multa ad rem
 sacram & domesticam, spectantia, illustrantur atque ex-
 plicantur; Autore JO. CHRISTOPHORO
 CLEFFELIO.

Francofurti & Lipsiæ, apud Viduam B. Pauli, Bibliopolæ
 Hufnienfis, 1733. 8.

Alph. 1 pl. 8.

EO majorem excellentioremque laudem decernere fas est
 Cl. Cleffelio, qui, applaudentibus congratulantibusque bo-
 nis omnibus, nuper ad gubernacula Scholæ Tœnningensis
 accessit, quo magis mutos tacitosque in tam densis veteris
 memoriæ tenebris conspicimus interpretes. Ut parum æ-
 qua & humana illorum censura sit, qui ex suo ingenio alios

metuentes, nimis temere censent, eos, qui antiquitates gentis nostrae, diuturnis tenebris involutas, primi illustrarunt exere-
runtque, non quodam in veritatem aut majores nostros amo-
re incensos, sed pertætos fuisse peregrinarum rerum vulga-
rium nimis & proletariarum, novamque quæsisse laudis glo-
riæque materiam. Non notari poterit hac acerba & inimiti
censura *Cleffelius*, cujus singularem erga antiquorum scita
institutaque venerationem, non dicam, singula Capita, sed sin-
gulæ loquuntur paginæ. Nondum enim feriari licet iis, qui
ultra vulgus sapiunt, in investigandis nationis sapientissimæ,
præsertim Germanorum Septentrionalium, moribus, cum
Saxo, *Snorro*, *Meursius*, *Wormius*, *Cluverus*, *Laccenius*, *Bo-
chartus*, *Schedius*, *Keislerus*, ceteri, Autori non spicilegium
reliquerint, sed largam copiosamque messem. Et profecto
nemo quisquam par erat tam arduo difficilique muneri digne
exequendo, præter *Cleffesium*, cui vetustissimas, abditissimas,
& jam pugnantes cum tineis blattisque majorum schedas,
Cl. *Grammi* beneficio, pervolvendi perscrutandique rara
contigit felicitas. Quod igitur tam magnifico optimorum
subsidiarum apparatu orsus est Opus, illud non minori dex-
teritate ad optatum fortunatumque perduxit exitum. Ete-
nim, præter nativam sermonis elegantiam, regnat in hoc O-
pere sanctum veritatis studium, accuratum de prisca & re-
centioribus scriptoribus iudicium, mirifica in relinquendis
aliorum opinionibus modestia, & prudentissima rerum præ-
stantissimarum selectio. In undecim Capita partitus est O-
pus Cl. Autor. Caput I matrimonia Germanorum pertra-
ctat. Dilaudat ex vero incorruptam illam connubiorum fi-
dem, ut nullius, verba Autoris sunt, *populi conjugium sit,*
*quod cum matrimonio Germanorum aut castissimis, aut amo-
ris mutui exemplis comparari queat.* Est illud *Julii Cæsa-
ris* virus pestilentissimum, quod evomit in Germanos, non
una uxore contentos esse eos, sed promiscua mulierum uti
consuetudine. Palam profitebimur, quod negari nequit,
non plane exulem fuisse in Germania polygamiam. Sed, si
qui plures uxores in torum adscisciebant, ii primæ nobilitatis
viri

Cap. I
§. I.

viri erant, quos vicinorum populorum mores hac infans
 contagione infecerant. Cave vero, tribus id omnibus.
 Principes ipsi detestabantur plurimam uxorem consuetudi-
 nem, & Gramus, Rex Danie, priorum uxorem dimisit, cum
 Signea filij matrimonio iugaret, unicamque uxorem habe-
 re, quam polygamus esse, maluit. Magni circumspeditione
 accurataque consideratione inierant connubia Germani, ne-
 que uxorem duxerunt, quæ aut nobilioris generis, aut vilioris
 conditionis esset, ne circuli ordinem turbarentur temere.
 Eodem prudenti mentis sagacissimo consilio utebantur pu-
 ellæ in prociis eligendis, quos non facies pigmentis illita, sed
 dextræ robur, destructa hostium spolia, manus cruore reple-
 tæ, & fœdæ in pectore medio cicatrices, commendabant. Lau-
 dandi hic sunt nostri Germani, qui non pecorum ritu in pro-
 miscua connubia ruerunt, sed intra certas fixasque regiones,
 gradus Jcti appellant, continerunt matrimoniorum licenti-
 am, ut *vix mihi persuasam*, inquit Autor, *ex lumine natu-
 re legem de incestu exortam, sed potius ex sanctione ipsius
 Dei conservatam credam.* Nuptias cum filia privigna, fo-
 licitatem impliam, *Diis immortalibus invisam, humanoque
 generi detestabilem & probrosam*, ex *Obrofa* testimonio, vo-
 carunt. Ex quis crederet, tam tenacem bonorum morum
 gentem infames illas cum privigno filio, aut fratris cum fo-
 rore, tolerasse nuptias, quibus perpetuum exilium indixe-
 rant. Ceteras affinitatis consanguinitatisque regiones transi-
 lire, avunculi aut defuncti fratris uxorem in tori assumere fo-
 licitatem, res erat contra legum & infamiae poenam constituta.
 Validi validis miscabantur, & serè apud Germanos nuptiæ.
 Interim tantum abest, ut lascivam luxuriosamque vitæ inierint
 rationem, ut puellæ pudicitiam integram illibatamque
 ad inferos referre, in præcipuo honore duxerint. Ea inpri-
 mis virginum Norwegicarum laus est, ut pudicitiam cari
 sanctique pignoris instar habeant, eandem armis defendant, &
 mortem contumeliæ præferant, fabulis fidem habentes, quæ
 mulieres, quæ ultra virorum sepulturam spiritum prorogant,
 a caelestibus *Valballæ* gaudiis arcent, & ad *Helam*, ad inferos

Cap. I
9. 6.

7.

8. 9.

10.

11.

12.

genios amandant, virginibus vero, quae castam & abstinent
maritorum contagione puram vitam transfugerunt, non solum
hanc aeternam cum *Afuitis*, sive Deabus, vivendi voluptatem,
verum etiam majorem felicitatis gradum praestitit fortunis ad-
figant. Variis artibus & technis quoque juvenes virginum ani-
mas sibi conciliabant. Vulgares & tantum non frequentes
artes, erant, ad minus sibi parvae excoeca. Falluntur tamen &
ignavis delectantur, qui ad hunc ritum *Taciti* verba torquent:
Detam nos uxor marito, sed uxori maritus, offert. Nondum
eodem *Taciti* aetate conjugia vanalia, quae ad pretium humanari-
um. *Fritbe III*, Danorum Rex, adstrinxit. Multo celebrior, &
ad sponsam amabilem, inveniendam magis, proficitur, modus,
fortitudinis heroicæ edito specimine, nominis consequi decus.
Nec incogniti & prorsus inauditi modi, raptu faccisque in
Venerem mixtis tori sibi, querere sociam. Ad nuptias rite
contrahendas requisendus erat parentum consensus, quem, nisi
in Principum conatibus, per interpretem, aut intermedium
expetere, nefas erat. Post virginis expiscanda voluntas. A-
verlabantur Germani coacta matrimonialia, quae raro aut forti-
tassis nunquam suspicatum, salutareque somnium evanescunt.
Uti vero delicta, & difficilesque erant in reddenda, consensu
conatibus virginis, ita amatores, ad desperationem redacti
ultimam, in phaleris & literis amatoris lobum, maioremque
collocabant praesidium. Nimirum somnia sunt & gortæ Si-
culæ, quibus imponunt nobis illi, qui, literarum secreta Ger-
manos, ignorasse, confidenti, dictatorialique voce decernunt.
Tamen insignem, enim, literarum notitiam sibi comparaverant,
quam a tali populo vix expectare poterat, ut diligas agant,
qui, eam in amore adhibitam fuisse, perverbe negant. Liter-
æ amatoris bacillis sive asserentia, insculptæ erant lignove
alii, quod celebre chartarum genus erat. Praesertim Deo-
rum ope auxilioque utebantur, ad impetrandum virginum
consensum, invocata Dea, ex *Afarum* gente *Lesn* dicta, quæ
ab *Odina* & *Frygga* facultatem accepisse fertur utriusque fe-
xus animos diversissimos uniendo, & in amoris perducendi
societatem. Si ex voto evenerat res, sequebantur dona spon-

fali-

felicia, ipsaque sponsalia annulo presubo obsignata. His
 peractis, in tutelam custodiamque perosymphorum transibat
 novella sponsa, quam illi nuptiali die solenni domum de-
 ductione in sponsi reddabant thalamum. Sacrificia tunc
 immolabant tum *Frae* sive *Frae*, quae amoris nuptiaeque praer-
 erat, tum aliis Numinibus, & praesertim *Deo*, quae *Siesna*
 dicitur, quae ad amorem inter virum & uxorem conciliandum
 conservandumque invocabatur. Fabulas redolent *Hachen-*
bergiana, argutae, quasi abrasum fuisset nuptiali die sponsi
 sponsaeque caput. Pugnant haec cum genio gentis, quae praer-
 cipuum & singulare decus in crinium cultura posuit, quos
 passos alebat. Ponebantur eo die crines, sed non penitus, sed
 circumtondebantur & praecidebantur ex more gentis, ut
 hoc ritu indicarent, in laborum communionem & omnia
 fortunae societatem venire novos conjuges. Neque deerat
 convivium nuptiale, idque laute & opipare apparatus, quo, tan-
 quam archillimo vinculo, se devinciri credebant. Hinc tot
 luculenta tenerrimi integerrimique amoris documenta, cujus
 veram causam, quae siveris in innata genti probitate, cum e-
 gregia educatione conjuncta, & streuato ardore ac severita-
 te in Philosophia morum excolenda, qua institui, pro imma-
 ni facinore habebant perfidiam in thalamo. Praeter infi-
 tam illam morum probitatem & supplicii gravitas eos avo-
 cabat a sacrilega tori violatione, & in ordinem redigebat ne-
 farium & scelestum molientes facinus. Ut itaque pauci in
 tam numerosa gente adulterio aut vaga libidine sese pollue-
 rent. Soli heroes & athletae in illicitam venerem fereban-
 tur, eamque consuetudinem introducebant, ut cuilibet illo-
 rum pellicem habere liceret. Nulla in Germania divortia,
 nisi adulterium, incestus, perfidia, generis discrimen, & ten-
 tata parentum caedes, occasionem praerent dirimendo con-
 nubio. Semel tantum nubebant Germanae mulieres, quae, ex-
 tincto marito, sibi vim inferebant, ut eo citius *Valbal-*
la perfruerentur gaudio. Quae enim ex animi inconstan-
 tia viris supervivebant, eos in *Niffbeimum* ad *Helam* relega-
 tas, & *Valballe* letitia exclusas, confingebant. Hinc *Frae*
 ad

Cap. I

§. 13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

Cap. I
§. 20.

ad animas illas recipiendas villam *Folcktvangur* (populorum vastum receptaculum,) & in ea palatium *Sesrummer* (laxam lessionem) assignabant. Agrum colere, rem pecuariam tractare, & alia domus officia exequi, mulierum erat. Verum multæ, quæ virilem in muliebri cultu animum alebant, venerationibus præliisque comitabantur maritos, quam miram & inusitatam fortitudinem ab *Amazonibus* ad nostram gentem traductam fuisse, probabile est. Digni censura Græci sunt, qui meras fabulas & anilia commenta de *Amazonibus* recitarunt. Ingeniosa est Autoris de voce hac conjectura, quæ dictas esse ab *Ambod*, quod instrumenta atque utensilia omnis generis, sive sint rustica, sive bellica, indicat, unde factum *Ambods kornn*, Græcumque *Amazonum* verbum, i. e. mulier arma tractans; quam conjecturam confirmat convenientia cum nomine Danico *Skjoldmar*, i. e. matrona scutum tractans. Non sunt miscendæ cum his feminis bellatricibus mulieres *Skaldmorr*, dictæ a voce *Skald*, unde *Scaldri*, quæ vox Poëta & Poetam denotat, quæ literis & artibus poeticis sese dederrunt, & argutis responsis scite celeriterque reddendis ipsos viros in sui converterunt admirationem, certo documento, fuisse in gynæceo veterum Germanorum mulieres argutas, facundas, multiplicique doctrina conspicuas, quæ palmam dubiam reddant doctis omnium nationum seculorumque feminis. Nuptias excipit Caput II, quod puerperium Germanarum mulierum nobis ante oculos ponit. Sterilem esse per totam vitam, & nunquam uterum gestare, invisum Germanis. Ut igitur depellerent sterilitatem fecunditatemque provocarent, Deorum immortalium opem implorabant, & *viscum*, Germanis *Gut hyl*, secum portabant, cui insignem vim potestatemque juvandi fœminarum conceptum adscribebant. In ipso partu *Difas* Genios, adhibitis simul *Runis*, quas *Biargrunar*, sive auxiliatrices, appellabant, invocarunt, & sarcina uteri deposita, iisdem sacrificia immolari. Neque enim lamentabilem vocem edunt, nec lachrymas effundunt, sed fortes se præbent in perferendis partus doloribus, quibus exantlatis, consilium ad officia sua redeunt. Infantes sanguinolentos

Cap. II
§. 1.

2.

3.

4.

ex.

exponere, iisdemque sese abdicare, et si jure vitæ & necis pol-
 lerent patres familias, horrendum & execrabile duxerunt fa-
 cinus. Vivo flumine ablatis infantibus nomen imponunt
 parentes, avi, consanguinei, affines, festo solennique ritu.
 Priusquam vero hoc defungerentur officio, lustrationis ali-
 qua utebantur specie, & infantes aqua superfundebant, non
 ut criminum abluionem, sed corporum indurationem, & con-
 tra vulnera in bellis securitatem tali lavacro consequerentur.
 Peragebant hanc lustrationem nobilissimi quique. Sed hoc in
 casu summx necessitatis. Alias, jus illud patri, aut avo, aut sal-
 tem patri nutritio, *fosre fader* dicto, competebat, qui infan-
 tem lustraret, nomen imponeret, & pro hac nominis impo-
 sitione dona infanti offerret. Diem, qui plerumque alter a
 partu erat, pro lubitu huic lustrationi constituiebant, quem sa-
 crificiis epulisque celebrabant. Caput III liberorum educa-
 tionem contemplatur. Sua quemque mater uberibus alit,
 nec ancillis aut nutricibus delegantur, nisi mors vel morbus
 conjugis emittis scæminis liberorum nutritioni consulere im-
 peraret. Educatio ipsa dura & aspera, ita tamen compara-
 ta, ut & pietate imbuerentur teneri juvenum animi, & armo-
 rum tractationem mature addicerent. Virgines in nutri-
 cum potestate erant, quæ illis artibus, quæ virginem decent,
 erudirent illas, & contra libidinosos juvenum insultus custo-
 dirent usque ad nuptialem diem. Parentum in bona succe-
 dunt liberi, quibus vilis, aut nulla, præter arma & equos, hæ-
 reditas est. Et hæc iis raro contigit. Tanto enim amore
 prosequerentur arma, ut, ne ad indignos pervenirent, in terra
 illa absconderent, aut tumulo inferri præciperent. Pecuniam
 similiter abscondebant, eadem superstitione, qua Indi, adhuc
 hodie docentes, pecuniam a viris defossam animæ in futura
 vita prodesse. Si supererat aliquid nummorum, vel cum mor-
 tuo sepulchro addebatur, aut comissionibus, competationibus,
 ludisque equestribus, in honorem defuncti institutis, consume-
 batur. Melius agebatur cum liberis, quando prædia, quæ
 non tam facile dissipari poterant, reliquerat defunctus. Ubi
 hæreditas adeunda erat magnifico opiparoque convivio, quo

§. 5.
6, 7, 8.

9.

10.

Cap. III

§. 1.

2, 3.

4.

5, 6.

7.

Cap. IV
§. 1. 3.

hæres folenni voto sese obstringebat ad præclarum aliquod facinus edendum. Cerevisia, cujus ingentem copiam in eo ingurgitare consueverant, hinc nomen *Arffuall*, sive cerevisia feralis, retulit. Quantam demum cunque hæreditatem adipiscabantur liberi, non solum amicitias, sed & inimicitias, immo cædem parentis ulciscendi animum, suscipere tenebantur. Sancte observabatur hæc lex, maxime quando in bello miserant animam, aut duello perierant parentes, & non solum liberos, verum etiam mulieres, obstringebant. Accedimus ad Caput IV, quod domicilia veterum describit. Sero architecturam coluerunt, nec ante *Caroli M.* ætatem urbes extruxerunt, sed in pagis vicisque, prout illi piscationi, venationi, agriculturæ, commodi erant, ædes dispersas collocarunt. *Henricus Auceps* primus fuit, qui urbes condidit, & contra Hungarorum incurfus probe munivit. Ut itaque frustra laborarent, qui ultra *Caroli M.* tempora urbium natales proferant. Veteres enim, quoties urbium mentionem faciunt, easdem, quas *Cæsar* Britannis tribuit, *sylvam* nempe *impeditam vallo aut fossa*, intelligunt. Causam si requisiveris, cur in sylvis plerumque transegerint ætatem majores, nemonum ac fluminum libertatisque amorem, & continuum agriculturæ studium, fuisse scias. Ædificandi ratio longe simplicissima fuit. Sed cave, existimes, pecudes & homines uno eodemque conclavi permixtos jacuisse. Falsa hæc est & absurda opinio, & Danorum Holsatorumque rusticorum hodiernorum exemplo refutatur, apud quos pecora & homines sub uno tecto quidem vivunt, non tamen pecoribus permixti; sed comoditati hominum quoque prospectum est, ut aliud

4, 5. conclave homines, aliud pecora, obtineant. Consequitur inde, & pueris & virginibus singulare apud veteres fuisse conclave. Ædes pro genio seculi belle exornabant. Parietibus enim, qui cratibus e vimine tecti erant, inducebant argillam varii coloris, in quas res suas & majorum fortiter & laudabiliter gestas depingendas curabant. Immo posteriori ævo aulæis, sive tapetibus, quibus pariter historiæ breves intextæ erant, parietes textos fuisse, antiqua monumenta loquuntur.

Somno

Somno fessi quieti se tradunt, quam plerumque humo, nonnunquam in lectis, capiunt. Illi ex ligno facti, quos non pulvinaribus, quæ raro adhibebant, sed herbis, gramine, & foliis arborum, implebant, quibus superimponebant pelles ferarum, luporum atque urforum, in venatu captorum, locumque haud procul a foco eligebant. Hinc Germanica locutio, qua hominem pigrum & somno deditum *einen Bärenhaute* vocamus, a pellibus Germanorum, in quibus dormiebant, apte atque facete derivatur. In expeditionibus bellicis capiti scutum supponebant. Expergefatti sese lavabant, quam lotionem & cubitum ituri repetebant, tum ut sordes eo die contractas abstergerent, tum ut expiationis quodam genere ante fomnum forsitan uterentur. Fenestræ ex intestinis piscium majorum & phocarum grant. Quid mirum, ejusmodi ædículas, quæ cum utensilibus ex ea materia, quæ facile flammam concipit, constabant, sæpe igne, vel eorum negligentia, vel aliorum malitia, ulciscendique cupiditate, sepultas concrematasque jacuisse. Quod si contigerat, aut intolerabili frigore æstive excruciabantur, in speluncas secedebant. Caput V, VI, VII, VIII, vestimentis & ornamentis veterum dicatum est. Capite IX singularem virorum & mulierum in capillis apte disponendis curam recenset Autor. Ad rem œconomicam delabitur Caput X, ubi inertix, cui pacis tempore se dedisse creduntur Germani, accusatio ab iis depellitur. Digni sunt Starcatheri versus apud *Saxonem*, quæ hic apponantur:

Rara quies, somnique breves, labor otia longe

Propulsi, & parvo fluxerunt tempora sumtu.

Inanem præterea reddunt hanc accusationem artes illæ, quibus victum sibi pararunt Germani. Præter agriculturam enim mercaturam fecerunt, & quæstus lucellique comparandi causa primum ad vicinas, deinde longe distitas & disjunctas gentes excurrerunt, non levi vitæ periculo, cum incognita pyxis nautica, piratarum infidix, & bonorum naufragorum direptio, in præsens vitæ eos sæpe adducebant discrimen. Elegancia sunt & utilia, quæ de nummorum introductione in septentrionales Germanorum regiones disse- rit Autor. Sed & piscandi natandique arte, navigatione, ve-

§. 10.

11.

12.

13.

Cap. V-VIII

IX.

X.

§. 1.

2, 3.

4 - 6.

7 - 13.

- nationeque, amplas copiosasque sibi pararunt divitias. Caput X crucis usum apud Germanos demonstrat. Addidit Cl. Autor in fine præcognita Theologiæ veterum Germanorum. Furix sunt, quibus Germanos impetunt illi, qui, supremum aliquod Numen, cujus nutu atque imperio cuncta regantur, negasse Germanos, debitumque cultum eidem subtraxisse perverse scelerateque statuunt; quos tot luci, tot aræ, tot alia gentilitæ superstitionis documenta, abunde refellunt. Eam infamix notam ipsis inussit præcipue *Julius Cæsar*, illos ex more Romanorum in Atheorum censum referens, qui non iisdem, quos ipsi colebant, Diis reverentiam præstabant. Accedebat linguæ rerumque Germanicarum ignorantia, insolentia & arrogantia quorundam heroum, qui vel Deos suos omni honore indignos iudicabant, seque iis æquiparabant, vel Deos omnes ludibrio habebant, & præter dextræ suæ robur nullum Numen agnoscebant. Et non refragabimur magnopere, si *Cæsarem* hæc callide versuteque protulisse dicas, ut eo magis militum animos accenderet ad prælia cum Germanis, nullius Dei cultui addictis, Diis omnibus invisis, & a Diis tutelaribus destitutis, subeunda. Illorum opinio proxime ad veritatem accedit, qui perhibent, plures Deos admisisse Germanos, unum tamen eorum supremum credidisse, reliquos vel summo Deo, ut liberos parenti, subesse sibi persuadentes, vel pro malis Dæmonibus, a quibus nihil metuendum esset periculi, habentes. Unicum decerpamus ex plurimis, quæ Autor in hanc rem affert, testimoniis. *Gisflus* in Grœnlandiam abiturienti *Reso* prospere quæque optans, ait: *Obtestor atque precor illud idem, quod solem creavit, ut in omnibus te prosperum reddat.* Illum vero omnis hujus universi effabricatorem *Odinum* appellabant. Tres hujus Dei personæ recensentur *Odinus, Vite & Ve*, indubitato documento, suboluisse Germanis aliquid de sacrosancto Trinitatis mysterio. Lectu digna sunt, quæ *Cleffelius* de scriptoribus, qui Theologiam veterum libris suis illustrarunt, de minoribus Germanorum Numinibus, & consecratione heroum, qui immortalibus & omnem fidem superantibus faci-
- nori-

noribus viam ad Divorum societatem vivi sibi muniverant, in medium docte atque diligenter affert, quæ finem faciunt tam eruditæque elegantique Commentationi, quam cum fructu legere poterunt, non solum ii, qui in antiquis Germanorum rebus proficere cupiunt, sed etiam illi, quibus peregrinæ res in deliciis sunt, ex quibus sæpe illustrat Germanorum instituta libri nostri plastes, ne nauseent illa imprudentes & delicatuli majorum nostrorum ofores.

HENRICI THEODORI A. A. F. PAGENSTECHE,
Jureconsulti, & in regia Duisburgensi Academia Antecessoris, Commentariorum ad Pandectas Juris Civilis Pars Quarta, continens Librum Quartum Pomponii ad Sabinum, & Pandectarum fragmentis collectum, secundum argumenti ordinem dispositum, & Notis perpetuis illustratum. Accedit de Puteali Libonis Oratio Inauguralis.

Lemgoviz, ex officina Meyeriana, 1733. 4.

Plag. 9.

Pagenstecherus, qui splendidissimæ gentis suæ ornamenta non solum egregie refert, verum etiam singulari & præstabili doctrina tuetur atque amplificat, novum industriæ suæ documentum edidit, & de Pomponio bene mereri, illiusque Fragmenta ad Sabinum, tanquam lacera Virbis membra, in Pandectis dispersa, colligere, secundum argumenti ordinem disponere, & notis illustrare, pergit. Jam Librum Quartum aggreditur, quem de bonorum possessionibus egisse, non infeliciter existimat. Dabimus, nostro more, particulas quasdam nobiliores ex isto fructifero libello, quo sagaciores Lectores de ceteris verum & erectum judicium ferre queant. Inconcinnum videtur Pagenstechero, materiam de successibus liberorum immixtam esse tractationi de bonorum-successibus, quæ ex testamento, & ab intestato dantur, quippe quæ ad utrumque bonorum possessionis genus

Pag. 3.

nus ex æquo pertineret. Pars illa trium librorum *Juris Civilis Massurii Sabini*, in quos cum aliis Jctis Commentarios scripsit *Pomponius*, pars, inquam, illa, quæ bonorum possessionem complectitur, ipsissimi, Nostri judicio, libri sunt, quos ad Edictum Prætoris urbani composuit. Alias enim, quod incongruum est, *Sabinum* bis de eadem materia scripsisse, consequeretur. *Sichardum* jure reprehendit Cl. Autor, qui, patrem pro filio quoque *ignorante* præterito vel exheredato bonorum possessionem petere posse, contendit. Hoc enim nequaquam admittendum est; *ὁυδενὶ ἀγνωστὸν ἀεμὸζες διακροχῆ*, scribunt Græci, sive, quemadmodum interpretatur *Fabrotus*, invito nemini competit bonorum possessio, nisi talem sibi fortassis fingat ignorantem, qui deinde id, quod actum est, postliminio quasi, *ratum habuit*. Nimis facilis est in accusando *Triboniano Wissenbachius*, qui eum *partem dimidiam* substituisse scribit, quam tamen in *l. 2 & 26 de bonis libertor. Partem debitam*, & alibi *partem certam, constitutam, legitimam*, appellant veteres Jcti. Id quod non probabile videtur Autori. Sive enim pars dimidia debeatur, sive tertia, recte utique pars debita vocatur. Aperte mutila est *l. 1 de interd. & relegat.* in qua *Trajanus* Imperator edicit: *Sed aliud clementia mea convenit, qui inter cetera, quibus innocentiam rationum meorum temporum &c.* ubi forsitan Imperatori excidit verbum *ostendi, probavi*, quod librariorum incuria & ignorantia temere deletum fuit; quod durum fatum in plerisque profanis Scriptoribus animadvertimus. Per *rationes* autem non intelligit *Trajanus* illam temporum rationem, quam *Justinianus* in *§. ult. l. de leg. sectam* suorum temporum appellat, sed accepti & expensi rationes, & quidem fisci rationes, quarum paulo ante mentionem fecerat Imperator. Late id, conductis legum Autorumque testimoniis, evincit *Pagenstecherus*, qui huic Opusculo adjungit perelegantem *de Putcali Libonis* Orationem, quam publice recitavit, cum munus Jura in Academia Duisburgensi docendi solenniter & ex more majorum auspicaretur. *Putcal* a puteo deducit, nihilque aliud esse arbitratur, quam o-

percu-

Pag. 6, 7.

18, 19.

25.

35.

periculum putei. *Libonis Puteal* originem traxisse videtur ab illo puteo, in quo temporibus *Tarquini Prisci, Accii Navii*, Auguris, novacula cum cote defossa fuit, cui *Puteal* impositum. In eo differunt rerum Romanarum scriptores, quod *Livius* ab Augure, reliqui a Rege difficillam fuisse cotem memorent. Dicitur aliquando simpliciter *Puteal*, sed plenius *Puteal Libonis*, five *Puteal Scribonii Libonis*, & *Scribonianum*. Autor hujus *Putealis* incertus est. Plerique hoc *Liboni*, *Legis Scribonia* conditori, vindicant. Quicumque demum is fuerit, ex *Festo* tamen compertum habemus, *Scribonio negotium datum fuisse a Senatu, ut conquireret facella attacta, eumque illud procurasse*, veramque extruendi *Puteal* causam fuisse, *fulgur conditum*. Fuit autem *Puteal* in foro Romano, & quidem in Comitio, in formam aræ longis fertis coronisque circumdatæ, & citharis nonnullis exornatæ, extructum. *Apollini* consecratum fuit, non ea propter solum, quia tanquam primum Musices inventorem, & tanquam solem, demisso cultu eundem prosequerentur gentes superstitionis tenebris immersæ, verum etiam quia in abstrusas & absconditas pectorum humanorum lateras penetrare, easdemque solus Numine suo in lucem proferre, crederetur. Ad hoc puteal iudices, & utraque pars litigans, cum Advocatis suis, antequam Comitium ingrediebantur, leviter declinabant, ibidemque solemniter, & *ex animi sententia*, jurabant. Suaviter atque egregie errat *Jacobus Ravidus*, quando puteal hoc D. *Victoriæ* consecratum fuisse existimat, illo imprimis argumento ductus, quia nummi reperiantur *Putealis* nomen & effigiem cum facie ipsius *Libonis* repræsentantes, hac addita inscriptione: *Concordia*, & in aliis nummis legantur verba: *Bon. Event.* quod *bonum eventum* denotat. Hoc enim, quicquid rei est, refert *Pagenstecher* ad concordiam duorum fratrum *L. Emilii Pauli*, & *M. Emilii Lepidi*, quorum in nummis memoratis expressa leguntur nomina, qui per adjectam in altera parte *Putealis* effigiem & *Libonis* nomen significare volunt, se ortum ducere ex Augustea domo, cum *Scribonia*, eorum avia materna,

Au-

Pag. 36.

37.

39.

41.

42.

43.

44.

48, 49.

Pag. 50.

Augusta nupserat. Neque enim res est aut nova aut infrequens Romanis, materno genere, si nobile id esset, aut illustre, superbire & magnifice se efferre. Apud hoc *Puteal* non tantum jurisjurandi religione se exsolvebant Romani, sed & manu, tanquam aram, id attingebant. Ex quo ritu deducit Noster morem, utroque Jure comprobatum, & inter Christianos receptum, tangendi S.S. Evangelia. Qui pejerabat, non *tangere*, sed *flagellare*. *Puteal*, *Perfo* Poetæ, & debitor, qui pejerare timens, occursum creditorum fugit, celeresque usurarum Calendas exectatur, *Puteal Januamque timere, celeresque Calendas*, Ovidio dicitur.

E. A. PAGENSTECHE, **UTRIUSQUE**
Juris Doctoris, in Academia Herbournensi Professoris Ordinarii & Syndici, Observationum Legum Justinianearum, in foro adhuc hodie obtinentium, Liber singularis, non observata vulgo, in primis, quid sit Juris, significans, tam in theoria, quam in foro.
Editio altera, aucta & emendata.

Herbornæ, typis & sumptibus B. J. N. Andreæ viduæ, 1733, 4.
Alph. 1 pl. 10.

Inter alia observat Cl. Autor, verba, *quid, aliquid*, ut alias, in Juris Corpore cum emphasi scripta esse, idque significare, quod non *multum*, sed quod *exiguum* est. Ita & v. g. in S. I *de Jure Person.* verbis finalibus, *nisi quid vi ac jure prohibeatur, ro quid* capi pro eo, quod minimum est. Ita esse probat, quod alias non esset, inter *Libertatem & Servitutem* discrimen, quia & servus posset omnia facere, nisi ipsi prohibitum esset. Putat itaque, verbum *quid* ibi scriptum esse exacte, & significare id, quod *minimum* est. Ut hæc scilicet differentia sit inter *Servitutem & Libertatem*, quod homini servo *omnia*, sive *multa*, homini libero *pauca, quid*, sive *aliquid*, interdicitum sit, h. e. quod inde simul docet, ut de servo hanc regulam habeamus: *in dubio omnia ipsi prohibita esse, nisi quid ipsi permissum esset.*

esse, probari possit; contra in homine libero ut hanc habeamus regulam: In dubio omnia ipsi permessa esse, nisi, quid ipsi prohibitum sit, probari possit. Porro, ex verbo, *quid*, ita explicato, docet, hanc notandam Juris regulam: *In omnibus, quae a libertate recedunt, sive quae libertati obicem ponunt, debere argumentum duci stricte, pauca, quid, sive aliquid, non multum, sive plura, prohibita esse.* Ita e. g. illam Juris publici quaestionem decidit, *quale bellum prohibitum sit suscipere, si inter foederatos convenerat, ne unus sine alterius voluntate bellum suscipiat?* Cum illis sentit, qui dicunt, bellum solum *offensivum*, non etiam *defensivum*, prohibitum esse suscipere sine alterius voluntate. Probat hanc sententiam, quoniam, ne bellum suscipere permissum sit, contra libertatem est, aut, quando debemus stricte argumentari, *pauca*, non *plura*, prohibita esse. *Quid ergo docet recte, pauca solum*, bellum offensivum, non *plura*, bellum etiam defensivum prohibitum esse. Eodem modo *ro aliquid* interpretatur in §. 1. *de exhered. liber.* atque in aliis textibus.

PROSPERI ALPINI, PH. ET MED. DOCT. IN
Gymnasio Patavino Medic. Prof. Ordinarii, de Praesagienda vita & morte egrotantium Libri septem, cum Praefatione HERMANNI BOERHAAVE; accurantibus HIERON. DAV. GAUBIO, Med. Doct. & Chym. Lect.

Lugduni Batav. apud Isaacum Severinum, 1733. 4.
Alph. 3 plag. 10.

Notiora sunt *Alpini*, Medici Seculo decimo sexto incluti, merita, quam quae nostris egeant praerconiis, ipseque, quem jam commemoramus, liber iteratis saepius editionibus dudum eruditorum consecutus est plausum. Nostra aetate *Celeb. Boerhaave*, probe gnarus, quantum accuratae antiquorum, atque in illis imprimis *Hippocratis*, ad perficiendam artem salutarem conferant observationes, verum huic, in quo

quo illas justam in ordinem redactas deprehendere licet, præ-
tium statuit libro, suisque enixe in Præfatione, editioni, Lug-
duni anno hujus Seculi nono evulgatæ, præmissa, commen-
davit Auditoribus. Cum vero, priori distracta, novam para-
ret editionem *Severinus*, eximiam in emendando egregio
libro, multis hiatibus mendisque defædato, locavit operam
Cl. *Gaubius*. Cum enim privato antea studio, inter assi-
duam Operum *Hippocraticorum* lectionem, *Alpini* subinde
Tractatum, tanquam indicem, in quem loca, de præfatio in
morbis occurrentia, ad suos, referret titulos, contulisset, pluri-
mos facili opera detexit errores, sollicitèque emendavit Hoc
igitur ut in publicum quoque prodesset studium, suum biblio-
polæ tradidit exemplar, in quo, præter copiosas mendas gra-
viores correctas, hiatusque feliciter suppletos, imprimis loca
ex *Hippocrate* citata juxta editionem *Koesianam* accurate alle-
gata sunt, reliqua, quæ ex *Galeno* aliisque adducuntur, omnia
conferre non licuit *Gaubio*. Præterea, quo majori facilitate
quævis in hoc Opere tradita reperiri possent, contenta in
margine sedulo annotata, & Index locupletior adjectus Le-
ctorum desiderio abunde satisfacient. Gratulamur itaque no-
vam hanc nitidiorem atque correctiorem utilissimi Operis
editionem Medicinæ cultoribus, utque antiquorum placita,
quæ alto nunc fere supercilio spernunt plurimi, cognoscendi,
& in suos usus optima quæque convertendi studium, hujus
libri, qui totus ex illis conflatus est, præstantia magis in dies
accendatur, optamus.

*ADRIANI VAN ROYEN CARMEN ELEGIA-
cum de Amoribus & connubiis plantarum, cum Ordi-
nariam Medicinæ & Botanices Professionem in Batava,
que est Leida, Academia auspicaretur,
dictum.*

Lugduni Batavorum, apud Samuelem Luchtmans, 1732, 4 maj.

Pl. 5½.

Non

Non satis fuit, hominum animaliumque amores ab omnium ætatum Poetis decantatos esse. Plantarum quoque amores atque connubia Cl. Autor nova ratione, carmineque eleganti & nitido, concelebrare instituit. Quippe novam quorundam doctrinam, de gemino plantarum sexu, & fecundatione foeminarum per adspersam auram feminalem masculam perficienda, eo proponit, variisque, quibus Poetis delectatur, decoribus ornat. Atque maribus quidem ex vegetabilium numero stamina, foeminis autem ovaria, tubas, placentasque, tribuit. In nonnullis plantis organa hæc genitalia esse utraque, adeoque sexum geminum, ita, ut una eademque planta & maris & foeminæ partes, hermaphroditi instar, sustineat; in aliis autem sexum esse distinctum, ita, ut alia planta maris, alia foeminæ, officium expleat. In illis, ubi nimirum genitalia utraque in una eademque planta conspiciuntur, ex mente Autoris ad fecundationem feminalem quædam aura sub arctiori accessu e staminibus ingreditur tubas, atque ex his per placentam tumefactam in ova, novo rore reclusa, vehitur, hincque turget ovarium, mutatoque nomine uteri nomen & munus suscipit, ut in eo semina enascantur. Stamina autem deinceps exhaustis nervis relanguescunt ac pereunt. Hac lege fit fecundatio in pœoniis, tulipis, &c. In reliquis autem sexus distincti discretique plantis, flos masculus tensis per omnia membra nervis tandem dirumpitur, foeminaque in auras ejicit, quæ postea ventorum beneficio ad foeminæ sinum feruntur, eamque fertilem efficiunt. Id quod exemplo palmarum illustrat. Quæ tamen omnia non simplici hac ratione tradit, sed variis fictionibus, digressionibus & amplificationibus, ad leges Poetarum exactis, ornat atque distinguit. Nos quidem, si eos locos, quibus hoc argumentum præcipue tractat, quanquam dispersos variisque digressionibus a se divulsos, hic tamen, omissis reliquis, collectos, repetamus, id Lectoribus haud ingratum fore arbitramur. Ita vero Nosler:

*Scilicet ex illo felices tempore tadas,
Et concessa tori gaudia sensit humus.*

L. 2 2

Et

*Et modo fœmineos, modo flores lata viriles,
 Nunc genus e mixto vidit utroque novum.
 Stamina sola maris, ovaria sola puella
 Prægnantes utero pignora cara gerunt.
 Hermaphroditus amans geminos in corpore sexus
 Nulla foris querit commoda, nata domi.
 Ast ubi luxuries in odorum transit amictum
 Mascula, nec thalami spes super ulla novi,
 Nascitur infelix, nec vir, nec fœmina, monstrum,
 Opprobrium domina ludibriumque sua.
 Stamina degenerant, veteresque exuta figuras,
 In sterili ponunt sorte perenne decus.
 Immemor hinc patriæ soboles virtutis abortit,
 Et spado fortunam deperit ipse suam.*

Nonnullis interjectis, ita fœcundationem explicat :

*Ergo, cupidineas ubi sensit flore sagittas
 Impatiens minima par juvenile moræ,
 Si domus una duos sub eodem vivere tecto
 (Vix concessa homini gratia tanta) finit,
 Mas prior accedit, domina captatque favorem
 Nescio queis tacito murmure blanditiis.
 Utque pares ætate, pares & amore, protervus
 Connubii stabilis fœdere junxit Hymen,
 Nec mora, nec requies ulli datur ulla prius, quam
 Intravit cæcas feminis aura tubas.
 Unde per anfractus tumefacta mille placentæ
 Acer in ova novo rore reclusa ruit.
 Deliciis fœcunda novis ovaria turgent,
 Mutatoque uteri nomine nomen habent.
 Ova tument adspersa maris vitalibus auris,
 Fertque parens utero semina viva suo.
 At pater, exhaustis ubi flaccida stamina nervis
 Hæsterna pendent languidiora rosa,
 Conjugis optatis animam deponit in ulnis,
 Ludibrium Zephyro, ludibriumque Notæ.*

Mox

Mox data progenies vidua numerosa parenti,
 Et minuunt curas gaudia prima novar.
 Hac ut Paonia, sic picta lege tulipa
 Fecundant gremio semina nata suo.

At, ubi, cum tota disjungitur arbore sexus,
 Qualis in humano ludit amore Venus,
 Stamina sola mares, ovaria sola puella,
 Sollicite a sese turba remota, gerunt,
 Masculus en tensis flos membra per omnia nervis
 Ardores nequiens sustinuisse suos,
 Rumpitur, ut curvus, nimium qui tenditur, arcus,
 Ut crepat adducta frigida chorda lyra,
 Fervida odoratas & semina sparsa per auras
 Ejicit, & flammis fulgurat usque novis.
 Nec mora, purpureo praeceps ruit Eurus ab ortu,
 Cum Zephyro nubes conglomeratque leves:
 Mox Boreas rapta non immemor Orithyia,
 Et tepidus, gelido qui flat ab axe, Notus,
 Certatim excipiunt celeres, blandoque remota
 Conjugis infundunt semina sparsa sinu.
 Quae, simul ac gremio gravidantem concipit auram,
 Letitia tremulis dat nova signa comis,
 Et probat absenti foetu crescente marito,
 Semina fecundam rite replese nurum.
 Invida sic quos terra diu divisit, amantes
 Aeris & venti conciliantur ope.
 Testor adornantes merito victricia palmas
 Tempora, justorum symbola sacra virum.
 Quae se non alia natura lege propagant,
 Quam qua concesso femina virque toro.
 Nam procus, & plenis virgo formosior annis,
 (Exemplum fausti nobile conjugii)
 Vere novo, dum fata sinunt, ad mutua nutant
 Foedera demissis latus uterque comis.
 Fit matrona nurus, fit felix conjuge conjux
 Protinus, & dulci prole beata parens.

*Si tamen, ut nihil est ex omni parte beatum,
 Quod fruitur semper prosperiore Deo,
 Præcidere viri vitalia fœmina Parca,
 Cogitur & vidua vivere nupta toro,
 Quod reliquum vita, cultus oblita priorer,
 Tristis agit domini funere mesta sui.*

Diplomatiscbe und curieuse Nachlese der Historie von Ober-Sachsen, &c.

h. e.

SPICILEGIUM HISTORIÆ SAXONICÆ DIPLOMATICO-CURIOSUM, institutum a CHRISTIANO SCHOETTGENIO & GEORGIO CHRISTOPHORO KREYSIGIO.

Volumina II, sive Partes VIII.

Dresdæ & Lipsiæ, apud B. Christ. Heckelii filium,
 1730 & 1731, 8.

Alph. 4.

Quamvis Historia Saxoniz Superioris quamplurimos scriptores nacta sit; tamen nondum omnia ita sunt exhausta, ut nihil diligentiz Autorum hodiernorum relictum sit. Docet id strictim Præfatio hujus Operis, in qua fata Historiz Saxoniz per singula secula exponuntur, quibus vero nec semper viri idonei, nec diligentia sufficiens, apparent. Hoc autem seculo novas quasi vires nacta est Historia patriæ, sic ut omnia longe accuratius examinentur, quam ab antiquioribus factum fuit. Et hoc censu habendi sunt Autores hujus Operis, quod singulis trimestribus edj cœptum est, & adhuc continuatur. Hi enim ex apparatusu suo historico egregia quamplurima protulerunt, quædam ipsi quoque elaborarunt, ut sane non exigua ex hoc speranda sit Historiz Saxoniz accessio. Videbimus, quidnam hi duo To-

mi

mi ex Historia Naturali, Civili, Ecclesiastica, & Literaria, proponant. I Ex Historia Naturali dederunt *Christiani Persona*, Medicinæ Doctoris, & Physici Rochlicensis, Opusculum de *Medulla Saxonum, sive Marga Rochlicensi*, (von *Rochlitzer Seimmarck*.) Vitembergæ A. 1596 impressum, nec non Anonymi relationem de filis sericis, juxta Laucham Thuringiæ A. 1663 observatis. II In Historia Civili plura notatu digna occurrunt. Historiam antiquissimam præcipue sibi tractandum fuit *Schottgenius*, & primo in *Hermusidoros* inquisivit, quorum sedes, secutus auctoritatem præcorum, accuratius exponit. Hos exceperunt *Sorubi*, quos ex *Servia* & vicinis regionibus huc ad nos venisse ostendit, & nomina plurimum urbium, villarum & fluviorum nostrorum, ibidem occurrentia, in Mappa quadam adjecta exhibet. Deinde res gestas Soraborum a Sæc. VII usque ad *Henricum Aucupem*, ex scriptoribus primum Gallicis, tum vero Germanicis, exhibet. Porro de Geographia Soraborum sollicitus fuit, pagosque illorum ex Diplomatum potissimum delineat, nil siue sufficienti auctoritate proponens. *Saxones*, horum victores, paucis contemplatur, sedesque illorum rimatur, ut ostendat, non omnia, quæ de Saxonibus præcis narrantur, ad Saxoniam superiorem pertinere, sed ad Westphaliam, partem Belgii, & Saxoniam, quam nunc inferiorem dicimus. In nostræ vero patriæ Historia exhibet Annales rerum antiquissimarum inde a temporibus *Henrici Aucupis*, usque ad *Conradum Magnum*, Marchionem. Ubi simul series & successio Marchionum Misnensium ex documentis legitimis ostenditur, & docetur, ante *Conradi* modo dicti tempora non unum, sed plures simul Marchiones Misnenses fuisse. Divisio legionum temporibus Imperatorum duplex obtinuit, secundum Burgwardia & Comitatus, quæ utraque, quantum documenta huc usque docuerunt, exposita est. Ad res sequentium Principum Saxoniorum pertinet relatio, ex Chronico *Barth. Zastrovii*, Secretarii Pomeranici, excerpta, de bello Smalcaldico, & variis, quorum pars maxima *Joannes Fredericus*, Elector Saxonie, & *Philippus*, Hassiæ Landgravius, fuerunt, curiosa admodum, & maximam partem hactenus ignota. Ad histo-

Vol. I
p. 131

541.

177.

II
361.
I.

173.
361.

377.
574.

I
269.

- I
p. 18. historiam Juris Saxonici pertinet *Ordo Supreme Curie Præ-*
109, 287. *vincialis*, Lipsiæ & Altenburgi ab *Ernesto & Alberto* institu-
40. tæ circa A. 1490. Ex familiis Nobilium tanguntur *Wettewi-*
610. *tii*, & *Schæenbergii*, quorum Genealogiæ ex variis Diploma-
287. tibus illustrantur. Urbium nostrarum historias plura illu-
466, 610. strant documenta, hic obvia. *Lipsiensem* Diplomata XXX ex
158. Chronico Lips. *Jo. Jac. Vogelii*, impresso quidem, sed non-
529. dum edito, & fortasse nunquam absolvendo: *Numburgensem*
50, 473. Transactiones duæ inter Episcopum & Civitatem A. 1514 &
414, 716. 1518: *Wilsdorffensem*, *Lænicensem* & *Warenbruccensem*, Di-
306. plomata varia inedita. Inferuerunt quoque Autores *M. Pau-*
414, 716. *li Gebhardi* Descriptionem urbis *Plavia*, & *Christ. Lehmanni*,
306. Pastoris Scheibenbergensis, Descriptionem urbis *Schwartzzen-*
595. *berga*, utramque Carmine Latino: *Andr. Popperodii* Natra-
633, 419. tionem de urbe *Hetschadio*, cum additionibus. De turbis *Gu-*
446. *benensibus* A. 1604 proluxa quoque narratio producitur. Hæc
29. de Historia Civili. III Ex Historia Ecclesiastica ad notitiam
650. Episcopatus Misnensis facit designatio villarum, quæ quon-
547. dam ad iudicium *Bresnicense* pertinuerunt, nec non Or-
do servandus in Capella castri *Stolpen*. Ad Capi-
tulum *Budissincense* pertinet vita *Jo. Leisenrivi*, De-
cani ibidem. Ex Martyribus nostratibus adest *Conradus*
adolescens, a Judæis *Weissenfæ* in Thuringia interfectus A.
1303, de cuius morte relatio, primis typographiæ temporibus
impressa, repetitur. De Monasteriis adest *Andr. Hoppenrodii*
Oratio de Monasteriis Mansfeldensibus, huc usque nondum
edita, Descriptio Monasterii Gerbstadiensis, Diplomata quædam
Portensia, & Notitia Societatis *S. Christophori*, quæ olim in
Monasterio Hennebergico Vessera locum habuit, ex libello,
antiquitus impresso, sed rarissimo, denuo producta. De tem-
plo parochiali *Weissenfelsensi* repetitur Schediasma *Jo. Dav.*
Schieferdeckeri, quod rariora & notatu digna plura exhibet.
Ad notitiam Fanaticorum nostratium pertinet *Thomæ Mün-*
tzeri Protestatio, in causa Bohemorum A. 1521 facta, huc usque
nondum edita, nec non ejusdem Epistola ad *Stolbergenses*,
de vitando tumultu, & *Orlamundensium* ad *Alstedenses*, quo-
modo Christiano more pugnandum sit, quæ jam typis editæ
fue-

fuerant. IV Superest Historia Literaria, ad quam pertinet **Vol. II**
Vita Gregor. Strigenitis, Theologi non incelebris, *Jo.* p. 591.
Lindneri, Monachi Pirnensis vulgo dicti, qui Onomasticon **I**
 magnum scripsit, ex quo Excerpta, ad Historiam Saxoniam 150.
 spectantia, edidit B. *Jo. Burch. Menckenius*, *Jo. Garzonis*, 329.
 Bononiensis, qui vitam *Friderici Admorsii* dedit, & *Erasmi Stella*,
 Medici, Poetae, & Consulis Cygneensis, quem *Cl. Kreyf-* 500.
gius tanquam insignem impostorem in Historia patriæ pro-
 posuit. Promittitur etiam Notitia Historiographorum Saxo- 126.
 nicorum. V Denique Miscellanea varia hic occurrunt, non 226.
 negligenda, ut sunt Additiones ad Monachum Pirnensem, ex
 Codice auctiore, quam qui Lipsiæ in Bibliotheca Senatoria
 habetur, Diplomata item quamplurima, tum inedita, tum
 etiam in libris rarioribus aut majoris molis occurrentia: qua-
 les sunt *Rymeri Acta Anglicana*, *Martene & Durandi Col-*
lectio veterum Monumentorum, & *Jo. Jac. Vogelii Chron-*
icon Lipsiense, cujus aliqua pars impressa quidem est, sed sta-
 tim quoque suppressa, neque spes editionis unquam efful-
 gebit.

COMPENDIUM ANTIQUITATUM ECCLESIA-
sticarum, ex Scriptoribus Apologeticis eorundemque
Commentatoribus compositum. Accedunt CONR. SAM.
SCHURTZFLEISCHII Controversiæ & Quæstiones in-
signiores Antiquitatum Ecclesiasticarum, ex libro ejus
MSpto nunc primum editæ, cura & studio JO.
GEORGII WALCHII, Theol. Doct.
 & Prof. Publ.

Lipsiæ, apud B. Jo. Frid. Gleditschii Filium, 1733, 8.
 Alph. 2.

Et si multos profecto & egregios habemus libros, quibus ve-
 teris Christianæ Ecclesiæ ritus & consuetudines gravissi-
 mi Viri explicarunt; defuit tamen & adhuc desideratum fuit
 Compendium Antiquitatum Ecclesiasticarum, quod in Acade-
 miis literarum, imprimis sacrarum, alumnis usui esse familiari

potuisset. Quod cum animadvertisset B. *Buddus*, inexhausto literarum cultoribus inserviendi studio ductus, Viro cui-dam, cujus licet nomen non sit traditum, eruditissimus tamen & harum literarum maxime peritus dicitur, suator non solum autorque extitit ad concinnandum Antiquitatum Ecclesiasticarum Compendium, sed & ejus Compendii modum ac rationem præscripsit ipse. Quo factum est, ut hoc ipsum Compendium, præcipua capita rituum, qui in antiquiore Christianorum Ecclesia per tria Secula priora fuerunt, complexum, in duos libros divideretur. *Primus tribus* absolvitur *Capitibus*, quorum I agit de locis sacris, eorumque ornatu, item de locis, qui profani sunt habiti; II de temporibus sacris; III denique de personis sacris; alter vero, qui est de Actibus sacris, sex habet *Capita*: I de ratione & ordine sacrorum publicorum; II de auditionibus sacris; III de precibus publicis; IV de Cæna Dominica; V de Baptismo; VI de Ritibus sepulchralibus. Quinam sint illi Autores, ex quibus hoc Compendium Antiquitatum Ecclesiasticarum sit compositum, ipsa libelli inscriptio ostendit. Ad Scriptores vero *Apologeticos* referuntur *Justinus Martyr*, *Tatianus*, *Justinus* discipulus, natione Syrus, *Athenageras*, Athenientis, *Theophilus*, Antiochiæ Episcopus, *Clemens Alexandrinus*, *Tertullianus*, *Minutius Felix*, *Origenes*, *Cyprianus*, *Arnobius*, *Lactantius*, reliqui. In ipsa vero explicatione rituum legem præscriptam secutus Autor, ita se tractavit, ut, locis Apologeticorum in certa capita digestis, primum ipsam rem strictim, quidem, at distincte tamen, exponeret, deinde ad illius veritatem comprobendam in Annotationibus ipsos scriptorum locos, ubi quodvis momentum reperitur, accurate excitaret & in medium afferret. Neque tamen habuit satis, ipsos Autores veteres adducere, sed iisdem etiam interpretum observationes, quibus illos illustrarunt, adjiciendas sibi recte existimavit. Quæ igitur *Heraldus*, *Elmenhorstius*, *Spencerus*, *Baldwinus*, *Kortboltus*, *Fellus*, *Havercampus*, alii, Antiquitatis Ecclesiasticæ causa commentati sunt, quorumque Annotationes in diversis libris sunt diffusæ, collecta hic ac recto ordine disposita

posita habentur. Non est ergo, quod dubitemus, quin hoc-
 ce Compendium & brevitate sua, & ordine, & accurata de-
 nique ac solida tractandi ratione, iis, quibus Antiquitates Ec-
 clesiasticæ earumque scientia non fordeat, eodem se modo
 sit commendaturum, quo se omnia post fata etiam Cel. *Bud-
 dei* monumenta rerum peritis jam diu probarunt. Nam, li-
 cet illud non sit a Viro summo ipso concinnatum, ad præscri-
 ptas tamen ab eo leges ita est compositum, ut pæne ab ipso
 elaboratum dici posse videatur. Quemadmodum vero eden-
 do hoc ipso Compendio rem omnino gratam operamque
 non inutilem orbi erudito præstitit Cel. *Walchius*; sic non
 minori sibi beneficio devinxisse censendus est rem literariam
 publicam, quod adjunxit Compendio illi Viri Celeberrimi,
Conr. Sam. Schurtzschii, *Controversias & Quæstiones
 Antiquitatum Ecclesiasticarum*, ex volumine quodam, ipsius
 Autoris manu exarato, quod in Bibliotheca Vinariensi ex-
 stat, excerptas, & in ordinem, a *Guil. Caveo* in primo Christia-
 nismo observatum, dispositas. Quæ quoniam *Schurtzschii*
ingenium, id est, insignem eruditionem, præcla-
 ram Antiquitatum scientiam, & singularem scribendi castita-
 tem & elegantiam, ubique produnt, satis eas laudasse videbi-
 mur, si ipsarum Controversiarum ac Quæstionum indicem hic
 adjecerimus. Sunt igitur sequentes; I *de Periocha Josephi
 de Christo*; II *an Mariae Deorum virginitas & partus da-
 moni ignota fuerint*; III *an Christi natalem miracula præ-
 cesserint*; IV *an S. Ignatius Christum viderit*; V *an Chri-
 sti tunica inconsutilis unica ejus atque interior vestis fuerit*;
 VI *an Crux illa præalta & extraordinaria fuerit, in qua
 Christus patiens spiritum reddidit*; VII *an Evangelium
 de Christo recte vocetur sapientia*; VIII *de Forma & ori-
 gine Templorum*; IX *an Ritus Jejunii quadragesimalis pri-
 mis Ecclesiæ temporibus notus pariter & usitatus fuerit*;
 X *an & quando Episcopi & Presbyteri discrimen in Eccle-
 sia ceperit*; XI *de Vestibus sacris*; XII *de Conventibus
 sacris*; XIII *an Vigiliarum origo petenda sit ab Apostolis*;
 XIV *Designatio Ritus convocandi & conveniendi ad sacra*;
 XV *de*

XV de Ritu Lectionum veterum sacrarum; XVI an & quando Hymni in Ecclesia cani ceperint; XVII an Contacium prioribus Seculis fuerit usitatum; XVIII de Musica veteris Ecclesie Christiana; XIX de Instrumentis musicis, speciatimque de Organo musico; XX de Concionibus; XXI quo Autore & quando Conciones Novi Testamenti ceperint; XXII an Crux proprium & peculiare signum fuerit Christianorum; XXIII de sacris Ecclesie vasis; XXIV de Ritu aqua benedicta; XXV de Luminibus sacris & lucernis; XXVI an Diptycha ab Apostolis, aut immediatis ipsorum Successoribus, originem ducant; XXVII qualis & quam diversus olim fuerit Baptismi Ritus; XXVIII qualis & quam variis fuerit sacra Cena Ritus; XXIX an & quomodo & quamdiu in prisca Ecclesia comederint agapas, ubi de sedendi & accumbendi ratione dicitur, & alia simul Antiquitates explicantur; XXX Eulogia cur & quando fuerint instituta; XXXI de Conviviis Christianorum; XXXII qualis fuerit Nuptiarum Ritus apud Christianos; XXXIII an Baptismus Martyrii stilo Ecclesiastico dici possit secundus; XXXIV qualis Christianorum funerum Ritus fuerit; XXXV qua sit vera origo Imperii Romani Christiani; XXXVI an Constantinus M. deflexerit ad Arianismum; XXXVII qualis & quemadmodum institutus fuerit Pœnitentiæ Ritus. His accedit Appendix ex eodem Schurtzschii MSpto libro, cujus Caput I agit de Evangelistis, Apostolis, Virisque Apostolicis; II de Ritibus Seculi primi; III de Ritibus Seculi secundi; IV de Ritibus Seculi tertii; V de Ritibus Seculi quarti; VI de Quæstione: an Seculi secundi intervallum constitui possit pro Oraculis Sibyllinis. Ad calcem denique integri libelli duplex sistitur Index, quorum primus exhibet conspectum tum Librorum & Capitum in Compendio Antiquitatum Ecclesiasticarum, tum Controversiarum & Quæstionum, nec non Appendicis, alter vero est rerum in omnibus his Opusculis memorabilium.

DESIGNATIO INVENTORUM JO. CON-
RADI HOLZHEY, Ulmensis.


Inter

Inter Problemata, quæ Mathematicorum ingeniis solvenda adhuc dum relicta sunt, facile principem tenent locum, quæ expeditam viam certamque methodum requirunt, Longitudinem, quam per compendium dictionis vocant, marinam inveniendi, atque Magneticarum Arcuum declinationes figendi, & quæ his connexa hærent. Si enim rei pretium ab usu æstimemus; non dubium, quin hæc memorata Problemata cetera multum antecellant. Unde nec mirum est, in utroque, maxime autem marina longitudine investiganda, studium operamque suam collocasse summos in re mathematica Viros. Verum enim vero adhuc usque in cassum. Interim tentamina illorum, qui longitudini indicandæ studuerunt, summam, luculenter tamen, sistunt Cl. Viri, *Sturmius Junior*, & *Hædlerus*, peculiaribus hac de materia conscriptis libellis. Nec deseruit iste conatus hodiernum, cum id argumenti Anglorum cunprimis ingenia, uti accepimus, in dies exerceat. Memet quod attinet, cum a multis retro annis Mathesios amore ductus, otium omne, quod superfuit, huic disciplinæ dederim, forte fortuna, aut, ut Christiano potius ore loquar, Dei mei providentia gubernante, incidi in hæc ardua Problemata, & mira eorundem cognoscendorum cupidine accensus, omnem ingenii vim collectam in illa ipsa effudi. Nec defuit inquisitioni successus. Nam, Deo mentis aciem benigne conservante, eo tandem enisus sum, ut, discussis undique difficultatum dubiorumque nebulis, plena cognitionis luce jamjam fruam. Per varias ambages, fateor, atque difficili & impedito itinere diu sane oberravi, usque dum scopum, quem anhelavi, assecutus fui. Eo obtento, ex rei veritate se habere deprehendi, quod & aliis dudum observatum fuit, eruditos homines ad eruenda naturæ occulta contendere itineribus longinquis & tortuosis, nimia artis affectatione quæsitis, cum tamen natura duce per viæ compendia eo recta ire possent. Verum e diverticulo in viam. Liceat mihi coram curiosis harum rerum sciscitatoribus peritisque magistris exponere Inventionum Indicem, quæ duo illa vexata Problemata proxime tangunt.


Nempe

- 1 Modum inveniendi Longitudinem marinam & terrestrem excogitavi, ubique locorum, quovis tempore, modo sol, luna, & stellæ, luceant, tuta, commoda & celeri via expediendum. Id negotii potest confici duplici modo, uno, ope longitudinum & latitudinum locorum, altero, ope latitudinum solarum. Verum quinque requisita suppono, quæ prænosse oportet.
- 1 Loci discessus Longitudinem & Latitudinem, quæ vel in Mappis Geographicis, accurate confectis, conspici, vel e Mathematicorum tabulis cognosci possunt; 2 Elevationem Poli, ubi navis existit, & quidem per amplitudines ortivas & occidentivas, itemque per puncta culminantia, æque in horis ante ac pomeridianis, maxime in meridie, promiscue; 3 horam diei noctisque in loco navis secundum dictos modos; 4 differentiam horarum inter locos discessus & situs cognoscendam in globo terrestri, vel horologiis universalibus, a me constructis, maxime per Tabulam meam peculiarem, huic rei inservientem; 5 distantiam inter locos discessus & situs, quæ milliarum, quæ ex Mappis, cum primis vero ex singulari Schemate meo quadrato, vel e globo terrestri, acquiri potest.
 - 2 Anomaliam sive irregularitatem solarium horologiorum ea accuratatione corrigere possum, ut quovis tempore, sole autem & luna lucente, sine ullo erroris periculo, horas & minuta diei noctisque indicent, idque ope Tabulæ peculiaris & horologii universalis mei. Quam inani & frustraneo conatu absque hac horologiorum correctione longitudinis inveniendæ ratio ineatur, eventus comprobavit, & uno ore omnes harum rerum gnari confitentur.
 - 3 Acus Magneticas quaslibet ad verum accuratumque declinationis statum dirigo & colloco, modo facillimo celerrimoque, pæne sine instrumentis, ubique locorum, & quovis tempore, absque solis lunæque lumine, sereno æque ac nebulofo cælo. Necessitatem pariter & utilitatem hujus Inventi prædicare, esset actum ab aliis denuo agere, & inani opera docere, quæ in vulgus nota sunt. Cum autem nautæ propter navis agitationem valde impediuntur, quo minus operationes & observationes suas rite & accurate instituire queant;

- 4 *Æquilibrium inveni, quod ne vehementissimo quidem motu e sua iusta distantia potest disturbari.*
- 5 *Communicare potis sum Horologium solare & lunare, uno Schemate delineatum, cujus ope diei noctisque horas veras accurate dignoscere possumus. Habet id præ reliquis singulare, ut in omnibus Poli Elevationibus usui esse possit.*
- 6 *Denique Lineam Meridianam diversis, sed facilibus, celeribus, certisque modis, omni loco & tempore, aere & turbido & sereno, delineare, & in plano designare possum, 1 ope Schematis mei, diversis circulis solstitialibus muniti; 2 per amplitudines ortivas & occiduas; 3 per quodvis punctum culminans, secundum illorum Longitudines & Latitudines; 4 e solis loco ope quarundam Tabularum. Hæc sunt inventa, quæ assidue & circumspecte meditatus cunctis tandem liberavi dubiis. Ea cumprimis facient, ut navigationibus præsertim, & quæ inde pendent, maximi utique momenti negotiis, pacis bellicque tempore, in vasto & invio mari felicissime gerendis, diu desideratam opem tandem certo afferant, ac tuto præstent. Eadem, simul ac cognita sunt, palam facient, memet alia plane in solvendis hinc Problematibus via incedere, ac ii, qui ante me idem argumentum, infelici tamen successu, occupavere. Certioribus enim nituntur principiis demonstrandi, & praxi applicata, a simplicitate insuper & facilitate sese commendant. Ceterum nihil magis in votis habeo, quam ut ea ipsa summis Maris Principibus Dominisque commendata, examini postea ab harum rerum gnaris magistris subjiciantur. Verum, cum ætas mea ad annos jam septuaginta proventa juxta & infirma longius hinc disitorum Doctorum inquisitioni me tradere ægerrime finat, eos tantum Mathematicos jussus adire potero, quos Suevia, vel terra huic vicina, colit. Id quod Inventorum horum Patronis ac Mæcenatibus qualicumque hoc scripto significare studeo, eorumque gratiam & benevolam voluntatem in meaque studia demissa & decenti mentis observantia etiam atque etiam peto & obsecro.*



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTORUM ERUDITORUM QUAE LIPSIAE
PUBLICANTUR SUPPLEMENTA

LEIPZIG 1734
BAND 10

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT DAS
ORIGINAL DER NIEDERSÄCHSISCHEN STAATS- UND
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN ZUGRUNDE

SIGNATUR: EPH. LIT. 136/13 Ac 15

JO. GOTHOFR. LAKEMACHERI, GR. ET
 Orient. Lingu. P. O. Observationes Philologicae, quibus
 varia, praecipue S. Codicis, loca ex Antiquitatibus
 illustrantur.

Pars VII & VIII.

Helmstadii, impensis Christ. Frid. Weygandi, 1732, 8.
 Plag. 15.

- Pergit Cl. Autor eadem, qua cepit, via in edendis Observa-
 tionibus suis, quarum nunc septimam atque octavam *Par-*
tem cum erudito communicat orbe. Sicut igitur anteceden-
 tes sex *Partes* in *Actis* nostris A. 1730 p. 370 seq. breviter, mo-
 re nostro, summamque recensuimus; ita, quid hac utraque
 portione contineatur, operæ pretium erit indicare. *Pars VII*
 septem complectitur Observationes, quarum prima de *simu-*
lacro Nebucadnezaris aureo inscripta, locum *Dan. III, 1*, expō-
 nit. Altera de *Pelaim, quod sit Pelusium*, ad *Thren. I, 9*, a-
 git. Quo loco ii sacrarum literarum interpretes vituperantur,
 qui nomina propria in communia mutarunt, ut *Jud. XI, 4*,
 ubi *Schualim* in historia *Simsonis* non sunt *vulpes*, sed *Suali-*
ta. Cujus rei uberior explanatio in aliam differtur occasio-
 nem. Tertia *Formulam ellipticam, nonne ad vos, viatores?*
 ad *Thren. I, 12*, explorat. Duplex admittitur ἔλεψις, una τῶ
 ἢ interrogandi notæ, altera verbi ΝΥΠΝ *clamem*, ex *Prov.*
VIII, 4, supplendi. Quarta de *Formulis, motitare caput,*
& aperire os, ad *Thren. II, 15, 16, III, 46*, ita statuit, priorem
 dicendi rationem gestum τῶν ἐπιχειρηκτικῶν, antrorsum caput
 moventium, mentum ad pectus applicantium, mox rursus at-
 tollentium, exprimere, altera vero idem, atque *convicia ca-*
lumniasque in aliquem conjicere, designari. Quinta de *Au-*
ro Templi per Babylonios obscurato, ad *Thren. IV, 1*; sexta
 de *Pueris Judeorum cum ligno impingentibus*, ad *Thren. V,*
 13, denique septima de *Judeorum regione ad mare non sita*,
 ad *Josephi L. I contra Apionem p. 443* conscripta est. In
Parte VIII septem itidem inveniuntur Observationes. Harum
 pri-

prima Ritus Formulasque precum Pharisei & publicani ad Pag. 97-132.
Luc. XVIII, 9 seqq. investigatur. Secunda de caelestibus, ter- 133-181.
restribus & inferis, genua in nomine Jesu Christi flecenti-
bus, ad Phil. II, 9, 10, tractationem continet satis amplam.
 Tripartita veterum Græcorum divisio, qua Deos suos in *ὐπε-*
ραειός, ἐπεραειός, ἐπεραειός, seu *caelestes,* in *ἐπιγείους,*
ἐπιγείους, χθονίους, id est, *terrestres,* ac denique in *ὕπυγεί-*
ους, χθονίους, ὑπόχθονίους & κατωχθονίους, sive *inferos,* quos
Δαίμονας κατωχθονίους Dionysius Halicarnassens appellat, dis-
 pescere solebant, ad verba Pauli illustranda in auxilium vo-
 catur. Sequitur tertia, quæ *Simsonem, portas Gaza in mon-*
tem quondam deportantem, ad *Jud. XVI, 3,* proponit. Quar-
ta Baculum ferreum, quo gentes confringendæ sunt, ad *Pf. II,*
9, explanat. Quinta de voce *במתין* *Esaiæ LIII, 9,* agit Hæc
 nimirum ad delignandum *monumentum sepulchrale* hic adhi-
 betur. *במה* enim, ut *locum quemvis excelsum* denotat, ita
 speciatim *cippum vel monumentum sepulchrale* significare vi-
 detur, ut *Ezech. XLIII, 7.* Moris etiam erat antiqui, nobilio-
 rum sepulchra hominum ædificiis exornare magnificis, quæ
 ob *altitudinem* *במה* non inepte vocantur. Sexta *extrema* 182-191.
terra, Act. I, 8, interpretatur, quæ regionem terræ Judaicæ 192-205.
 ad septentrionem extremam, hoc est, *Galileam,* sensu quidem 206-224.
 primario designant. Observatio VII, eaque ultima, traditionem
 illam, ex Synagoga Judaica petitam, qua *ii, qui Sacerdotem*
adspiciunt benedicientem, excacandi putantur, illuminatam
 sistit. Quod reliquum est, in votis habemus, ut Cl. Autor
 ceteras, quas adhuc meditatur, Partes successu æque felici
 elaboratas in lucem edere pergat.

G. L. OEDERI DE SCOPO EVANGELII S. JO-
 annis, Apostoli, certissime hæresi Cerinthi & Ebionis
 oppositi, adversus Virum Cl. FRIDER. ADOLPH.
 LAMPE, Liber unus, in quo & IRENÆUS atque
 CALOVIUS contra iniquas criminationes
 defenduntur.

Francofurti & Lipfiz, absque mentione Typographi, 1732, 8.

Plag. 8.

Cap. I. **V**ir doctissimus, & impigro studio de interpretatione
 Scriptorum, & aliis doctrinæ Theologicæ capitibus, præ-
 clare merens, primo constantem veterum narrationem de
 Evangelio *S. Joannis, Cerintho* atque *Ebioni* opposito, ver-
 bis *Hieronymi, Cyrilli Alexandrini, Victorini Petavionen-*
sis, Eusebii, tum *Irenæi* ipsius, verbis proponit. Tum osten-
 dere conatur, quæ *Cl. Lampius* in *Prolegom. in Joan. L. 2*
Cap. 3 contra disputaverit, ea ad communem sententiam ever-
 tendam non valere. Dixerat *Lampius*, sensum *Irenæi* ab
 interprete potuisse corrumpi; sed, ipse huic argumento cum
 parum tribuat, facile fuit *Oederus*, illud repellere. *Lampius*,
 sola *Irenæi* autoritate niti, quicquid esset narrationis, confir-
 maverat; *Cajum & Dionysium Alexandrinum ex Eusebio*
 producit *Oederus*, qui ab *Irenæo* non acceperint. Cum ju-
 niorem *Joanne* fuisse *Cerinthum* velit *Lampius*; ad illam
 de balneo narrationem, quo simul cum *Cerintho*, uti volue-
 rit *Apostolus*, ita provocat *Oederus*, non uti veram certam-
 que contendat, sed ut credi ab his potuisse recte neget, qui
Cerinthum jam tum hæresiarcham cum *Joanne* non vixisse
 sciverint. Bene per hanc occasionem adversus quorundam
 Pyrrhonismum historicum observat, si in minima quadam re
 dissentiant scriptores ejusdem historix, non ideo totam histo-
 riam in dubium vocandam, usus exemplo Augustinæ Con-
 fessionis, quam a *Brukio s. Pontano* Cancellario prælectam
 fuisse quidam tradunt, cum *Beyerum* fuisse constet. Pergit
 deinde congruere cum argumentis *Cl. Lampii*. Ait ille, a se
 probatum, *Joannis* Evangelium scriptum ante exilium in
 Pathmo: negat *Oederus*, id probatum esse, neque ipsum Vi-
 rum *Cl.* ultra conjecturam in ipso loco, ad quem provocat *p.*
163 §. 15 progressum. Porro etiam hoc negat *Oederus*, sum-
 tum a *Lampio*, *Cerinthum* non ante *Hadrianum* vel *Antonium*
Pium emerfisse. Cum ad ordinem, quo enumerantur
 hæretici ab antiquis scriptoribus, provocetur, ostendit *Oederus*
 nihil

Cap. I.

pag. 20.

24.

Cap. II.

nihil inde certi posse colligi, cum sibi non consent. Nega. Pag. 44 seq.
 verat Cl. *Lampius*, doctrinam *Cerinthi* fuisse, quam oppu-
 gnandum sibi *Joannes* sumferit; sed ostendit Cl. *Oederus*, per
 singula capita eundo, illud omnino factum, nisi quod de 2.
 matre Christi virgine, quod etiam negasse fertur *Cerintus*,
 satis habuisse putat Apostolum, quod reliquorum Evangeli-
 starum scripta probaret. Jam in aliis etiam rebus *Irenaeum* Cap. III.
 defendere vel excusare studet Cl. *Oederus*, in quibus vel Cl.
Lampius, vel alii inclementius de illo videbantur judicasse.
Non caret, inquit, *labeculis, sed a labe certe immunis est. V. g.*
 reprehenderat *Lampius*, quod *Papia*, *nugivendolo, si quis alius,*
 nimis tribuat: utrumque negat defensor, & ægre fert, ita se-
 vere de illo pronuntiari, cum nullam illius literulam nec vi-
 derit censor, nec videre potuerit. *Mira*, inquit, *illa est cum* p. 56.
laudandi tum vituperandi, & quidem tanta cum fiducia, rã-
tio, cum illius vel herois vel nani digitum nullum, tibiam
nullam, tota vita videris. Porro negat in his quidem *Ire-*
naei scriptis, quæ *Erasmus* edidit, ullam *Papia* mentionem, ea- 58.
 que occasione sublestæ fidei arguit, quæ a *Feuardentio* postea
 addita sunt, & comparat pleniores *Irenæi* scriptorum & frag-
 mentorum editiones cum epistolis *Ignatiani* longioribus
 h. e. interpolatis. Quæ quidem res ita obiter & breviter de-
 cidi non potest. Suspiciatus erat *Lampius*, sed suspiciatus tan-
 tum, seniore, cujus mentionem facit aliquoties *Irenæus*, esse
Papiam: si sit, ea laudantur illius dicta, ut propterea *nugi-*
vendulus dici non mereatur. Brevius porro ipsa capita ac-
 cusationum & responsiones proponemus. Tradit *Irenæus*,
Mattheum Hebraice scripsisse: at alii quoque, non ideo con-
 temnendi. *Hermæ* pastorem pro Canonico laudat: *Scriptu-*
ram vocat, sed non ideo Canonico. *Nicolaum* citat, *Ni-*
colaiturum magistrum: ergo illi tanquam idoneo testi cre-
 dendum est. Salvatori nostro pene quinquaginta annos vitæ 64 seq.
 tribuit: humani aliquid passus est. Versionem τὸν ὁ per
 adpirationem Dei factam ait: error est Hebraicæ linguæ ru-
 di condonandus. Absurdam fabulam de felicitate futura tra- 71.
 didit,

didit, *venient dies, in quibus vinee nascentur, singula dena millia palmitum habentes, & in uno palmitis dena millia brachiorum* (ex veterum rei rusticæ Autorum disciplina potius in brachio sunt palmitis) *& in uno brachio palmitis dena millia flagellorum, & in uno quoque flagello dena millia botrorum, & in uno quoque botro dena millia acinorum, & unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini;* (male sit homini, tum demum parco, cum ad rem ipsam ventum est, quidni eadem facilitate nobis etiam dare poterat dena millia metretarum!) *& cum eorum apprehenderit* &c. at hæc nugæ sunt Judaicæ, quarum pura est *Erasmi* editio; de quibus proinde viderit *Fevardentius*. Cum scilicet causam *Irenæi* suscepit Cl. Autor, modestissime, & cum summx observantiæ, quam sane omnes debent virtuti & doctrinæ ejus Viri, significatione, monet, etiam *Cel. Fabricium* tribuere, videri *Irenæo*, quasi is *ἄγραφορ* dictum Christo adscribat, cum tamen *Irenæus* hoc ipso nomine hæreticos accuset. A *Chiliasmi* proprie ita dicti crimine illum defendit etiam adversus S. Rev. *Deylingium* nostrum, itemque ea excutit, quæ B. *Danbaucus* in *Irenæo* desideraverat, ita quidem, ut quædam neget, quædam interpretetur mitius. Speciatim de pervulgata illa angelorum cum hominibus commixtione hoc mitius cum *Irenæo* aliisque antiquis agendum censet, quo incertiore fundamento nititur vulgaris sententia de filiis Dei, h. e. Sethitis, & hominum filiabus, h. e. Caini progenie. Nec minus difficilis quæstio, *an diabolus demum in hominis seductione lapsus sit?* Quod autem hominem imperfectum creatum statuere videtur, illud de minore tantum perfectionis gradu, & qui augeri posset, intelligendum est. *Vitæ* in animabus impiorum *aternam* negavit, non durationem infelicem. *Spiritum & animam* ita distinguit, ut non constituat tres partes hominis essentielles. *Ψυχονομίας* error falso plane *Irenæo* tribuitur. De sex millibus annorum mundi communem erravit cum pluribus errore in. Displicuit *Pfaffio* itemque *Deylingio* argumentatio *Irenæi*, quemadmodum, qui est a terra, panis, per-

Pag. 72.

75.

79.

85.

88.

90.

94.

95.

100.

105.

percipiens vocationem Dei, jam non communis panis est, &c. sic & corpora nostra, percipientia eucharistiam, jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia. Sed, cum tria ultima, verba satis interpretentur vocem *in corruptibilia*, placet argumentatio *Osdero*, uti placuit *Danhauero Christeid. p. 322.* Longiores jam fuimus in libello non magno, si chartas numeres, itaque in ultima Parte breviores esse convenit. Caput rei illud est, nullam factam *Grotio* injuriam a *Calovio*, cum indigne tulit, diversam ab illo salutis viam in Vt. & Novo Testamento, novumque Christum legislatorem tradi. Finit Rev. Autor, uti dicat, permittere se lectoris arbitrio, utri magis dicta sint extrema *Cl. Lampii*, ipsinet, an incomparabili *Calovio.* *Hac in transitu, exemplo ut sint, quam facile monstrosum saepe dogmatum stigmata viris magnis ab ignavis & malevolis inurantur.*

CATALOGUS MISTORUM MEMBRANACEORUM & Chartaceorum, item librorum ab inventa Typographia usque ad A. 1500 & inde usque ad A. 1500 & ulterius impressorum, rarissimorum, cum multis aliis eximiis Operibus, pro assignato pretio venalium apud JOANNEM LUDOLPHUM BÜNEMANNUM, Reg. Biblioth. & Gymnas.

Mindensis Rectorem.

Mindæ, sumptibus Autoris, 1732, 8.

Plag. 8.

Vir Clarissimus, cujus merita in Historiam Literariam magni facienda ducimus, pretiosissima librorum cimelia venum exponit, motus rationibus domesticis. Nostrum erit ea excerpere ex hoc Catalogo, quæ ad Bibliognosiam raro-

B b b 3

rem

rem & incunabula Typographiae, Moguntinis vindicandae, faciunt. A. 1514 *Jacobus Oesler*, J. U. D. per imperium Romanum artis impressoriae fuit censor & Superattendens generalis. Rarissimus liber est *Christiani Druthmari, Grammatici, Expositio in Matthaeum Evang. familiaris, luculenta & lectu jucunda, cum Epitomatibus in Lucam & Joannem & Epist. S. Martini Episc. ad Mironem Regem, cum privilegio Maximiliani Caes. & cum censura Jacobi Oesler, A. 1514.* In ea legitur ad *Matth. XIX, fol. 61*: *Nunc vero in Benevento, quoscunque Clericos facere disponunt, pater & mater in infantia atterunt testiculos, & videntur semper juvenes esse, usque quo canescere incipiunt. Nam in perfecta aetate si factum fuerit, debilitantur statim, & vires amittunt.* Hi certe ex Mosaica lege fieri non potuissent sacerdotes. *Origenes*, qui cicuta libidinem edomuit, testibus admota, his videtur pro-luisse. *Prudentii & Sedulii* nonnulla ex Codicibus MStis restitui & emendari possunt in editis. *Ordo Episcopalis*, Saeculo XII scriptus indubie, multa notatu digna habet, ad hierarchiam spectantia. Sistentur MSti libri *Th. Kempisii XX.* Liber MStus *de Officio Clericorum* editis est copiosior, & scriptus ante 700 annos. Eadem manu scriptus est *Gregorii M. liber, Cura pastoralis.* *Hilarii* libri XII de Trinitate habent aetatem 600 annorum. *Ivonis*, Episcopi Carnotensis, Epistolas MStas hic quoque indicatas vides, nec non *Caroli M. Epistolam ad Alcuinum de S. Sabbato* MStam. Descriptum hic porro indicatur Volumen rarissimum: *Spaccio de la bestia trionfante - - stampato in Parigi, 1584, 8, de quo disseruerunt le Spectateur Disc. XXVII T. IV p. 157, la Croze in Entretiens sur divers sujets de l'Histoire & Literature p. 326, 329, Heumannus in Actor. Philos. P. IX n. II p. 380 - 426, la Croze ibidem p. 793 - 810, Heumannus inde ad p. 823, Buddeus de Atheismo Cap. I §. 24 p. 116, Reimannus in Histor. Atheismi p. 375 sq. Tolandus A. 1713 edidit L. nolini translationem hujus libri Anglicam. Lactantii Firmiani Opera, ab Adamo Venetiis A. 1471 impressa, Autor possidet. Editionem hanc, aliis haud visam,*

accu-

Pag. 6.

10.

13.

accurate descripsit *Schelbornius* in *Amanitat. Literar. T. I* p. 311 - 317. Hanc editionem & aliam, tum Rostochii excusam, S. Rev. *Jo. Georg. Walchius* si ad manus habuisset, plura, quam fecit, restituisset loca in *Lactantii* sui editione. Liber quidam jam A. 1473 Merseburgi typis publicis fuit descriptus; Lipsiæ jam A. 1480. Multos præterea libros, sub initia Typographiæ excusos, hic nuntiari vides, qui *Masitairio* fuerunt incogniti. Memoratu dignum, quod liber hic producat, in quo jam ad annum 1476 figuræ, ligneis formis expressæ, occurrunt. A. 1481 *Biblia Latina, ex fontibus Græcis & Ebraicis emendata*, prodierunt in lucem. *Platinae Vita Pontificum*, non castratæ, emissæ sunt impensis *Antonii Koburger* Norimbergæ A. 1481. Prefixa ad *Platinam* Epistola docet, ipsum *Platinam* per *Hieronymum Squarzasicum Koburgeto* hoc Volumen dedisse imprimendum. Alia editio, non castrata, A. 1485 impensis *Mag. Joannis Vercellensis* prodiit. Ad annum jam 1495 libris *Campani* edendis ad decennium *Ludovicus Maria Sportia*, Anglus, Dux Mediolanensis, privilegium dedit. Libri rarissima editio est hæc: *T. Livius Histor. duobus libris jam primum auctus cum T. Flori Epit. Ind. copios. & Annot. in Libros VII bell. Maced. it. cum variis lectionibus*, *Maguntia in adibus Joannis Scheffer*, mense Novembri A. 1518. In privilegio promisso *Maximilianus Cæsar* docet, avum hujus *Schefferi* invenisse artem typographicam. Præfationem adjunxit ad Archi-Episcopum Moguntinum, *Albertum, Ulricus Huttenus*, quo Moguntia inventionem illius artis vindicat, & docet, *Laurentium Truchses*, Decanum Moguntia, servasse *Joannem Capionem ex injuriis Theologistarum*, & impunem tutumque præstitisse. Epistolam addidit *Erasmus Roterodamus*, quæ nuperum editorem Operum *Erasmi*, *Joannem Clericum*, fugit, in qua princeps *reperitorium Typographiæ* vocatur *Joannes Faust*, avus ejus, cui *Livium*, auctum duobus Voluminibus, debeamus, ut hoc egregium decus partim ad *Joannem Scheffer*, velut hereditario jure, devolvatur, partim ad *Moguntiacæ civitatis gloriam* perti-

Pag. 15.

16.

17.

20.

31.

- Pag. 34. *pertineat.* Literæ A. 1519 d. 7 Cal. Mart. datæ sunt. Subjunct Nitolaus Carbachius Epistolam ad Lectorem, in qua Joannis Schefferi avo inventionem typographicæ artis Moguntiacam æque tribuit. Jacobi Fabri Stapulensis Commentarii in IV Evangelia, Basil. ex ædibus Andr. Cratandri mense Mart. A. 1523 editi, pleni sunt testimoniis veritatis; nam fol. 363 fatetur, unicum Christum esse viam ad cælum. Onus Ecclesiæ jam A. 1519 Landshutæ typis D. 37. Joannis Weyssenburgeri descriptum prodit. Ottonis Frisingensis editio prima Argentorati ex ædibus Matthie Schurerii A. 1515 ductu Leonardi & Luca Alentseo, fractrum, emissa fuit. Biblia S. utriusque Testamenti juxta Hebraic. & Græc. veritatem cum tertio Machabæorum libro prodierunt Coloniz A. 1527 per Petrum Quentel. Suppressa hæc est editio a Pontificiis. Alberti Krantzii Saxonia primum prodit A. 1520 Coloniz per Joannem Soterem, alias Heil, inscripta Carolo V. Joannis Bocacii de Certaldo Opus de præclaris mulieribus, impressum Lovanii per Egidium van der Herstraten A. 1487, habet imaginem Joannæ Papissæ in partu. Alphonsi de Castro Libri XXIV adversus omnes hæreses A. 1534 emissi sunt primum, & Lib. I Cap. 4 fol. 9 id habent: *Omnis homo errare potest in fide, etiamsi Papa sit - - Non enim credo, aliquem esse adeo impudentem Papæ assensatorem, ut ei tribuere hoc velit, ut nec errare, aut in interpretatione sacrarum literarum hallucinari possit. Nam, cum constet, plures eorum adeo illiteratos esse, ut Grammaticam penitus ignorent, qui sit, ut sacras literas interpretari possent?* Zodiacus Vitæ à Marcello Palingenio Stellato ad Ducem Ferrariæ Herculem II Venetiis opera Bernardini Vitalis, Veneti, primum editus est. Nomen id Palingenii Autor habet pro genuino. Ex hisce unguibus facile apparet leo. Apprecamur Autori emtores, tanta diligentia dignos. Dolemus tamen, ea mercibus his pretia statuta, quæ emtores, ex nostro certe ordine, allicere perpaucos possint.



第(385)卷

ACTORUM ERUDITORUM,

Quæ Lipsiæ publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. IX.

CODEX CONSTITUTIONUM, QUAS SUMMI Pontifices ediderunt in solenni Canonizatione Sanctorum, a JOANNE XV ad BENEDICTUM XIII, sive ab A. D. 993 ad A. D. 1729; accurante JUSTO FONTANINO, Archi-Episcopo Ancyrano, qui lemmata & notulas addidit.

Romæ, ex Typograph. Reverendæ Cameræ Apostolicæ, 1729, fol.
Alph. 13 plag. 5.

Inter *Platonicos* Philosophos multi, iique præcipue dignationis, doctores defendebant, animas vitæ functorum in sepultura prope corpus mortui commorari. Jam Sec. II a Christianis doctoribus *Platonica* Philosophia anteferebatur reliquis; non mirum igitur est, quod & hanc ipsam de statu animarum post mortem opinionem suam fecerint, & defenderint, in loco quodam medio prope corpus suum animas vitæ defunctorum usque ad diem iudicii extremi agere. Addebant nonnulli huic *Platonica* opinionioni aliam, quæ ab hujus Philosophiæ principiis non diffidebat. Videlicet propugnarunt, animas malas mortuorum in sodalitiis malorum spirituum deprehendi, animas autem pie defunctorum Sanctorum, angelorum uti commercio, qui quidem angeli &

Ccc

cor-

corpus pie defuncti custodiant. Ita v. g. *Augustinus Lib. VIII de Civitate Dei Cap. 27, Honoramus hanc, inquit, memoriam eorum (Martyrum) tanquam sanctorum hominum Dei, cum apud eorum memoriam offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis angelis celesti honore sociavit.* Quilibet intelligit, hanc ipsam, quam modo exposuimus, multorum Christianorum sententiam occasionem aperuisse reliquiarum cultui, qui a multis seculis Ecclesiam turbavit Christianam. Quodsi animæ pie defunctorum prope corpus vagantur, quodsi corpus eorum sanctis Dei angelis sociatur, consequens est, sanctissimum esse locum, in quo est vel corpus, vel membrum corporis pie defuncti Martyris, & singulari veneratione prosequendas esse reliquias sanctissimi alicujus viri. Quemadmodum vero reliquiarum cultus sensim tantum non omnium Christianorum occupavit animos, sic neque defuere fraudulentis homines, qui hanc superstitionem in rem atque quæstum suum verterent, & vel eo consilio Sanctorum numerum auferent, ut major illis esset reliquiarum copia, vel etiam adulterina illorum, qui pro Sanctis habebantur, cadavera pro optimi valoris numis supersticiosi traderentur. Quibus quidem hominum fallaciis ut modus poneretur aliquis, statutum est, neminem inter Sanctos habendum esse, nisi quem in provincia quadam Ecclesie Metropolitana & Concilium provinciale hoc honore dignum judicaret, atque nullius reliquias inter genuinas esse numerandas, nisi pro tali us a Metropolitana ejusque suffraganeis Episcopis agnitas. Hujus generis judicium de Sanctis eorumque reliquiis terre, sub initium omnium erat Antistitum. E multis exemplis constat, ne consulto quidem Pontifice Metropolitas Sec. IX, & ipso etiam X, Sanctos creasse. Ipse *Franc. Pagi in Breviar. Vitæ Rom. Pontificum T. II p. 260* exempla quædam in medium protulit. At vero, cum Pontificis Romani autoritas sensim auferetur, evenit, ut & sibi soli sequenti ætate vindicaret potestatem, solenni ritu inter Sanctos, cultu & veneratione dignos, aliquem vita defunctum referendi. Latius hæc nunc non deducimus. Sed ad ipsum, quem præ manibus habemus, Codicem

cem nos convertimus, cujus rationem paucissimis exponemus. Cum numero multi solenni ritu a Pontificibus Romanis inter Sanctos sint relati, neque tamen huc usque omnes Constitutiones, hanc in rem editæ, in unum Volumen fuerint collectæ, *Benedictus XIII* Papa, qui ipse Sanctorum catalogum variis nominibus auxit, id negotii dedit S. Rev. *Iusto Fontanino*, Viro de re literaria & antiquitate, etiam ecclesiastica, variis scriptis insigniter merito, ut, quas huc facientes Constitutiones reperire posset, in unum Volumen colligeret. Singulari solertia *Fontaninum* mandata Pontificis executum fuisse, nemo ibit inficias, qui ipsum ab eo collectum Canonizationum Codicem evolvit. Neque enim solum ingentem Constitutionum, quæ ad Canonizationes spectant, numerum iis addidit, quæ in Bullario Romano deprehenduntur, verum etiam multos errores, in Constitutionibus, Bullario Romano insertis, obvios, veterum Codicum ope nonnunquam sustulit. Licet autem magnam in conquirendis Canonizationum Constitutionibus impenderit *Cel. Fontaninus* diligentiam, multas tamen Constitutiones, quas studiose quæsit, non potuit invenire. Ipse commemorat, frustra a se quæsitæ esse literas *Alexandri III* de Canonizatione sancti *Canuti Senioris*, qui fuit Rex Obotritorum, & martyrium fecit A. D. 1132, alterius *Canuti Senioris*, ac Regis Danicæ, A. D. 1086 martyrio perinde sublato, fratris filius. Industriam quoque ejus fugerunt *Innocentii III* literæ de *S. Procopio*, Abbate Ordinis S. Benedicti Pragæ in Bohemia, qui A. 1053 Cal. Aprilis diem suum obiit. Ad Annotationes quod attinet, a *Cel. Fontanino* huic Canonizationum Codici additas, in iis non fontes solum indicat, unde Constitutiones petierit, verum etiam scriptores enumerat, qui de Sancti, cujus res agitur, vita aliquid literis & memoriæ prodidere. Nonnunquam etiam Observationibus criticis Constitutiones, quas collegit, erudite illuminat. Quo vero diligentia sua facilius aliis prodesset, triplici Indice, Sanctorum, Pontificum, & rerum, Lectoribus suis consuluit.

h. e.

COMPENDIUM HISTORIÆ UNIVERSALIS
CLAUDII ISLÆI, Historiographi & Censoris
Regii.

Tomii VII.

Hagæ Comitum, apud Goffe & Neaulme, 1791, 8 min.

Tom. I pag. 484, Tom. II pag. 451, Tom. III pag. 439,
Tom. IV pag. 615, Tom. V pag. 535, Tom. VI pag. 436,
Tom. VII pag. 442, cum adjectis hinc atque
illinc Mappis aliquot Geographicis.

Autor libri hujus, *Claudius Islaus*, vel *Insulanus*, cum non solum studio historico excolendo se dedisset totum, verum & ad propectam usque ætatem docendæ huic scientiæ vacasset, inter discipulos quidem nobilissimos quosque, principalis etiam dignitatis, juvenes numeravit; in quibus tamen præcipuus Dux Aurelianensis, qui Regimen Franciæ per aliquod tempus administravit. Laudatur, quod se captui cujusvis accommodare sciverit, adeoque ex diversis formulis, hunc in finem consignatis, & sub finem vitæ ab ipso in unum volumen collectis, ortum est præsens Systema historicum. Virtutibus vero & eruditione cum omnium existimationem promeritus fuisset, magno etiam ornamento ipsi extiterunt filii quatuor, singuli in diversis scientiis excellentes, quorum *Guilielmus*, Geographus Regius, Geographiæ, a variis præjudiciis purgata, aliam fere formam conciliasse prædicari ex vero potest, & *Simon Claudius* Historiæ pariter totum se dedit; qui quidem ambo jam mortui. Reliqui, *Josephus* & *Ludovicus*, in Academiam Petropolitanam a *Petro*, Russiæ Avtocratore, pro Astronomia ornanda vocati, etiam nunc bono rei Mathematicæ vivunt. Ex ipso Opere solidum apparet Autoris judicium, momenta gestorum optime seligentis, & nerveose exhibentis. Dum vero ad modum potius Annalium, quam Institutionum historicarum, idem disposuit, propectioribus fortassis

sis rectius consuluisse, quam ipsis huic studio initiandis, videri possit; ipsumque Opus repetitioni potius jam aliunde ut-
 eunque cognitarum historiarum, quam fundamentis discipli-
 næ jaciendis, aptius. Nam, dum seriem annorum sequitur,
 historicum filum & antecedentia a consequentibus sæpius di-
 vellere necesse habuit, quorum nexum non facile perspicere
 licet, deficientibus marginalibus, in quibus moneri potuisset,
 quo loco materiarum affinium continuatio quærenda. De
 cetero distributio Operis est talis, ut faciat ejus duas Partes;
 quarum prima ad natum Servatorem Christum, altera ad
 nostra tempora pertingit. Prioris Partis libro primo distin-
 ctis Capitibus exponit separatim cujusque gentis, de qua tra-
 ctat, historias, quas ad imperium usque Cyri perducit; secundo
 junctim res Persarum & Græcorum usque ad Alexandrum M.
 Atque duo hi libri primum Tomum efficiunt. Secundum ve-
 ro liber tertius, qui res Monarchiæ, quam a Græcis dicunt, a
 morte Darii ad Christum natum complectitur. Pars altera
 Tomos reliquos quinque habet, librum vero unicum, vel
 primum, quem tamen nullus, qua de causa, incertum, sequitur
 secundus. Capita hic liber continet novem, sed Capitum di-
 visiones non cum Tomis singulis finiuntur. Tomus enim ter-
 tius septem Capita habet cum octavi Sectionibus binis, per-
 tingitque usque ad annum æra vulg. 1410. Tomus IV Capitum
 octavi Sectionem tertiam usque ad annum 1519 comprehen-
 dit. Reliquorum Tomorum quivis Sectionem aliquam pe-
 culiarem Capitum noni, nempe quintus primam usque ad 1600,
 sextus secundam usque ad 1653, septimusque demum tertiam
 ac ultimam, continet. Tomi tertii paginæ tantum 91, Capi-
 ta 4 continentur, impenduntur historiis Imperii Romani &
 800 annorum, usque ad Carolum M. & Imperium occidenta-
 le, ab eo, ut vulgo censetur, restitutum. Ita ut festinasse po-
 tius videatur Cel. Autor ad recentiora tempora, in quibus ex-
 plicandis quoque eo fusior, quo propius ad nostram ætatem
 accedunt. Jam ut specialiorum materiarum gustum Lectoribus
 demus, in Præfatione Autor monet de quibusdam Geographi-
 cis, in quibus a Sansonio discedendum sibi judicavit. Sed Mappæ,

Operi sine dubio saltem a lucripeta Bibliopola additæ, tum nullius elegantiz, tum quam minime ad illas observationes comparatæ, existunt. Ad ipsum dein Opus accedens, non res solum mundi creati, sed & lapsum Angelorum & decretum redemptionis ad historiam suam pertinere ratus est, *fundamenta* etiam *Chronologica* accurata & dilucida brevitate proponens, ita, ut ipsorum *Calendariorum, Judaici, Egyptii, Græci, Romani, &c.* constitutionem exponat, rationem hypothesis suarum ubique addens, ad *Cyrum* vero annos mundi numerans 3468. Et in temporibus quidem *ante diluivum Noeticum* digerendis *Hebraum* textum præferendum judicat LXXvirali Versioni. In loco tamen *Exod. XII, 40*, textum Hebræum, qui moræ filiorum saltem Israel 430 annos tribuere videtur, emendationem vel explicationem ex illa Græca Versione adhibendam statuit, utpote quæ filiis Israel & eorum patribus junctim hoc tempus moræ in *Ægypto* assignat. In numeranda duratione & terminis *captivitatis Babylonica Petavium & Ufferium* sequi se profitetur, ejus initium scilicet a primo anno *Nebucadnezaris* ducens. Simili ratione a condito mundo ad Christi nati annum verum 4000 annos cum eodem *Ufferio* computat, *eram vulgarem Christianam* 4 annis serius illum natalem annum exhibere statuens. *Chronologiam* quoque *Tyrriorum* illustrat, contradictionem apparentem aliquam hac emendatione tollens, ut loco 7 anni *Nebucadnezaris*, quo cœpta est obsidio Tyri, legat 17. Inter *Herodotum* vero, qui 520 annos, & alios, qui ultra 1300 annos durationis regno *Assyriaco* tribuunt, hanc conciliationem instituit, ut durationem quidem totalem illius *Monarchiæ* etiam majorem faciat, sed ab illo deinceps tempore, quo extra fines potentiam protulit, & distitis quoque regionibus imperavit, illos 520 annos numerandos concedat, *totalem vero summam regni Assyrio-Medici usque ad Cyrum* faciat 1648 annorum. In *Perficorum* deinceps *Regum Chronologia Ptolemæi canonem* celeberrimum deserit, aliam annorum regiminis distributionem faciens; etsi in totali durationis summa conveniat. Singularia ipsi sunt, quod *mare mortuum, sive lacum Asphaltitem,*

tem, pridem non extitisse, sed post everfionem tetrapoleos formatum, minus certe probabiliter sibi persuadet. *Diluvium Ogygium* (cujus tempus notat A. 1797 ante Christum natum, 2208 post conditum ex sua hypothefi, mundum,) exundatione lacus Copaidis, *Deucalionium* obstructione Penei amnis, ortum credit. *Tomum tertium* diximus esse qui eminentiores historias breviori paulo compendio complectatur, ex quo memorabilia quædam evotantibus occurrit, quod, non *Carolus Calvum* esse, qui vanitate aliqua, quo Reges sub se tanquam Imperator haberet, *Bosonem* Arelati Regem nominaverit, sed ipsum *Bosonem* tyrannice hunc titulum sibi sumfisse, evincit. *Britanniam minorem* non adeo late patuisse, sed eis solum terminis clausam fuisse, ac quæ nunc inferior dicitur, nec nisi anno denum 847, & occupata *Rhedonum* civitate, hunc Ducatum ampliozem ditionem habere cepisse, observat. *Regnum Lotharingia Ludovico, Arnulphi* filio, Imperatori, ex Autoris sententia paruit, sed mox in *Caroli Simplicis* potestate fuit. Cum hic *Carolus Simplex* captivus a suis teneretur, implorato *Henrici Aucupis* auxilio, obtulisse ei regnum Lotharingicum, quod *Henricus* quidem occupaverit, sed pro libertate *Caroli* nihil egerit, *Fridericus* vero qui ab *Ottone M* Lotharingiæ præfectus fuerit, inferiori parte ejus contentus fuisse, titulo tamen *Archi-Ducis Lotharingia* primus usus, notatur. Porro ortus regni *Maroccani* in Africa a *Lumtunis*, familia quadam *Breberorum*, qui ipsi populi sunt in regione Africæ, quam corrupte Barbariam dicimus, fundati, quod regnum *Almoravidarum* Hispani dixerunt, accuratius describitur, nec non eorum, qui *Almoravidas* throno dejecerunt, dictorum *Almobadarum*, quasi dicas Unitariorum, Christianos Trinitatisque in Deo cultores crudelius reliquis persequentium. In rebus patriis accuratus admodum Autor, studiose annotat, qua ratione partes & provinciæ quælibet, a proprietate coronæ Gallicæ olim sejunctæ, & Magnatibus aliis parentes, iterum eidem conjunctæ fuerint. Autoritatis regis in Gallia, quæ propter nobilium violentiam & superbiam pene evanuerat, restituendæ subsidium Reges Fran-
 ciæ

ciz in eo quæfivisse docet, ut civitatibus Magistratum populæ-
 rium creandorum potestatem darent, literis regiis firmatam: quo
 adeo eos oppressionibus nobilium opponerent. Nec minus
 Germaniæ res in præcipuis curat, considerans controversiam,
 quæ inter Imperatorem & Pontificem Rom. *de investitura*
Episcoporum agitabatur, notatis singularibus in Papam meri-
 tis duarum foeminarum, *Masbildis*, *Mantuzæ* & *Lucæ*, & *Ada-*
laidis, *Segusii* & *Taurini* Dominæ. Exitum hujus contro-
 versiz hunc fuisse retur, ut conventum sit, Imperatorem eo-
 dem modo, quo Franciæ Rex, investituram daturum, scilicet
 iis, qui Canonice electi essent, non vero per crucem & an-
 nulum; mutatis adeo saltem ceremoniis actus, ingentem
 sublatam disceptationem; in quo an rem Autor acu tetige-
 rit, aliorum sit, sententiam dicere. Cur *Remaldus*, Comes
Burgundia, quam *liberum Comitatum* nunc dicere solemus,
 Lothario Imperatori homagium præstare recusaverit, causa
 allegatur, quod Lotharius non fuerit ex posteris *Conradæ*
Salici, cui regnum Arelatense ab ultimo Rege *Rudolpho* te-
 stamentaria dispositione relictum fuerit. Nec eum a Lotha-
 rio in ordinem redigi potuisse, quia potius inde ortum liber-
 tatis illius Comitatus arcessendum. *Carolus IV*, Imperatorem,
 post conventum, cum *Urbano V*, Pontifice, institutum, cum
Regem Arelati coronari se in urbe Arelatensi fecisset, postea
Ludovico Andegavensi, Galliæ Regis fratri, *regnum Burgun-*
dicum donasse refertur, testimonio *Theodori de Niem*, con-
 temporanei. Quod donum vero ab Autore admodum par-
 vi momenti habetur, quod jura Imperatorum in illo regno
 fuerint admodum eclipsata, Delphinatu & Provincia vix eo-
 rum autoritatem agnoscentibus. Notatur etiam, quam ac-
 curate *Rex Gallia*, *Carolus VI*, caverit, ne eidem *Carolo IV*,
Imperatori, cum ex familiaritate pristina eum inviserat, in re-
 gno Galliæ a civitatibus, quas transibat, multum honoris tribu-
 eretur, metu, ne aliquando honores tales fundamentum allega-
 ri possent pro chimæricis (verba sunt Autoris) quibusdam præ-
 tensionibus. Itaque nec sono campanarum exceptum, nec sub
 unbraculo honorifico deductum, & Regem ipsum, cum Impera-

pera-

peratori nigrum equum in introitu solenni dedisset, albo invectum esse. Majori adeo longe honore susceptum esse *Manuelem*, Constantinopolitanum Imperatorem, qui auxilia contra Turcas petitem in Galliam venerat, quoniam, ut iudicat Autor, non idem periculum fuerit, ac in *Caroli IV*, Imperatoris occidentalis, receptione. Interim Delphino Regis filio *Carolus* irrevocabiliter *Vicariatum Imperii* dedisse, quod intelligendum de *Arelatenſi regno* Autor statuit, & ex eo factum, ut supremo jure Reges Galliarum in illis regionibus gaudeant, etsi prius quoque neminem in iis superiorem agnovissent. Cum de dissensionibus, quæ inter *Philippum*, Galliarum Regem, & *Papam* vigerent, agitur, narratur, Bullam Pontificiam, in qua Pontifex de controversiis inter Regem & Flandiarum Comitem sententiam dixerat, in Consilio regio laceratam, & in ignem coniectam. Sed majores injurias a Papa Regi illatas, editis aliis Bullis, in quarum una ille non veritus sit dicere, Regem sub sua censura tam in spiritualibus, quam in temporalibus, esse, collationem beneficiorum ad Regem non spectare, & regalia ab eo injuste usurpari. Eodem Tomo tertio origo Imperii Ottomanici, totius gentis Turcica & Selgiukidarum familiarum historia, brevibus quidem, sed nervose, exhibetur: item Armenia regni, quod circa Seculum XII in Cilicia potissimum floruit. Quæ de Zingiscanico maximo imperio afferuntur, ea forsitan nostro tempore ex Autoribus Arabibus aliisque dari potuissent plenius. Tomus IV jam fusior est, potissimum in rebus Gallicis; unde accuratius in eo descriptum videmus modum, quo Britannia minor Franciarum regno juncta. Quam parum Itali illo tempore artibus bellicis valuerint, non sine sale ex ipso Guicciardino observatur, dum de expeditione, quam *Carolus VIII*, Galliarum Rex, in regnum Neapolitanum suscepit, agitur. Ceterum & ortum Regni Persici recentioris, a Sophidarum familia fundati, habet hic Tomus. Sequens inter alia gestorum durante imperio *Caroli V*, Imperatoris, accuratiorem considerationem habet. Notat præcipitantiam Papæ in excommunicando *Henrico*, Angliarum Rege. Nam, cum Episcopus

Parisiensis, a *Francisco*, Galliarum Rege, ad *Henricum* missus, ipse, ut Papæ iudicium non subterfugeret, iamjam persuasisset, literæ vero *Henrici* tardius propter impedimenta viæ hiemali tempore Romam venirent, obtestante Episcopo, ut sex saltem dierum insuper induciæ darentur, hoc negato, & excommunicatione publicata, post alterum saltem diem advenisse *Henrici* literas, quibus se ad iudicium Papæ totum componebat, levibus saltem conditionibus adjectis facillimeque concedendis. Quo facto potuisset alienatio Angliæ a sede Romana prohiberi. Item decem saltem mensibus post ipsam *Catharinam*, de cuius divortio cum *Henrico* controversia erat, mortuam, quo spatio temporis expectato pariter, omnibus difficultatibus sublatis, res Pontificia meliori loco esse potuisset. *Maria*, Scotiarum Reginarum, gesta favorabiliter narrantur, & *Bushananus*, qui de moribus ejus parum laudabilia prodidit, mendacii arguitur, etiam circumstantiæ cædis mariti prioris, *Stuardi*, & festinatum conjugium cum parricida ejus, colorem, quem Autor induere conatur, vix admittant. Mortem dein ejus admodum pathetice describit, & *Elisabetham* quidem jure contra eam irritatam fuisse concedit, sed culpam esse non *Maria*, sed hominum suæ factionis, qui *Elisabetham* crebris insidiis fatigaverint, statuit. Plurima in Angliæ & Scotia odio religionis Romanæ ab iis, qui novas opiniones sequerentur, esse facta, queritur; sincere tamen etiam Autor *lanienam S. Bartholomæi* detestatur, notans, quanta cum animi vel conscientie lucta Rex signum initii cædis faciendæ dari annuerit. Æque vero ægre ipsum habuerant supra *vespera Sicula*, non sine horrore ipsi commemorandæ. *Philippus II*, Hispaniarum Rex, religioni suæ adeo addictus, tamen supra 2000 Clericos ex *Portugallis*, qui pertinacius dominationem Hispanicam averfarentur, occidisse, sed nihilominus literas absolutorias a Papa petisse, & impetrasse, notatur. Quæ in certamine circa *præcedentiam* inter *Gallia* & *Hispania* Reges Venetiis, Tridenti, Romæ, agitata & facta, jucundum est, ex Autoris accuratiori expositione discere. Cum *Henricus III*, Galliarum Rex, dimidiam vitæ partem voluptatibus, dimi-

dimidiam religiosis actibus daret, & processiones sacras penitenciales, ut vocabant, sed quæ alternis cum festiuitatibus aulicis & voluptatibus variabantur, institueret, *Parlamentum* has novitates eo ipso damnasse, dum nemo ex ejus membris his processibus affuerit, commemoratur. Alius generosus *Parlamenti* actus refertur, cum Parisienses propter *Guisti* mortem, qui ab eodem Rege interfectus fuerat, tumultuantur. Membra enim ejus curiæ, quæ ab officio in Regem discedere nefas duxerant, dum se non ad votum tumultuantium gererent, quidam vero eorum, inter quos *Præses* ipse, in carcerem ab ipsis ducendi citarentur, universus confessus confurrexit, & ultro reliquos in carcerem socialiter bini & bini vadentes secuti sunt. Cum factiosi inter Gallos, qui *Henrico IV* aditum ad regnum Galliarum negare conati fuerant, in clientelam se Regis Hispaniarum dedissent, maxime eos ab hoc iterum alienatos, & *Henrico* æquiores factos, patet, cum audissent, Regem *Philippum* Parisios suam urbem, Aurelianum suam urbem, tanquam eas bello acquisitas jam teneret, cerebro in sermone usurpasse. Pariter, cum animi fœderatorum contra *Henricum IV* adeo essent exacerbati, ut in eo essent, ut Regem, quem ipsis Hispaniarum Rex nominaturus esset, admitterent, hic vero primum filiam, quæ Archi-Duci Austriæ *Ernesto* nupserat, nominaret, post vero Ducem *Guisium*, factiosorum primarius dux *Mayennius*, ægre ferens, alium, quam se, appellatum, cum *Henrico* eo promptius in gratiam rediit. *Henrico IV* per *Castellum* paricidaliter vulnerato, in quantum *Jesuitæ* huic crimini implicati fuerint, notatur, & *Guignardi*, ejus Societatis Patris, qui ad mortem quoque damnatus, theses nefariæ & atroces non dissimulantur; Rex vero *Henricus* publice testatus memoratur, optasse se, ut *Jesuitæ* hoc crimine onerari non potuissent: at, cum iidem Edicto publico regno expellerentur, & scholis institutionum puerilium ipsis interdiceretur, Tolosanum & Burdegalense *Parlamentum* solum eorum patrocinium suscepisse. Tandem & *Barnaba Brissonii*, integerrimi viri, & *Parlamenti* Parisiensis Præsidis, mors indigna, quæ a seditiosis, simul cum

duobus aliis gravissimis viris, suspendio in camera Curie aliqua necatus fuerat, refertur; una cum poena, de quibusdam sceleratorum horum a *Mayennio* duce sumpta. Ceterum hic *Tomus* nobis quoque conservavit memoriam *Principis Cameracensis*, quem titulum quidam *Balagny*, Gallus, qui inter turbas Belgicas praefectus urbis ejus praefectus fuerat, usque ad finem vitae usurpavit. *Tomus VII* accuratius exponit, quae de *Comitatu Aspremonsano* inter Lotharingae Ducem & Comites ejus nominis gesta fuere. De cetero recentissima tempora fufius explicat, totus fere in expeditionibus *Ludovici XIV* magno cum encomio repraesentandis. Inprimis vero contenta *Articulorum Pacificationum*, successive initarum, nervose exhibet, finiens in obsidione *Barcinonensi*, qua finis quoque impositus est actibus bellicis, post Eadensem pacem initam. Studiose Autor varia facta *Ludovici XIV* Regis ornat, vel palliat, dum, contra sensum vel intentionem pacificationum, ex quorundam verborum vel omissione, vel explicatione, aliisve praetextibus captatis, modo sic dictis *Reunionibus* partium, quae ad Metensem, Tullensem & Viridunensem Episcopatum, vel alias ipsi cessas regiones, spectarent, vicinos vexaret, modo Luxenburgicum fere totum Ducatum, tanquam ad *Comitatum Chiny* pertinentem, sibi vindicaret. Ingeniosus etiam est in factis quibusdam recentendis & colore, quem vult, iis dando. Inter alia enim, cum Gallicae classis praefectus, *Dux*, qui vocabatur, *Tolosa*, classe Anglorum & Batavorum subsidio urbi *Barcinonensi*, quae a *Philippo*, nunc Rege Hispaniae, tum obsidebatur, a *Carolo* vero, Imperatore nostro, tunc defendebatur, adventante, suam classem fuga matura subduceret, hoc gestum ita narrat, tanquam idem *Dux* propterea, quod, urbe jam ad incitas redacta, praesentiam suam ibidem non amplius necessariam duxisset, sponte & ultro in patriam reverti destinavisset. In quibus adeo aequo ac aliis ut patriae amorem non dissimulavit Autor, ita partium studio, nimio forsitan, adscribendum, quod affectato stilo Imperatorem nostrum *Carolum VI* eo jam tempore, quo Imperatoris Germanici axioma ornatus erat, tamen Archiducis, & Imperatricem Archiducissae titulo sal-

saltem dignatur. Memoriz quoque vitio factum forsitan, ut *Uima* ab Electore Bavariz obsidione capta memoretur, quam constat ex improvise & stratagemate quodam, intra unius vel duarum horarum spatium, in potestatem ejus devenisse.

GOTHFREDI BARTHII, JCTI, ET SCABINARUS Electoralis Lipsiensis Assessoris, *Dissertationes Juridicæ, cum Manrissa Philologica. Collegit, notulisque illustravit, & de B. Viri Vita Scriptisque præfatus est, D. GEORGIUS CHRISTIANUS GEBAUE-
RUS, Suprem. Cur. Provinc. Assessor, & Jur. Feud. Comm. & Sax. P. P.*

Lipsiæ & Gorlicii, ex officina libraria Marchiana, 1733, 4.

Alph. 5 pl. 4.

Vivit in animis hominum *Gotthofredus Barthius*, Jctus doctus atque cordatus, & morum integritate vitæque innocentia, & libris multiplici doctrina refertis, æternam nominis famam sibi peperit. Non enim forensibus bellis verisque litibus se totum addixit, verum etiam docendo Jurisprudentiam, & disputando de gravissimis difficillimisque juris quæstionibus, omnes Jurisconsulti partes egregie atque præclare explevit. Atque ita virorum eruditissimorum suffragia tulerunt, quas propitia Themide conscripserat propugnaveratque, Dissertationes, ut, cum illæ, quæ vivo spiranteque *Barthio* prodierant, Collectiones oculis hominum se iterum subduxerant, magnopere voverent boni omnes, ut aliquis tam eximias atque frugi plenas Dissertationes in unum corpus colligeret, atque ad communem proferret utilitatem. Dedit id pietati erga Præceptorem, Hospitem, & Amicum integerrimum *Cel. Gebauerus*, Collega noster perindustrius & venerandus, & dispersas errantesque collegit, notulis subinde auxit, & amplam vitæ fatu- runque *B. Barthii* præmisit commemorationem, ex qua præcipua atque singularia in usum converteremus nostrum. Natus est *Barthius* Lipsiæ anno elapsi Seculi quinquagesimo, die 12

Octobris, patre ephippiario. Prima studiorum fundamenta in schola Nicolaitana sub ductu *FridERICI RAPPOLTI, Jo. Henr. Herrichenii, & Joachimi Folleri*, jecit. Mox, tirocinio scholastico posito, decimo octavo ætatis anno Academiæ nomen dedit, & Philosophorum, *Valentini Alberti, Ottonis Menckeni, Christiani FridERICI Franckensteinii, & Adami Rechenbergii*, scholas diligenter frequentavit, & *Follero*, Oratoriam tradenti, indivulsus comes adhæsit. Anno præcedentis Seculi septuagesimo Orationem Pentecostalem, *de Comparatione ignis cum Spiritu Sancto*, publice recitavit. Eodem anno primam Philosophiæ lauream capiti ejus imposuerunt Philosophi, qua ut dignum se ostenderet, bis, ex more Academiæ nostræ, Lectiones caniculares habuit. Post disputando vires exercuit, & elegantem *de Barba* conscriptam Dissertationem, conflictus moderatore *Jacobo Thomaso*, fortiter masculique defendit. Ad Medici laudem decusque ferebatur *Barbicus, & Ammanni* demonstrationibus Botanicis sedulo intererat. Sed, re diligentius accuratiusque pensitata, nuntium misit arti salutari, & divæ Themidi se totum tradidit, eaque fini Argentoratum commigravit, & ab ore *Jo. Henr. Bacleri, Ulrici Obrechtii, Jo. Rebhani, Goshofredi Staßeri, & Gerhardi van Stæcken*, per biennium pependit. Redux inde factus, præceptores in nostra Academia selegit *Henricum Bornium, Bartholomeum Leonardum Schwendendarfferum, Augustum Benedictum Carpzovium, Paulum Franciscum Romanum, & Fridericum Geislerum*, & pertinaci industria, & moribus ad omnem elegantiam compoſitis, cunctorum benevolentiam amoremque sibi conciliavit. Anno septuagesimo quinto *de Extraordinario Imperatoris judicio ad L. unicam C. quando Imp. inter pupill.* Præside *Augusto Benedicto Carpzovio*, disputavit, & locum in Republica aliquem, & præmia navatæ industriæ circumspicere cœpit. Uti vero Noster æquo animo erat, & magnarum opum contemtor; ita vota ejus in scribæ munere subsisterunt, & ejusmodi munus anxie atque persæpe expetiit. Sed semper tulit repullam, fati sui, ut solent esse mortales ad metum, quam ad spem, proniores, accu-

sans

fans infelicitatem. Verum aliter visum fuit sapientissimo rerum humanarum dispensatori Deo. Etenim *Reinhardus Dietericus de Tauben*, Electoris Saxoniae Consiliarius intimus & Cancellarius, gravi *Christiani Friderici Franckensteini* commendatione permotus, filii unici, *Ernesti Dieterici*, studiis moribusque praefecit *Barthium*, quem cum contubernali, post duos integros annos Dresdae exactos, Lipsiam remeare iussit. Cum vero Ill. Comes valetudinis curandae causa Dresdam se reciperet, missionem honeste flagitavit Noster, eandemque tandem, sed xgre atque difficulter, obtinuit. Concessit itaque, commendatore *Jacobo Bornio*, in *Stegerianam* domum, & studiis Viri illustris, *Adriani Stegeri*, Consulis Lipsiensis hodie Amplissimi, per quadriennium praefuit, eodemque comite Basileam contendit, & Jcti nomen dignitatemque inde reportavit. Ab eo tempore magno animo forum ingressus est, & contortas & maxime arduas causas feliciter explicuit, & juventutem, Themidi sacram, prospere fortunatoque successu erudivit. Prodierunt ex ejus institutione plures Comites, Barones, Nobiles, & munerum dignitate illustres Viri, qui non informatione saltem ejus, sed & hospitio convictuque, usi sunt. Matrimonium ipsi beatum atque auspiciatum obtigit cum *Anna Dorothea*, Theologi exquisitissimi, *Jo. Adami Scherzeri*, filia; sed prole omni caruit. Quam unicam calamitatem, divinitus sibi inflictam, forti atque constanti animo pertulit, & orbitatem suam liberalitate munificentiaque erga pauperes & fortis quadam acerbitate oppressos lenivit. Non poterat aliter, quin fama *Barthii* latius sese disseminaret, & ad ipsas Divi *Friderici Augusti*, Sarmatiae Regis, & Saxoniae Novemviri, aures perveniret, qui Nostro, anno Seculi hujus tertio decimo, locum aliquem in Scabinatu Lipsiensi assignavit; quo munere tamen statim anno sequenti sese sponte iterum abdicavit, & otium senile tum utilissimis libris conficiendis, tum salutari mortis meditationi, pio laudabilique consilio, consecravit; usque dum podagra, cum qua saepe certaverat, & victoriam exinde retulerat, triumphum de eo ageret, & d. 31 Junii A. 1728 sibi &

morta-

mortalitati eriperet. Sic mortuus quidem *Barthius* est, sed libri ejus, summo cum judicio scripti, nunquam emori sinent. Virum de Jurisprudentia præclare atque insigniter meritum. Operæ igitur pretium nos facturos esse arbitramur, si quando libros, quos fecundum *Barthii* ingenium protulit, hic, tanquam in Famæ templo, suspendamus. Edidit ille 1) *Hodegetam Forensis Civilis & Criminalem, Lipsiæ, 1715 & 1725*; 2) *Commentationem de Gerada, Lipsiæ, 1721*; 3) *Quirini Schæcheri Collegium Practicum, juxta titulos Pandectarum Juris Civilis Observationibus Practicis subinde illustratum, Lipsiæ, 1725*; 4) *Dissertationem de Barba*; 5) *de Judio Imperatoris extraordinario*; 6) *de Beneficio abstinendi hereditate paterna ad effectum retinendi dotem acceptam*; 7) *de Beneficio abstinendi hereditate paterna ad effectum exigendi dotem promissam*; 8) *de eo, quod justum est circa pactum executivum*; 9) *de Testamento Comiti oblato*; 10) *de Marito usufructuario Saxonico*; 11) *de Jure pascendi*; 12) *de Magistro navis*; 13) *de Jurisdictione, quam personæ Illustres & Nobiles per officiales exerce-re solent*; 14) *de Convicto non confesso*; 15) *de Successione feminarum in Feudis, earumque exclusione per masculos*; 16) *de Negatione contractuum unilaterali-um*; 17) *de Anticipatione*; 18) *de Juramento Judiciali contra matrimonium non admittendo*; 19) *de Comminatione sub pœna confessi & convicti nec non recogniti in cau-sis Civilibus & Criminalibus*; 20) *de Emancipatione Saxo-nica*; 21) *de Potestate Vasallorum litigandi, nec non transigendi de Feudo absque domini consensu ad effectum sibi, quod pro eo acceperunt, jure allodii retinendi*. Ex his, quæ commemoravimus, *Barthii* scriptis Dissertationes recu-dendas curavit *Cel. Gebauerus*, & notulis suis mirifice illu-stravit exornavitque. Sequemur & hic morem nostrum, & portiones quasdam ex Dissertationibus *Barthianis*, speciminis loco, decerpemus. Privilegium legis unice C. quando Imp. inter pupillos ad uxores gravidas, quæ vel brevi enisuræ sunt, vel jam enisæ, puerperium agunt, ad personas divites & illu-stres

tres extendit, quia illæ personæ, etsi non habitu quidem, actu
 tamen, miserabiles essent, & ita summum Provocationum Se-
 natum Dresdensem respondiſſe narrat. Singularis *Barthii*
 sententia est, quod locator, si in instrumento conductionis ipsi
 conductorem finito contractu, vel in mercede annua solven-
 da moras neccentem, propria autoritate expellendi potestas
 concessa fuerit, irrequisito iudice legem conventionis, dum,
 modo occasionem majoris tumultus evitet, exequi possit. Ne-
 que actio spoli locum habebit, quam exceptione pacti con-
 venti elidere poterit. Illorum opinionem prolixè refutat
Barthius, qui ultimas voluntatis nostræ *tabulas* principi per
 procuratorem insinuari posse contendunt. Vocabulum *Trist*
 a verbo *Treiben* derivat, & designat hac voce in sensu excel-
 lentiori jus agendi in locum aliquem cum effectu ibidem
 quoque pascendi; in sensu vero populari & minus excellentio-
 ri jus agendi per locum alterius, non etiam ibi subsistendi &
 pascendi, quod jus in specie actus appellatur. Utrumque
 jus initio vocarunt *den Trieb*, & corrupte *die Trist*. Ex quo
 hodiernum rustici promiscue hoc vocabulo, *die Trist*, etiam
 pro actu utuntur. Assentitur *Barthius Paulo*, Jcto, quan-
 do vocem *Magistri* a monendo vel monstrando derivat, ideo,
 quod ii solum in Jure nostro insigniri hoc nomine soleant,
 qui præ aliis magis, quam ceteri, diligentiam & sollicitudinem
 rebus, quibus præsumt, debent. Recte contra *Lauterbachium*
 & *Heringium* statuit Noster, *L. si contendat* remedium non
 per modum exceptionis tantum, sed & actionis, deduci posse
 in judicium. *Legem 26 C. de usur.* usurarum anticipationem
 interdixisse sibi persuadet *Barthius*, cum tamen ex nostro
 iudicio id lex ista nequaquam evincat. Curiosa Observatio
 est, vocabulum juramenti, ut minus Latinum, non nisi bis in
 Pandectis, nimirum in *L. 34 §. 5 de Jurej.* & *L. 25 §. 3 de*
Probat. occurrere. Disputat itidem Noster contra *Wassium*,
 & jurisjurandi usum in rebus publicis Christianis docte atque
 copiose demonstrat. Sed hæc ex pluribus delibasse suffi-
 ciat.

Pag. 37.

43.

248.

289 - 294.

378.

406.

632.

661.

707.

713.

CÆSARIS MAGATI, SCANDIANENSIS, IN
 Almo Ferrariensi Gymnasio Medicinæ Doct. & Prof.
 celeberrimi, de rara Medicatione Vulnerum, s. de Vul-
 neribus raro tractandis, Libri duo, &c. Accessit JO:
 BAPTISTÆ MAGATI Tractatus, quo rara Vul-
 nerum Curatio contra SENNERTUM defenditur;
 cum triplici Indice Capitum, Questionum, & rerum
 omnium memorabilium. Cum Præfatione FRIDERICI
 CHRISTIANI GREGUT, Medicinæ Doct. Illustrissimi
 ac Celsissimi Hanoviae Comitis Consiliarii, Archiatri,
 Auleque Medici, &c. de Italorum in Rempublicam
 Literariam, præcipue vero Medicam,
 meritis maximis.

Francofurti, Lipsiæ & Amstelodami, apud Jo. P. Schmidt,
 1733, 4.

Alph. 7 plag. 13½.

Rectius omnino sapientiusque ii agunt, qui libros probæ
 notæ, bonæque frugis, quorum propemodum oblite-
 rata est memoria, ad lucem revocant, publicoque usui iterum
 exponunt, quam qui crudos inconditosque sui ingenii fœtus
 fati importune obtrudere intelligentioribus laborant. Quam-
 obrem multum debent Chirurgiæ rationalis cultores Cl. Edi-
 tori, quod librum hunc; *Magati* utilissimum ipsorum mani-
 bus denuo tradiderit, quo ostenditur, vulnera rarius deligan-
 da, atque turundas tantum non perpetuo ab eorum curatione
 rejiciendas esse. Plura nos de hoc libro non dicemus, eam
 ipsam ob causam, quod nunc primum non editur, sed semel
 iterumque in lucem jam prodiit, nec in hac nova editione
 novi quidquam accessit, præter Præfationem *Gregusianam*, cui
 tamen non est, quod multum inhaereamus. Quanquam enim
 Cl. Autor in libri inscriptione pollicetur, se in eadem de nobili
 fati argumento tractaturum esse, atque sex illis cum dimidia
 plagulis, quibus Præfatio constat, concinna fati meritorum,
 qui-

quibus Itali rem literariam universam, sigillatimque medicam, cumularunt, delineatio dari potuit; vix tamen umbram ejus inibi extare, pro candore nostro dissimulandum non duximus. Adeo manca, mutila, parumque inter se coherens, sunt omnia, ut maxima illius pars variis, iisque verbosis, digressionibus impendatur. Ne tamen nihil huc attulisse videamur, age vitam *Magati* nostri ex ea repetamus, præcipue, quod istam in altera Lexici Eruditorum, ut vocant, editione desiderari adhuc videmus. Natus est *Magatus* noster Scandiani A. 1579, statimque puer ingenii docilitate emicuit, & iis literis, quibus hæc ætas ad humanitatem informari solet, magna se diligentia addixit. Philosophiæ postea & Medicinæ in Bononiensi schola operatus, supremos utriusque honores ibidem anno ætatis circiter decimo septimo impetravit, eadem tamen in urbe aliquot adhuc annos medicæ artis praxin apud *Retam*, *Claudinum*, & imprimis *Corcesium*, observaturus. Romæ deinceps etiam Medicinæ exercitationi vacavit, magis tamen adhuc Anatomicis sectionibus, & vulgari Chirurgiæ, cujus imprimis studio tenebatur. Unde & Romanis Professoribus innotuit, eorumque opera raram vulnerum curationem primum cognovit. In patriam reversus, praxin Ferrariæ exercuit, idque felici cum successu, & imprimis vulnèrum apud alios deploratorum plurimas curationes subinde aggressus est, feliciterque perfecit. Unde, in cassum laborante invidia, A. 1613 de cathedra Medica in Gymnasio Ferrariensi ipsi prospectum fuit, ut publicis Lectionibus raram vulnerum curationem, quam Romæ observaverat, ipsius autem adversarii velut empiricam quandam doctrinam traduxerant, non modo adstrueret, sed ad methodum quoque revocaret. Labori huic debentur libri duo *de rara vulnerum curatione*, bis apud Venetos in lucem editi, & altera quidem vice cum Tractatu fratris, qua hæc medendi methodus contra *Sennertum* propugnatur. Approbatores quoque & defensores habuit *Ludovicum Septalium*, qui eandem in usum vocavit ipse, scriptisque celebravit, & *Joannem Veslingium*, in Patavino Atheneo Anatomicum celeberrimum. Deinceps votum, quod, superato

Eccæ

feli-

felicitè præfenti vitæ periculo, Nofter fufceperat, exfoluturus. Fratrum minorum, quos Capucinos vocant, cœtui adfcribendum fe curavit, in eoque plures annos pie & religiofe convixit, fed fimul tamen, impetrata facultate, quin imo iudicâ obedientia, in proximas & remotas regiones excurrit, ad perfanandos ægros nobilitate & dignitate præftantes. Principum quoque Italiæ valetudini utiliter præfuit, & pro re nata ab iis Ordini fuo fratribusque favorem & præfidium fubinde impetravit. Medicis quoque ftudiis privatim vacare, & fi quid vellet fcriptis committere, licitum ipfi fuit. Tandem diris fubinde calculi doloribus cruciatus, Bononiam fe contulit, anceps fectionis periculum ibi fubiturus. Qua utut caute adminiftrata, prohiberi tamen non potuit, quo minus ex fuccedente inflammatione & gangræna diem fuum obiret, anno poft Chriftum natum 1640, ætatis autem feptuagesimo. In rara vulnerum medicatione nomen poftea ipfi dedit *Sancassanus*, Chirurgisque peffime inftitutis bellum acerrime indixit. *Bellofte* autem ulterius progressus, omnem turundarum ufum e Chirurgia inprovidè exterminavit.

EMBRYOLOGIA HISTORICO-MEDICA,
*boc eft, Infantis humani Confideratio Phyfico-Medico-foren-
 renfis, exhibita a D. MARTINO SCHURIGIO,*
Phyfico Dresdenfi.

Dresdæ & Lipfiæ, apud B. Chriftoph. Hekelii filium, 1732, 4.
 Alph. 5 plag. 4½.

Qui reliquos Cl. Autoris libros argumenti Medici atque forenfis in his Annalibus noftris laudavimus, Embryologiam, nuper ab ipfo editam, nulla prætermittendam ratione exiftimamus. Siftit ea omne id, quod ad infantem, utero adhuc inclufum, excludendum, & recens natum, pertinet. *Primum enim Caput Sectionis I de Embryonis, in utero materno latitantis, nutritione, ejusdem liquore nutritio, Cap. 2 de ipfius formatione, & membranis, quibus circumvolvi folet,*
 cho-

chorio nimirum, amnio, hujusque liquore, & allantoide, *Cap. 3* de funiculo umbilicali & vracho, *Cap. 4* de placenta uterina & circulatione sanguinis in foetu, agit. *Sect. II* foetus in utero vitam, & quidem *Cap. 1* Embryonis vitam propriam, eandemque in mortua etiam matre superstitem, *Cap. 2* foetus in utero vitalitatem s. animationem, *Cap. 3* ejusdem in utero respirationem & suctionem, *Cap. 4* vagitum uterinum, proponit. *Sect. III* infantum in utero morbos, & obitum, situmque vitiosum, sigillatim *Cap. 1* Embryonum epilepsiam, contractionem, variolas & morbillos, febres, lucan veneream, vulnera, foetum croceum, icterum, foetum nigrum, ejus exco-riationem, vesiculas ferosas, hydropem, hydrocephalum, singultum, hernias, dentitionem, stigmata, frigiditatem & rigiditatem, item mortem a funiculo umbilicali & lapsu, *Cap. 2* foetus in utero corruptionem, nimirum exsiccationem, putrefactionem, consumptionem a vermibus, ossa foetus per varias vias excreta, sceleta diu utero retenta, foetus mortuum sine corruptione, foetus a fulmine occisum salva matre, foetus petrefactos, *Cap. 3* foetus extra uterum in abdomine, item in vesica, inguine, mola, placenta &c. repertum, foetus magnitudinem & situm, persequitur. *Sect. IV* de partu, *Cap. 1* de ejus tempore legitimo & praematurato, variaque abortuum conditione pro varietate mensium, *Cap. 2* de partu serotino, ejusque causis, refert. *Sect. V* abortum, *Cap. 1* ejus definitionem & causas, *Cap. 2* abortum nefandum, *Cap. 3* abortum frequentem, ejusdemque praeservationem, *Cap. 4* signa abortus, *Cap. 5* insolita abortuum exempla, *Cap. 6* abortus poenam, & num aliquando liceat, abortum data opera provocare, explicat. *Sect. VI* *Cap. 1* de instantis partus signis, *Cap. 2* de partus causis, *Cap. 3* de ejus modo, ubi imprimis disquiritur, an ossa pubis divelli queant, varia etiam circa partum singularia asseruntur, itemque de partu sine cruentatione, *Cap. 4* de partu difficili & facili, *Cap. 5* de partus difficultis symptomatibus, partusque impedimento magico, *Cap. 6* de partu post mortem matris, *Cap. 7* de insolita partus aetate, tum praematura nimis, tum sera, *Cap. 8* de partu

numero & multiplici, commemorat. *Seff. VII* insolita circa partum observanda, *Cap. 1* insolitas partus vias, scilicet per os, per & circa umbilicum, per ilia, per alvum, per vias urinarias, *Cap. 2* partum insolitum, scilicet humanos foetus ex brutis animalibus natos, foetusque brutorum animalium ab hominibus exclusos, partum miraculosum, brutorum nimirum animalium diverſi generis, molas denique volaticas, enarrat. *Seff. VIII* de procidentia uteri, *Cap. 1* de procidentiae denominatione & differentia, *Cap. 2* de inversione vaginae cum uteri prolapsu, *Cap. 3* de uteri procidentia & inversione simul, *Cap. 4* de procidentiae uteri causis, *Cap. 5* de variis circa uteri prolapsu observandis, *Cap. 6* de uteri extractione, praecipit. *Seff. IX* foetus mortui in utero moram, ejusque extractionem, & quidem *Cap. 1* foetus in utero moram, *Cap. 2* ejusdem vivi & mortui signa, *Cap. 3* foetus extractionem, *Cap. 4* ejusdem ex utero matris extractionem, s. partum caesareum, explanat. *Seff. X* de foetu recens nato, *Cap. 1* de ejusdem ejulatu & loquela, *Cap. 2* de funiculi umbilicalis deligatione. *Cap. 3* de variis circa umbilicum & secundinam occurrentibus, *Cap. 4* de foetu post partum & puerpera, commentatur. Hæc de argumento libri. Ceterum extant denuo in eodem variae Autoris observationes, quarum nonnullas more nostro huc afferemus. *P. 37* hæc habentur: Fœmina quædam Dresdensis per abortum vesicam tenuem & transparentem ad digiti magnitudinem cum incluso Embryone excernebat. In hujus vesicæ exteriori membranula, alia annexa quasi vesicula oblonga ad unguis magnitudinem, humore limpidio pariter referta, sine tamen alius Embryonis signo conspectui se offerebat, ex qua post aliquot horas per incisionem aperta, aqua dimidii circiter cochlearis, quam pro liquore inter chorion & amnion Noster judicavit, effluebat, altera vesica s. ovo cum Embryone permanente adhuc integra, donec postea disrumperetur. *P. 203* infans hydropticus magnum partus laborem faceffit. *P. 224* fœmina quædam Dresdensis gravi pondere, quod manibus gestaverat, dolorosam uteri rupturam effecit, unde justo tempore in partus labo-

laboribus extincta est. Facta sectione, foetus cum annexis extra tunicas & uterum jacens dextrum brachium per uteri rupturam versus uteri vaginam extendit, uteri substantia maculis hinc inde lividis & nigricantibus infecta, foetusque corruptioni proximus fuit. *P. 248* in partu quodam admodum difficili ob nixum nimium crepitus quidam exortus, atque ab adstantibus etiam auditus fuit, detecta post mortem uteri ruptura. *P. 257* mola carnea excernitur a muliere, ultra pugni magnitudinem grandis, in cujus dissectæ cavitate quadam interna comparet Embryo dimidii digiti, masculi notam referens, cum annexa placentula & funiculo umbilicali. Putat Autor, esse ejusmodi molam membranam foetus majori incremento auctam. *P. 394* foemina undecies sine justo partus intervallo abortum passa, per venæsectionem ter repetitam demum ab hoc malo liberatur. *P. 449* Autoris uxor, quatuordecim menses gravida, a penetrantissimo spiritus putaminum ovorum odore in lipothymiam incidit, ab eodemque tempore motum foetus semper percepit. *P. 374* foemina quædam, instante partus tempore ordinario, in vehementissimos motus epilepticos ultra triginta horas incidebat cum mentis alienatione atque sudoris defectu, puellamque insciantem enitebatur; postea ad se redibat quidem, quarto autem die moriebatur. *P. 501* duo exempla capitum Embryonis in partu avulsorum & in utero relictorum commemorantur. *P. 699* foemine cuidam post exclusionem veri foetus maxima ovarum, ut vocantur, s. hydatidum, instar racemorum sibi invicem connexarum, copia extracta fuit. Erant autem dictæ vesiculæ ut plurimum rotundæ, nonnullæ etiam oblongæ, s. ovales, & diversæ magnitudinis, aqua lutea, quasi mucilaginosæ, intus repletæ; totaque illa moles quatuor librarum pondus superabat. *P. 857* infans, cui optime funiculus umbilicalis deligatus erat, cum nova involutione aliquantum relaxata esset hæc ligatura, aliquid sanguinis denuo profudit, debilisque factus, animam reddidit. De reliquis nihil amplius dicere habemus. Plane enim non dissimilis hic liber esse videtur ceteris Cl. Autoris Commentationibus, quas ex Adversariis

riis locisque communibus conflatas esse omnes, satis apparet. Quid enim si a paucis illis observationibus propriis dilcesseris, habent aliud sibi singulare & proprium, quam ut in rebus, quæ ad doctrinæ rationem pertinent, varias variorum Autorum sententias accumulent, in rebus vero, quæ experientia nitantur, copiosas Autorum observationes & historias afferant, neque tamen de harum fide disquirant, aut illas sub examen revocent, sed simpliciter tantum ad ordinem argumentorum exhibeant, nunquam vero Autoris sententiam suis fulcris rationibus expriment. Quod, tantum abest, ut Cl. Autori vitio verti velimus, ut potius, a permultis, imprimis, qui curtam librorum supellectilem possident, gratiam satis prolixam ipsum esse initurum, nobis persuadeamus. Neque enim iis tantum aliquid debetur, qui ædificia extruunt, sed iis etiam qui, materiam convehunt, lignumque & lapides subministrant.

FRIDERICI GÜNTHERI SEUBERLICHII,
Med. Doct. Consilarii Schwartzburgici, & Medici
quondam Provincialis, Observatio singularis de XIX
Calculis, in cadaveris cuiusdam vesica fellea re-
pertis, subsecuta hydropo.

Quam olim Ill. Jo. Gotthofredus de Berger, P. P. Wittebergensis longe celeberrimus, in doctissima, quam edidit, Physiologia p. m. 219 de XXII calculis, in B. Casp. Ziegleri, Jcti clarissimi, vesica fellea a se repertis, Observationem, non usque adeo frequentem & ubivis obviam, cum literato orbe communicavit, eandem & nos, similem fere jam recensitæ, in cadavere quodam sexus sequioris, prope Günserodam in ditione regiminis inferioris Schwartzburgica, in via publica reperto, cultroque anatomico subjecto, annotavimus. Nobis enim, in causam mortis dicti cadaveris inquirentibus, statim in abdomine se obtulit inter peritonæum & intestina insignis serj extravasati quantitas, trium, & quod excurrit, librarum; vesica

vesica fellea loco figuræ naturalis pyriformis, instar Intestini contorti & ossibus vel alia quadam dura materia infarcti, se repræsentabat, quæ vero aperta XIX calculi, coloris flavescen-
tis & politi, diversæ tamen magnitudinis, aliis quidem nucleum avellanam æquantibus, aliis vero minoribus existentibus, in conspectum veniebant, quorum figura ut irregularis & angulosa existebat, ita pondus, junctim sumtum, tres tantum drachmas constituebat. Sunt enim, utut numero plures, quod diximus, leviores tamen, & quoad cetera cum omnibus reli-
quis, ab Ill. *Bergero* adductis, & huc referendis, proprietatibus conspirantes. Bilis, simul in eadem cystide reperta, erat pau-
ca, viscida & lenta, atque ratione coloris ex atro viridis, salvo interim ab omni vitio, scirrhuso vel alio quocunque, reper-
to hepate. Ventriculus flaccidior existebat una cum intesti-
nis, & ex his cœcum colique initium colore ex atro flavescen-
te tinctum; omentum parvum, corrugatum & corruptum, renes plus justo majores & pallidiores, a calculis tamen cum vesica urinaria vacui, dexterque pulmonum lobus pleuræ ad-
natus. Corpus externum monstrabat pedes œdematosos, scabiem siccam, pectusque cum artibus superioribus emacia-
tum. Jam, si, qua morbi specie miserabili personæ obeun-
dum fuerit, queratur, facile responderi potest, hydropem ascitem ipsi mortem accelerasse, cum bilem, quam deprehea-
dimus, calculosam illam, austeram, & corruptam, tanquam menstruum primæ digestionis summe necessarium, non potuerit non sequi chylus crudus, indigestus, & acris, hunc-
que ipsa tandem M. Sææ acrimonia, qua posita, simul innumeros morbos, morborum causas, ipsamque pariter vasorum lymphaticorum diæresin, tanquam hydropis dicti causam, ori-
ri oportere atque existere, neminem dissentientem nos habituros, confidimus. Qua in re ut per allatam in medium ratio-
nem suffulti tam certi sumus, quam qui certissimi, ita nec nobis desunt, qui, quod asseruimus, exemplis & experientia e-
docti, satis confirmant, testes, ut putamus, fide dignissimi, *Theophilus* nempe *Bonatus* in *Sepulchret. Tomo II p. m. 305 & 391*, nec non *Celeb. Fridericus Hofmannus* in
Fff Med.

Med. Ration. System. Tom. IV, P. II p. 276, itemque B. *Rofincius*, quippe qui in aula Vinarienti aperiens cadaver foemininum, hydrope uteri defunctum, invenit simul in vesica fellea lapides, globulum luforium imitantes, plus quam triginta, fidem faciente eodem in §. 10 Dissertationis *de calculo renum & vesicae*, respondente *Claudero*, Practico Francohusano. Ceterum, hac data occasione, Lectori benevolo significamus, nobis, si Deus vires vitamque concesserit, constitutum esse, de aere, aquis & locis Francohusanis nonnulla commentari; cui tamen conatui quo tempore simus responsuri, vel propterea certo definire non possumus, quod nunc demum ejus rei causa coepimus Observationes instituire & experimenta.

ALBERTI RITTER, IN COLLEGIO ILFELDENSIS Regio Con-Rectoris, Epistolica Oryctographia Goslariensis.

Helmstadii, literis Buchholzianis, 1733, 4.

Plag. 2, & Tab. 2n. 1.

Clarissimus Autor, post brevem civitatis Goslariensis descriptionem, res naturales & lapides figuratos varii generis persequitur, quibus terra circumjacens abundat. Itaque in fodinis argillaceis loci, qui vulgo dicitur *der Bollercke*, reperiuntur particulae ligni petrefacti, coloris nigri, multa fragmenta cornu *Ammonis* undulati, furcati, ramosi, vel arboribus quasi depicti, conchae minores, lapis lyncis, nigri & obscuri, vel etiam lucido-punicei coloris, collimus vel atites coloris flavi, ovalis ut plurimum formae, & fragmenta putatae urae sepulchralis. Ex aliis locis, quos sigillatim hic nominare nihil attinet, eruuntur trochi, belemnites, tellinitae, testae ostrearum, conchae anonymae bivalves, conchae venereae, gryphites bivalves rugosi, terebratulae, lapides fibulares, conchites, turbinitae, musculites, oolithi vel hammites, lapides solares, ostracitae, alabastra, & massa lapidis friabilis coloris ferrei, miculis spaticis albis splendentibus intermissi, quae plena est matricibus concharum striatarum, & ipsis elegantibus conchis

TAB. II ad Tom X Sect. IX Suppl. Act. Er. pag. 411.

Fig. II.



Fig. III.




Fig. I.



chis univalvibus striatis, colore lucido puniceo gaudentibus. Inprimis vero hæc ab Autore, tanquam magis singularia, & vix ubivis obvia commemorantur: 1) *Echinites*, cujus superficies signatur cruce quinquangula, a plebe nominata *ein Alpenkreutz*, *ein Trutenkreutz*; 2) *Lapis solaris*, qui est arenosus, albicans, innumeris folibus, coloris lucido-punicei vel flavidi, elegantissime quasi exsculptis, disseminatus; 3) *Echinites*, communiter a figura, quam repræsentant, *lapides fibulares*, *Knopffstein*, dicti, ex lapide calcario solidiore constant, & cæcio selenite tenuissimo incrustati: inter quos raro reperitur *Echinites cordatus*, propter formam cordis, quam forte violenta compressione acquisivit, sic cognominatus; 4) *Cornu Ammonis*, rarissime integrum, ipsa cochlea marina adhuc obductum, quæ adspicitur cochlea margaritifera lævis, coloris splendentis rubicundi, albidii, flavidi, formosissima, cujus cavitas expletur lapide flavido duriore. Dubium non est, quin gratam operam harum rerum studiosis doctissimus Autor præstiterit, ab aliis non sine fructu imitandus.

TAB. II

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

ANTIQUITATES HEBRAICÆ, SECUNDUM
triplicem Judæorum Statum, Ecclesiasticum, Politicum,
& Oeconomicum, breviter delineatæ a CONRADO
IKENIO, SS. Theol. D. ejusdemque in Ill. Bremensi
Lyceo Prof. Publ. Ord. & ad S. Steph.
Past. Primar.

Bremæ, sumptibus Hermannii Jægeri, 1732, 8.

Plag. 21.

Summe Rev. Autori, ad docendam Theologiam in Gymnasio Bremensi vocato, negotium docendarum Antiquitatum Sacrarum simul injunctum fuit. Quod initio secundum ductum *Relandi* faciens, deprehendit, in ejus *Antiquitatibus Sacris*, ceteroquin diligentissime elaborato & multifaria eruditione referro scripto, multa desiderari, in Antiquitatibus nimirum sacris unice subsistente, illa autem, quæ politicam & rem

domesticam Judæorum spectant, obiter tantum tangente, sine quibus tamen Scriptura Sacra, ubi hæc tradit, vel eo alludit, intelligi plane nequeat. Hinc ipse de pleniori eorum delineatione in usum privatarum suarum scholarum adornanda cogitavit; unde natum illi est hoc Opusculum, quo, ad tri- num Statum, Ecclesiasticum, Politicum, & Oeconomicum, om- nibus redactis, ita singula Antiquitatum Judaicarum capita proponit, ut in statu Ecclesiastico partim doctrinam, partim cultum, & cultum quidem quod spectat, tum loca, tum per- sonas, tum tempora sacra, potro cultum ipsum, hinc utriusque, illius per sectas & errores, hujus per idololatriam & hypo- crisin depravationem, exponat; in Politico rem Judæorum, tum civilem, tum militarem, examinet; in Oeconomico ma- trimonium, liberos, servos, tectum, amictum, victum, vitam privatam, mutuaque in illa observanda officia, mercaturam, opificia, agriculturam, rem pecuariam, ludos, exercitia, lu- stre, in morte denique & sepultura desinat. Hæc ita tra- ctat, ut nec prolixitate molestus, nec brevitate obscurus, sin- gulari Lectoribus usui esse possit, subinde etiam, vel additis Scripturæ locis, vel facta Judæorum recentiorum mentione, diserte monens, quid vetustissimis, quid recentioribus demum temporibus in gente Judaica obtinuerit, aut hodiernum obti- neat, vel ita loquens, ut id attentus lector haud obscure di- gnoscere queat. Rabbīnorum tamen testimonia privatæ tracta- tioni reservanda esse duxit. Atque de hisce quidem lecto- rem ipse in Præfatione monet. Operi præmittit Prolegome- na, in quibus Antiquitates Judæicas a jucunditate, præstantia, utilitate, in Theologia imprimis, porro a necessitate, commen- dat, fontes etiam, unde illæ sint petendæ, sacrum Codicem, utriusque fœderis Versiones maxime antiquiores, li- bros itidem apocryphos, item *Josephum*, *Philonem*, Rabbi- nos, Scriptores etiam profanos, Græcos & Latinos, indicat; nec omittendos ait eos, qui hodiernos Judæorum ritus de- scripserunt, seu ipsi Judæi fuerint, seu Christiani. *Parte I*, cum de Statu Ecclesiastico tractat, initium ab Ecclesia Judaica & fœdere cum illa erecto facit, quod olim cum *Abrahamo* fa- ctum,

ditum, repetita in Sinai lege morali renovabat Deus, additis quibusdam non admodum molestis ritibus, quos post *μεροποιίας* crimen, illam gentem durius & negligentius habens, multiplicabat & aggravabat; unde iugum *δυσβαίαντων* & praecepta non bona appellantur *Ezech. XX, 11, 25*. Hinc *Cap. 2* ad doctores Judaeorum *θεοπνεύστες*, Mosen & Prophetas, pergit, de quorum numero, divisione, revelationum variis modis, munere, vestitu, inauguratione, agens, ad hanc minus recte a quibusdam unctioem referri, monet: licet ob legitimam constitutionem & donorum Spiritus Sancti collationem *שׁוֹמְרֵי טוֹרָה* uncti appellentur *Pf. CV, 15, 1 Chron. XVI, 22, coll. 1 Reg. XIX, 16*. Cum *Cap. III* de Scriptis sacris, eorumque divisione, numero, in unum Codicem collectione, ab *Efra* facta, ordine, in certas Sectiones distinctione, & characteribus, &c. agit, puncta vocalia & accentuum signa, licet vix probabile sit, a Scriptoribus ipsis esse addita, priora nihilominus indubie esse autoritatis, nec posteriora usu suo carere, ait. De doctrina Judaica, ejusque praecipuis capitibus *Cap. IV* differens, eam vulgo in *מַעֲשֵׂה בְרֵאשִׁית* *opus creationis*, quod res potissimum naturales, & *מַעֲשֵׂה מְרֻכְבָּה* *opus currus*, quod Deum & res divinas, spirituales atque aeternas, tractat, dispesci, eundemque cum nostra Theologia scopum, scilicet Christum & fidem cum vitae sanctimonia, habere, affirmat, tandemque de distinctione legum, cum numero earum, deque modo docendi figurato per parabolas & aenigmata, omnibus orientalibus populis familiari, & in ipso sacro Codice recepto, subjicit. Doctrinam in *Scholis & Academicis* propagatam fuisse asserit *Cap. V*. Hinc de earum antiquitate, discrimine, privilegiis, locis, doctoribus, discipulis, ritu docendi, discendi, promovendi, de *γεωμμετρίαν & νομικῶν* differentia, de Scholis & Academicis in Canaan illustrioribus, imprimis de Synagoga magna, ejusque circa sacrum Codicem opera, cui punctorum, vocalium & accentuum, &c. inventionem a nonnullis commemorat tribui, tractat. Cumque eam a Deo per Prophetas traditam doctrinam non diu illibatam mansisse constet, ejus corruptionem *Cap. VI*

Pag. 15.

20.

22.

33.

- Pag. 34. partim ad falsos Prophetas, partim ad profanos homines, seu atheos, contra quos *Efras* jam decrevisse dicatur, ut precibus Judæorum adderetur **על עול מן העולם** a seculo in secula, partim ad varias sectas, Essæorum **חסידים**, a benignitate & munificentiâ in alios nomen nactorum, Sadducæorum, Karræorum, Pharizæorum, quorum humanis traditionibus, præter verbum revelatum investis, *Talmud* ortum debeat, & Samaritanorum, referendam esse ostendit, deque singulis, quantum satis est, differit. Hactenus de doctrina: ad cultum pergit, cujus primo loca tradit, celsa, lucos, (ante *Mosem* enim templa non fuerunt, imo prisca gentium nonnullæ ea exstruere nefas duxerunt, quia majestatem divinam parietibus includere, & ἀδύνατον & indignum reputabant,) eadem illam portabilem, tabernaculum, cum structura & vasis, quorum præcipuum altare, intus cavum, ut facilius gestari posset, terra ingesta repleri solebat, unde terreum *Exod. XX, 21. Schilunte* autem, cum fixum locum nactum esset, lapidibus impletum, ut Judæi volunt. Rebus in sancto asservatis addunt quidam **קַרְן הַשֶּׁמֶן** cornu olei sacri, 1 *Reg. I, 39.* & Codicem, in quo *Samuel* jus regium scripsit 1 *Sam. X, 25.* In Sancto Sanctorum, vasorum omnium sanctissimum, arca fœderis, custodiebatur; in qua quomodo juxta 1 *Reg. VIII, 9.* & 2 *Par. V, 10.* nihil præter tabulas fœderis, at juxta *Hebr. IX, 4.* etiam amphoram mannae & virgam *Abaronis*, fuisse dicatur, explicat, & ἐναυτιοφάνης illud componit. Denique historiam arcæ cum variis ejus migrationibus per 486 annos, a fructo tabernaculo usque ad absolutum templum elapsos, subjicit. Reliqua, in quibus *Cel.* Autor eadem diligentia versatur, recensendo persequi non licet; constabit autem ex his, quæ speciminis loco proferre visum fuit, quid de ceteris sit judicandum.

62 seq.

LE VRAI PIÉTISME; &c.

h. e.

PIÉTISME GENUINUS, AUTORE PETRO
ROQUES, Ecclesiæ Gallicanæ Basileensis
Pastore.

Basi-

Basileæ, sumtibus Joannis Brandmüller, 1731, 4.

Alph. 3 plag. 8.

In Præfatione, Atheismum, monet Rev. Autor, hæresin esse longe maximam periculosissimamque, quod omnem ille religionem, hujusque fundamentum, existentiam Dei, aggre- diatur, licet aperte alius, alius tecte magis, causam suam agat. Omnes itaque singulosque sectarum, quæ sunt inter Christianos, doctores impugnare Atheismum debere, licet of- ficium illud tam necessarium negligatur fere, aut saltem ea circumspectione minus perficiatur, qua debeat, ejus etiam confutatio labore non magno adducatur ad finem. Nec af- firmare dubitat, hujus erroris reos, tanquam læsæ majestatis divinæ violatores, esse reprimendos, eosque, qui vitam agant libidinibus mancipatam, sermonibusque pariter suis ac libris minimum prodant, aut Epicureismo, aut Spinozismo favem- tem, instar latronum, aut homicidarum, coercendos. O- riginem impietatis crescentis repetit *a modo docendi dogma- ta religionis*. Sic nonnullos retinere doctrinas ætate ferrea natas, variaque Romanam Ecclesiam amplecti dogmata, mi- nus coherentia inter se; multosque, huic sectæ addictos, ar- tem nihil credendi callere, qui solo utilitatis suæ studio exter- nos illos sacrorum ritus imitentur; qui igitur ab erroribus sese tueri velint immunes, Apostolorum doctrinam debere pervestigare, nec sententiis doctorum erroneis adhærescere; in societatem causarum adsciscendum, ait, esse *tradendi mo- ralia modum*: sequi alios doctrinam moralem laxam, nimis rigidam alios; utrosque isti insigne damnum afferre. Ad- jungendos his, qui miraculis fictis, visionibus, diversique ge- neris fabellis, fidem sibi conciliare velint, rudi quidem plebe- culæ imponentes, sed prudentiorum sese exponentes ludibrio, omnem denique veræ religionis amorem prostermentes. Ea im- pedire quodammodo posse, qui religionem exponant, prout est: ita, summis, quas secum fert religio, utilitatibus conspectis, coer- cere impietatem. Ostendere itaque Autor vult, nec inoralia reli- gionem præcipere nimis laxa, nec dura nimis: quin potius & Dei perfectionibus, & naturæ hominis, & rationis sanæ prin- cipiis,

P. I.

cipiis, deprehendi consentanea semper. Quare duplex hominum genus, & eorum, qui praxin Christianismi ad nihilum fore redigant, & eorum, qui, præter Evangelii decreta, onus imponant conscientijs, evitari debere. Se, ait, eo consilio ad vocem Dei attendisse, quam in revelatione pariter ac ratione manifestaverit; lectores etiam attentos & ab affectatæ censuræ studio alienos sperare, nisi debito ex his meditationibus fructu semet ipsi privare velint. *Primo* statim loco *de natura & effectibus solida pietatis* disserit, & præmissa pietatis descriptione, ejus exponit proprietates, probeque, assensum, monet, in auctoritatem humanam, opinionesque hujus illiusve, minus resolvendum: quod ita plura sequantur incommoda, quæ cum cura recenset. Pii hominis, prodeuntis in publicum, esse, ut det operam, ne incurrat omnis ejus pietas in oculos aliorum, nunquam autem, ut talis appareat, qualis non est. Elegantem deinde *hypocrita* imaginem annexit, ad eos applicabilem, qui habent speciem pietatis, sed ejus vim abnegare solent. Emolumenta hujus vitæ commendare pietatem: quod illa ab imperio liberet affectuum, animum efficiat tranquillum, providentiæque divinæ committentem se penitus; quod aliorum etiam existimationem nobis conciliet. Ludibrio quidem nonnunquam haberi homines bonæ mentis, sed nunquam ob veræ studium pietatis, verum ob agendi rationem ridiculam, qua in iis rebus collocent pietatis studium, in quibus quærendum non sit. Simulare certe impios pietatem, velleque videri pios, adeoque perhibere illos dictorum testimonium, majus omni exceptione. Multa addit alia Capitibus sequentibus, quæ afferunt sollicitatem hujus vitæ piis, quæque satisfaciunt difficultatibus, plerumque moveri solitis. Disserit demum de præmiis, in vita altera expectandis, certissimis, æternis, ex virtutis tantum studio proficiscentibus. *Parte secunda*, quæ fit *natura abnegationis sui ipsius, & quam late illa sese extendat*, exponit, illiusque *Sectione prima*, in *relictione omnium facultatum, quas possidemus*, consistere negat, nisi forte, ut bona retinerentur, Evangelii præcepta essent negligenda, aut homines & dignitates

P. II
Sect. I.

gnitates hujus mundi cum jactura veritatis redimendæ: quo in casu sint relinquenda omnia, ut sectemur veritatem, nec pietatem, ut omnibus hujus mundi occupationibus nuntium mittamus, aut ut in eremum concedamus, requirere. *Sectio- ne Secunda de natura renuntiationis Evangelicæ agit, docet- que, Christi assecram renuntiare debere inordinatæ cupidini habendi, voluptatibus carnis, gloriæ aviditati, familiaritati item cum hominibus vitio & impietati mancipatis; abne- gationem sui ipsius non involvere omnem philantropiæ deposi- tionem, deque illa cum cura solideque agit. Eam ipsam do- ctrinam, Sect. III pergit, a nonnullis, præter omnem Christi- mentem, extendi nimis; eos, qui se pietati mancipant, non de- bere renuntiare coetibus sacris, licet mali mixti sint bonis, nec posse abstinere ab usu sacræ cœnæ, licet aliquem obser- vent disciplinæ Ecclesiasticæ neglectum. Nec requirere pie- tatem, ut ab omni juramentorum abusu abhorreamus, licet eorum abusus sit cavendus; nec eandem omnem usum ar- morum & belli rejicere. P. III. de raritate veræ pietatis agit; corruptionem late sese extendere docet, atque adeo circumspe- ctionem commendat omnibus. Fontem defectuum pietatis a defectu fidei derivat; hunc autem a defectu examinis verita- tum ejus generis pendere credit. Parte IV ad media pro- greditur acquirendæ, conservandæ, & augendæ fidei accom- modata. Quo consilio Scripturæ sacræ lectionem, inquisitionem in naturam & effectus peccati; cognitionem sui ipsius, fugam omnis occasionis peccandi, consuetudinem cum homi- nibus piis, præces, repressionem cupiditatum carnis, solitudi- nem, eam tamen rationabilem, amicas aliorum admonitiones, præsentis divinæ recordationem, considerationem æternitatis, librorum asceticorum lectionem, circumspectionem tamen in scriptis mysticis legendis, commendat, licet omnem eo- rum prohibitionem minus approbare velit. Parte V caute- lar affert, iis observandis, qui exercitium tueri velint pietatis, tam ratione Separatistarum, quam aliorum, qui ratione prin- cipiorum religionis a nobis dissident; annectit denique agen-*

Sect. II.

III.

P. III.

V.

di rationem, quæ Ecclesie ministris, in ordine ad errantes, eos etiam, qui se a communione aliorum segregari debere putent, incumbat.

DECIMÆ SACRÆ, SEU OBSERVATIONUM
in utriusque Fœderis Libros, quinque Decades, Auto-
re CHRISTIANO LUDOVICO SCHLICHTER,
Prof. Regio Ord.

Bremæ, apud Hermannum Jægerum, 1732, 8.

Alph. 1 plag. 14.

Cum primum literæ elegantiores a barbarie, in qua per longum satis tempus detentæ fuerant, liberatæ paululum ac veluti renatæ fuerant, cum ipsis etiam studium Scripturæ sacræ ex scriptoribus exteris illustrandi pariter atque interpretandi revivisse videtur. Cum enim instauratores illi liberalium artium probe intelligerent, sacras literas sine solida cognitione, tum linguarum, tum antiquitatum, ea, qua deet, accuratatione exponi non posse, in id statuerunt etiam atque etiam incumbendam sibi esse, ut ex Autoribus veterum & ritibus Codici sacro lucem aliquam conciliarent. Et, quamquam negare nemo poterit, post reatatas in Europa literas ubique semper fuisse Viros doctissimos, qui consilium inierunt verbum divinum ex his duobus subsidiis explicandi, nec tamen quinquam facile inficiaturum arbitramur, nostræ ætati eam imprimis laudem deberi, quod complures Viros, eosque doctissimos, tulerit, qui hoc genere literarum nihil sibi duxerunt antiquius. Testantur id satis superque varia volumina, Exercitationes puta sacræ, Observationes sacræ, aut Philologicæ, cetera, quibus id temporis magna lux interpretationi S. S. accensa passim est. Atque hunc in censum suo etiam jure referendæ Decima illæ Sacræ sunt, quas nuper edidit *Christianus Ludovicus Schlichterus*, Prof. Regius Ord. in Gymnasio, quod Halæ est, Reformatorum celeberrimus. Neque enim solum ex indole & natura Græcæ lin-

guz

guæ variis Novi Fœderis locis facem accendit, verum etiam
 utriusque Fœderis locos ex vastissimo antiquitatum variarum
 penu illustravit doctissime & explicavit. Cui rei ut fidem quan-
 dam modo faciamus, ex quinquaginta Observationibus, quibus
 hæc *Decima Sacra* absolvuntur, quasdam speciminis loco perlu-
 strabimus, ex quibus de reliquis facile cuivis erit iudicatu. Ob-
 servatio statim prima, quæ agit de *alba Christi veste* ad *Luc.*
XXIII, 11, amplissimam Cl. Autoris eruditionem, & multiju-
 gam, tam veterum, quam recentiorum, scriptorum lectionem,
 dilucide ostendit. Nam §. 3 docet, albas Deo vestes album-
 que colorem, tam in sacris, quam in profanis, monumentis
 tribui; §. 4 probat, albas vestes Sacerdotibus quondam pro-
 prias fuisse non solum inter Ebræos, sed & inter reliquas gen-
 tes; §. 5 album tradit colorem lætitiæ emblemæ quondam fu-
 isse, idque cum ex Scripturæ, tum ex *רֵאֵן עֲזָו* confirmat literis;
 §. 6 accedit tandem ad rem propius, & vestium albarum u-
 sum, inter Reges olim receptum, variis evincit testimoniis, cau-
 sam vero, ob quam albas inprimis vestes sibi selegerint Reges,
 non ultimam censet §. 7 fuisse splendorem illum in colore
 albo conspicuum; qua occasione copiosius exponit vim & na-
 turam nominis apud Græcos Adjectivi *λευκός*, cui propter
 cognatas notiones jungit §. 8 nomen *πέλιος*. Togam albam
 vel candidam in genere fuisse hominum ingenuorum vesti-
 tum apud Græcos & Romanos, quin & Christianos, §. 9 ob-
 servat, idque in signum sanctitatis factum suspicatur, quemad-
 modum apud Persas id est in usu. Atque hæc quidem omnia
 a Cl. Autore hætenus dicta communem illam Interpretum
 sententiam, quæ ad elusam regiam Christi dignitatem hoc
 Judæorum factum refert, stabiliunt. Et, licet hanc, quam
 modo adduximus, opinionem Doctiss. *Schlichterus* nolit peni-
 tus rejectam, subjungendas tamen rationibus, ab aliis Viris
 jam allatis, alias sibi existimavit, tum ex Servatoris innocen-
 tissimi vita acta, tum ex usu albarum vestium per se dima-
 nantes. Quarum non ultimam censet fuisse §. 11, ut Serva-
 torem nostrum seditionis accusarent; nam vestes albas homi-
 num, turbas seditionesque moventium, signum quondam con-

fuisse, ex *Arsenidoro* erudite annotat. Altera vero §. 12
 videtur causa, cur a Judæis Christus alba veste fuerit indutus,
 ut animum Servatoris, quem malum, simplicem, stolidumque
 putabant, indicarent. Nam, color albus etsi nonnunquam
 de homine bono & veritatis amante usurpatur, eandem ta-
 men in malam etiam partem accipi, ex *Pindaro* & *Plutarcho*
 comprobatur Cl. *Schlichterus*. His tandem paucissimis addit §.
 13, vestes albas, in veterum lectu receptas, & colorem in va-
 riis animalibus pro pessimo habitum fuisse. In Observatio-
 ne III, de Deo occulto, in id operam suam Cl. Autor contu-
 lit, ut inde partim regiam Dei dignitatem, partim infelicissi-
 mum impiorum, qui faciem Dei apertam nunquam conspexerunt,
 statum illustraret. Quod ad prius pertinet, regiam Dei
 dignitatem, tum ex aliis S. S. locis, tum ex iis, quibus se oc-
 cultum declarat, elucere probat §. 3, nullamque aliam ob
 causam veterum fana luce solis prorsus caruisse existimat,
 nisi ut tenebræ illæ Numinis majestatem ostenderent. Quo-
 do autem ex hac summi Numinis occultatione magnos Re-
 ges Persiæ ansam arripuisse censet §. 4, ut ob eximiam, qua
 valebant, majestatem a populo suo rarius conspici se paterentur,
 non immerito dubitamus, an omnes sibi sit consentientes
 habiturus in his æque, atque in illis, quæ §. 8 de his ipsis Per-
 farum Regibus protulit. Ibi enim existimat, distinctionem il-
 lam, quam inter Pontificem Maximum, quo intime utebatur
 Dominus, & reliquos Sacerdotes Codex sacer constituit, ansam
 suppeditasse Regibus Persarum aliarumque Orientis gentium,
 ut uni Ministrorum suorum proximum familiaritatis aditum
 præ reliquis concederent. Etenim, cum illa sententia, qua
 omnes ritus & ceremoniæ, in veterum sacris usitata, ab E-
 bræis originem suam traxisse perhibentur, nec dum sit ita ad
 liquidum perducta, ut illi tuto possit in omnibus subscribi, tum
 idem minus videtur faciendum, in illa opinione, quæ etiam
 reliquos mores gentium exterarum, in omni Republica adhi-
 bitos, ab Ebræis derivat. Sed, utcumque se habeant ista, nega-
 ri nequit, veteres Numina sua in lucis maxime opacis coluisse,
 docente id solide Cl. *Schlichtero* §. 5; quorsum etiam re-
 fert

fert nomen *αμύρα* §. 6. Occultationem autem faciei divinæ perspicuum iræ divinæ signum esse, demonstrat §. 7, partim e S. Codice, partim ex exteris, quibus scilicet certissimum divinæ excandescentiæ indicium videbatur, nisi unum vel alterum Deorum conspexissent. Idem confirmat §. 7 ex eo, quod gratiosa faciei divinæ revelatio solis Dei amicis contingebat. In Observatione IV id contendit Cl. *Schlichterus*, ut contra *Col. Jo. Gotthfr. Lakemacherum* evincat, *Jer. IV, 30*, per *עֵינַי* oculos, non faciem, intelligi oportere. Hoc in loco Prophetæ respici arbitratum ad morem illum veterum, quo oculos vel eorum orbis fuce aut sibi picturatos gerebant, §. 3 satis assiduis hanc in rem allatis Autorum testimoniis. Inprimis vero supercilia nigra in magno fuisse pretio & honore §. 5 traditur, usque eo, ut ipsis etiam Diis, quos pulcherrimos prædicabant, ea tribuere non dubitaverint. Observatio XLVII, quæ reliquis palmam præripere videtur, tum eruditionis apparatu, tum molis amplitudine, exhibet conspicuam Principum dignitatem, ex præcipuis eorum nominibus demonstratam. Nam, quemadmodum præstantissimis veterum picturis, statuis, monumentisque aliis, nomina artificum insculpta leguntur, ita Deum, summum omnium rerum artificem, pari ratione cum præstantissimo rerum creatarum opere, homine scilicet egisse, censet in proœmio §. 1 & 2. Maxime vero dignitatem imaginis divinæ in Principibus piis conspici, cum ex aliis constare putat indicis, tum etiam ex eorum nominibus. Agit autem primum de nominibus Ebraicis, quibus insigniuntur Principes, inter quæ primum occupat locum nomen *אלהים*, quod non Angelis tantum, quod nonnulli statuunt, verum etiam viris in cathedra *Mosis* judiciali sedentibus, in Codice S. attribui censet §. 1, ita tamen, ut nunquam de singulis hominibus, sed tantum de toto magistratus Judæorum corpore, usurpetur. Gentiles vero Reges suos appellare Deos frequentissime consueverunt §. 2, Græcis vero dicuntur *θεοί*, quo vocabulo nullum cum Cl. *Lakemachero* iudicat reperiri posse aptius ad geminum hujus Ebræi nominis significatum exprimendum. De nomi-

no יְיָ, quod est alterum, annotat, illud cum vocali η signatum, semper Deum verum notare - eum, de Principibus terræ, aliisque Viris Dei, occurrere. Nomen מְיָרִיחַ quemadmodum a Rabbiniis inter Dei attributa numeratur, ita splendoris divini participes sunt Principes terrarum, quando in sacris literis eodem titulo exornantur. Huic nomini respondere existimat Cl. Autor nomen *μεγαλίνος*, in versione *Alexandrina* non magis, quam in Novo Fœdere obvium, minus feliciter a Perisimo liberatum a *Georgio*. Hinc Principes apud exteros appellantur passim *μεγαίλος*, æque ac Dii ipsi, & nonnullis propter corporis proceritatem ac pulchritudinem regna delata fuerunt. Quartum nomen est מְיָרִיחַ, quod munificentiam Principum ac liberalitatem indicat, ubi multa & varia affert de nomine *εὐεργέτης*, tot tamque multis olim Principibus inditum. Quintum nomen, quo Principes nominantur, est פָּעוּר, quod pastorem denotat. Neque enim tantum Deus immortalis, ut jam eleganter Ebræi observarunt, præstantissimos populi sui Duces ex Pastoribus legit, verum etiam gentiles vetera idem observasse hinc inde leguntur. Sequitur nomen מְיָרִיחַ, de cuius pariter ac de nominis *βασιλεύς* varia pro more suo ex veterum affert monumentis Cl. Autor, & agmen tandem claudit inter Ebræa מְיָרִיחַ, quo ad unctionem sacram, qua Reges olim initiabantur, atque in dignitate sua confirmabantur, respicit sine dubio Spiritus Sanctus. Ex nominibus Græcis tria maxime hic sibi perlustranda sumisit Cl. *Sablichterus*, quorum primum est *σωτήρ*, quod præter Deum etiam tribuitur Regibus, ac Principibus bonis non magis, quam malis. Alterum est *σεβαστὸς*, quo Reges veneratione & adoratione digni nobis commendantur. Tertium denique *ἀνακτες*, quod apud Græcos & Regem & dominum & Deum significat, atque interdum idem sonat, quod *σωτήρ*. Neque tamen existimandum est, omnes omnino Observationes, quæ in his Decimis habentur, ejusdem esse bonitatis & amplitudinis. Siquidem nonnullæ, licet paucissimæ, adeo breves sunt, ac pæne steriles, ut, cur eas Cl. Autor reliquis inferendas curaverit, miraturi sint plurimi.

simi. Huc pertinet Observatio XXV ad *Luc. XII, 14*, in qua nihil fere attulisse videtur notatu dignum, nisi ut lectionem sibi communem magis arridere profiteretur. Et, licet de hoc ipso loco variz jam extent Virorum doctissimorum explicationes, non alienum tamen hic erit, conjecturam quandam de eodem in medium afferre, quz forsitan alii possint adduci, ut hujus loci expositioni, nondum extra omnem dubitationem positz, operam impendant suam. Verba Scriptoris sacri hæc sunt: *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀγαπῶντι εὐδοκία*. Ac primum quidem monemus, nobis & hanc lectionem vulgarem magis altera illa *εὐδοκία* placere, & distinctionem communem, a nobis modo nunc exhibitam. Deinde eorum partibus favemus, qui duas hic statuunt, non tres, orationis partes, a quibus tamen in eo descendimus, quod priorem non post vocem *Θεῷ*, sed post *εἰρήνη*, ponendam esse censeamus. Nimirum, ut paucis omnia complectamur, vero nobis videtur simile, *Lucam* per verba *δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη*, nihil aliud indicare, nisi quod reliqui Evangelistæ efferre solent per nomen *ὠσαννὰ*, in acclamationibus olim frequentatum. Quæ nos in hanc perduxerunt conjecturam, rationes in primis duæ sunt, quarum altera est, quod *Lucas* nullibi, ut reliqui Evangelistæ, hanc vocem *ὠσαννὰ* usurpavit, altera vero, quod, ubi *Matthæus* & reliqui hanc vocem exhibuerunt, ibi *Lucas* illam Græce efferat per *δόξα* & *εἰρήνη*. Vid. *Matth. XXI, 9*, *Marc. XI, 9* & *10*, & *Joan. XII, 13*, qui omnes habent nomen *ὠσαννὰ*, at *Lucas* eandem rem narrans *Cap. XIX, 38*, hujus vocis apud *Matthæum* & *Marcum* bis positæ, adhibuit nomina *δόξα* & *εἰρήνη*. Itaque hæc verba nihil aliud nisi exclamationem angelicam continere videntur propter reconciliatum genus hominum. Sed, ut ad C). *Schlichteri* Decimas Sacras redeamus, licet, ut jam monuimus, in his quædam Observationes occurrant brevissimæ, nec magni admodum momenti, non tamen ipsis his Decimis eo quidquam volumus gloriæ atque eruditionis detractum, quam præ se ferunt, & omnibus facile probabunt. Siquidem hic multa in unum veluti fasciculum

lum congesta habentur ex antiquitatibus, quæ illustrandis Scripturæ locis inserviunt vehementer & profunt, quæque sacrarum æque atque elegantiorum literarum studiosis fore auguramur gratissima.

SPECIMEN OBSERVATIONUM PHILOLOGICARUM in Novum Fœdus, ex LUCIANO potissimum & DIONYSIO Halicarnasseo, M. CAROLI HENRICI LANGII, Gymnaf. Lubec. Sub-Rect. & Bibl. Publ. Præf.

Lubecæ, 1732, 8.

Plag. 3.

Cum multi fuerint, iique doctissimi Viri, qui summum studium summamque operam posuerunt in vindicanda Novi Fœderis puritate ex Græcis Scriptoribus, & ab Ebraïsmis, aliisque idiotismis, quoad ejus fieri posset, liberanda, tum ii omnes in duo possunt genera non immerito distingui. Namque alii id sibi negotii datum crediderunt, ut ex omnibus & singulis, quos Græcia olim tulit, & quorum monumenta ad nostra tempora pervenerunt, Autoribus eas loquendi rationes colligerent, & exhiberent, quæ elegantiam Novi Fœderis etiam atque etiam confirmant. Quo in numero sunt, ut paulo superiores, *Erasmum, Beza, Grotium*, alios bene inultos, prætereamus, id ætatis Viri doctissimi, *Jacobus Elserus, Joannes Alberti, Joannes Vrimost*, alii, utpote qui ex multis variisque optima quæque Scriptoribus delibaverunt, & ad explicandam Novi Fœderis dictionem diligentissime contulerunt. Alii vero, quibus hic campus nimis late patere videbatur, rem per compendium aggressuri, unum saltem Scriptorem sigillatim curatius perlegere, & quæ in eo facerent ad illustrandam Novi Fœderis phrasin, excerptare diligenter, animum induxerunt. Fecit id cum primis Vir Celeberrimus, *Georgius Raphaelius*, cui *Jo. Henr. a Seelen* jungi quodammodo meretur, ut eos, quorum hoc in genere scripta lucem publicam nondum aspexerunt, taceamus. Nec ultimum sa-
ne

ne locum inter hos Novi Fœderis interpretes aliquando tuebatur, si ex unguibus leonem judicare licet, Vir Clarissimus, *Carolus Henricus Langius*, Gymnas. Lubec. Sub-Rector, & Bibl. Publ. Præfectus. Hic enim, cum, exemplo Cel. *Raphelii* incitatus, sibi proposuisset, *Lucianum & Dionysium Halicarnasæum* ea ratione pervolvendos, ut inde, quæ ad Novi Fœderis locos nova luce collustrandos facere videantur, seligeret, mirum in modum fuit in instituto confirmatus literis Cel. *Jo. Alberti Fabricii* ad Cl. *Georg. Raphelium*, Præfationi Annotationum Philologicarum ex *Herodoto* insertis, quibus hunc ad horum duorum Autorum collationem adhortatur. Quo in negotio ut eo melius versari possit & progredi, laudabili sane consilio specimen quoddam sui laboris Cl. *Langius* cum eruditis communicavit, hac ratione sententias eorum, qui sunt harum rerum intelligentes, publice rogaturus. Cumque in Præfatione hujus speciminis omnes harum deliciarum existimatores oret, ut cum de instituto generatim, tum de tractandi ratione speciatim, candide sententiam aperiant, nos, instituti nostri memores, de utroque paucissimis mentem nostram explicabimus. Itaque, quod ad ipsum institutum attinet, tantum abest, ut illud intermittendum esse censeamus, ut potius eo majore cura ac studio continuandum ducamus, quo majorem inde fructum interpretatio Novi Fœderis est aliquando perceptura. Potest id jam nunc ex hoc specimine, exiguo licet, erudito tamen, satis intelligi. Eleganter enim a Cl. Autore ex *Luciano* illustratur *Matthæi* locus *XXIII, 5*, & ibi memorata *Pharisæorum* superbia, perquam similis *Luciani* ævi Philosophorum fastui. Nec est dubium, quin gratissima sint omnibus ea, quæ de frivolis Philosophorum altercationibus & questionibus ex *Luciano* attulit ad *2 Tim. II, 23*, Cl. *Langius*, & que, atque illa, quæ de Philosophorum *γυμνασία σωματικῆ*, quam ad virtutem multum conferre arbitrabantur, ad *1 Timoth. IV, 8*, produxit. Nec minus ipsi dictioni Novi Fœderis ex hoc Opere emolumenti sperandum est, qua de re jam abunde testantur, quæ *p. II* de emphasi verbi *ἀγαπακτείν*,

κακῶν, p. 18 de verbo ἐνθουσιάζειν, quod non tantum de animi gaudio, quod Cl. *Alberti* & alii affirmarunt, verum etiam de corporis voluptate post probatur, p. 29 de verbo κομῶν, quando significat comis superbire, &c. differuntur. Restat, ut de tractandi ratione speciatim quædam dicamus. Observavit quidem Vir Cl. eandem rationem, quam doctissimi Viri, *Raphelius*, *Elserus*, *Alberti*, alii, tenuerunt. Sed perlegendibus nobis hoc specimen paulo studiosius, duo imprimis obvenerunt, circa hanc tractandi rationem monenda. Primum enim quædam observavimus, quæ omitti sine incommodo sacri loci, ad quem commentatio instituitur, potuissent. Sic statim Observatione prima, quæ ad *Matth. II, 11*, agit de verbo προσκυνῶν, si omissa fuisset notior hujus verbi, quando de adoratione civili adhibetur, nullam fecisset jacturam sensus a Spiritu Sancto traditus, quippe qui, ut solide docetur, divinum cultum requirit, cujus loco si hoc verbum cum Dativo junctum fuerit adductum, multum omnino ad confirmandam dictionis Scripturæ puritatem & depellendum Ebraïsmum, a nonnullis hic creditum contulisset. Supervacanea etiam videntur, quæ p. 26 de voce κυβερνήτης in medium afferuntur. Nam, licet non sit ejus origo in Latio quærenda, ex *Luciano* tamen id hoc minus confirmari potest, quod recentioris ætatis est scriptor. Deinde probe attendendum existimamus & laborandum, ne loci Autorum perperam intellecti adducantur. Factum id fuisse annotavimus p. 30, ubi de sensu verbi κομῶν, quo est comis superbire, est sermo, ad quem probandum affertur inter alia locus ex *Luciano* de *Apolline* in Deorum dialogis p. 129, οὐ δὲ κόμα, ὡς Ἀπολλῶν, κ. τ. λ. in quo tamen κομῶν non significat comis superbire, sed comas ornare & componere. Sed sufficiant ista in præsentia. Nos, quemadmodum non dubitamus, quin, quæ ejus est humanitas, Cl. Autor ea, quæ jam nunc monuimus, æqui boni facturus sit, & eodem, quo omnes ad sententias candide aperiendas invitavit, animo suscepturus, ita ipsi ex animo & vires & tempus apprecamur, ad tam præclarum tanque sacra-

facrarum literarum studiosis opus quamprimum ex sententia omnium eruditorum perficiendum, & cum orbe erudito felicissime communicandum.

CATECHISME RAISONNE', &c.

h. e.

DIALOGUS PATRIS CUM FILIO DE Principiis Religionis & de Doctrina morum, sive Catechismus rationalis, Auctore Lordo quodam Angliæ scriptus sermone Anglico, nunc traductus in Gallicum.

Amstelodami, apud Wetstenios & Smithum, 1732, 12 maj.

Plag. 7.

Primum A. 1686 Londini sermone Anglico fuit editus libellus hic, a principe quodam viro, cujus nomen ignoramus, compositus, nec solum diligenter recensitus, sed etiam laudatus a Cl. Clerico in *Bibliotheca suæ universalis Tomo IX p. 95 seq.* quæ recensio & huic Gallicæ versioni, quam exhibemus, præfixa est. Dialogus hic est inter patrem & filium, quorum prior præmissas, ut cum Logicis loquamur, exhibet, posterior conclusiones, inde profluentes. Recitabimus igitur conclusiones, sive sententias, ex quibus liber hic est contextus. 1) Homo amat se ipsum amore summo, id est, supra omnia; 2) Homo nihil amat, nec desiderat, nisi quod ipsum reddere potest felicem; 3) Homo cognoscere gestit viam perveniendi ad veram felicitatem; 4) Homo constat corpore & mente; 5) Mens est incorporeum ens & immateriale; 6) Felicitas corporis pro fundamento habet sanitatem: felicitas animæ consistit in ipsius tranquillitate; 7) Felicitatem hanc homini solus dare potest hominis creator, id est, Deus;

H h 2

8) Con-

8) Contemplatio mundi docet, existere Deum, & esse ens perfectissimum, hoc est, ens necessario existens, incorporeum, æternum, summa sapientia, summa benignitate, summa potentia; 9) Deus perpetuo exercet providentiam circa res a se creatas; 10) Homo debet quærere & consecrari felicitatem suam; 11) Ratio recta est norma humanarum actionum, & felix est, qui rationali convenienter vivit; 12) Menti corpus corporisque cupiditates esse debent subjectæ tanquam domino; 13) Homo homini debet esse amicissimus, & quisque alterius debet inservire commodis; 14) Deus, ens quippe potentissimum, sapientissimum & benignissimum, humillima adoratione, summa fiducia & obsequio, est prosequendus; 15) Hic Dei cultus hominem reddit felicem; 16) Officia nostra erga Deum, erga nos, & erga proximum, non solum nituntur respectu felicitatis nostræ, sed & voluntate Dei, tanquam legislatoris nostri; 17) Bona conscientia parit animi & tranquillitatem & voluptatem; 18) Deus, tanquam ens iustissimum, non potest non præmiis afficere eos, qui ipsi obediunt, & eos pœnis, qui leges ipsius negligunt; 19) Hæc præmia & hæc pœnæ cum non tribuantur perfecte in hac vita, sequitur, aliam esse futuram vitam, in qua boni felices, mali erunt miseri; 20) Felicitas futuræ vitæ æterna erit & in mentis perfectione consistet; 21) Traditis jam naturæ principiis necesse est adjungi divinam revelationem: quia vulgus hominum non est capax meditationum philosophicarum, adeoque illi opus est doctore, qui & clare probet, se esse a Deo missum, & perspicue exponat doctrinam divinam: imo nec sapientiores carere queunt revelatione, quippe majori indigentes mentis luce ardentiorique voluntate colendi virtutem; 22) Ex Christi doctrina, vita, miraculis, morte & resurrectione, apparet, Christianam religionem esse veram religionem; 23) Christus nobis præscripsit & exemplo suo prævit summam sanctitatem; 24) Christus & doctrina & resurrectione sua nos reddidit certissimos de vita æterna; 25) Veram esse historiam de Christo, non commentitiam, appa-

apparet ex eo, quod discipuli ejus & potuerunt & voluerunt veritatem eloqui: quibus & propter miracula, quae patrarent, horumque miraculorum insignem fructum, habenda fides est: ut adeo nihil cognoscamus certius, quam historiam de Christo veritatem; 26) Ad felicitatem aeternam pervenitur praestando officia, & lege naturae & lege Christi praescripta; 27) Unica nota veri Christiani est obedientia erga praecipua Christi; 28) Ceremoniae religiosae non sunt magni momenti, nisi in quantum adjuvant vitae morumque sanctitatem; 29) Duae a Christo ipso institutae ceremoniae, Baptismus & sacra Coena, debent religiosissime retineri una cum scopo a Christo spectato; 30) Dogmata Theologica, quae non habent influxum in praxin Christianismi, sunt nullius momenti & disputationes inutiles; 31) Articuli fidei fundamentales sunt paucissimi, doctissimi;que viris cum rusticis & indoctis communes; 32) Tyrannicum est, speculationes Theologicas, fundamentum fidei non constituentes, obtrudere aliis credendas, recusantes credere poenis persequi; 33) Ferre debemus aliorum a nostris sententiis Theologicis dissensionem, si nostram alios volumus a suis doctrinis dissensionem tolerare placide; 34) Non est nobis impossibile, leges Dei praecipuaque Christi servare. Nam Deus nihil a nobis exigit, quod vires excedat nostras, ipsius gratia auctas. Ac Deo satis est, nos sincere entium, nostrum ut faciamus officium; 35) Summo ardore incumbendum est in studium sanctitatis; 36) Disputationes sectarum de quaestionibus Theologicis ad fidei fundamentum non pertinentibus sunt opera tenebrarum, quibus abducuntur homines a pietatis studio, credentes, non pietate, sed fide systematica, perveniri ad salutem aeternam.

INTRODUCTION TO THE CLASSICS, &c.

h. e.

IN CLASSICOS SCRIPTORES INTRO-
ductio, continens brevem Dissertationem de illorum

Hhb 3

pre-

præstantia, & præcepta illos cum fructu tractandi. Accedit Specimen de Natura & Usu Figurarum Rhetoricarum. Editio quarta auctior.

Londini, apud Carolum Rivington, & Guil. Cantrell, 1728, 12. Plag. 12.

Merebatur olim libellus elegans Autoris alio Opusculo clarissimi, quod laudavimus *M. Aprili 1729*, cujus fieret in his *Actis* mentio, cum primum A. 1718 prodierit. Sed nunc demum in manus nostras pervenit scilicet. Age, breviter argumentum illius indicemus. Incipit a commendatione Græcæ & Latinæ linguarum, earumque præ linguis, quas viventes vocamus, prærogativa, quam ex elegantia & duratione sua habent, atque amplitudine, & vinculo, quo cum eruditione quin religione ipsa vera conjunctæ quasi sunt, ut utraq; res simul floruerint adhuc ceciderintque. Tum de ipsis scriptoribus ostendit, I) ingenio illos valuisse pariter atque arte, studio summo scripsisse, scripta a se emendasse diligenter, aliis recitasse. Speciatim ab ingenio summo commendat *Homeri* poemata, eaque scuto *Achillis*, a Poeta ipso descripto, comparat, a *Platone* expulsum e Republica sua fatetur, sed receptum in ipsius cubiculum. Similiter *Virgilii* ingenium prædicat, tum *Theocriti*, *Horatii*que, itemque *Herodoti*, ac *Livii*. II) Perspicuitas laudatur præter ceteros *Xenophontis* & *Tullii*. Si quid est obscuritatis, illud non vitio scriptorum, sed antiquitatis ignorationi, & librariorum atque pseudo-criticorum malæ sedulitati, tribuendum est; qua occasione therapeutica criticæ partem extollit pro merito, & illustribus aliquot exemplis usum illius declarat. III) Fortunati homines fuerunt veteres scriptores, in magna & re & dignitate constituti, abundantes rebus omnibus, quibus ad magnam & generosam animi propositionem excitari homines possunt, cum nec mercedis respectus, neque alia causa, festinationem imponeret, sed solo fere gloriæ studio ad scribendum ducerentur, &c. quod inductione nobilissimorum scriptorū ostenditur. IV) Numerus oratorius, V) & attemperatus argumento literarum ac syllabarum sonus, facit, ut non tantum narrari res, sed coram

ram geri, videantur: plura hic exempla suavissima Autor proponit. VI) Hinc apparere ait stultitiam & improbitatem ejus generis hominum, qui versiones Classicorum postulent, & cum impetrarint ipsa exempla antiqua, ne scilicet Græce & Latine discendum sit, abjiciant. *Homines imperitos credere, jejunos autem jactatores, vera scilicet pulchritudinis eorum expertes, persuasum ire aliis, interpretationes quasdam exemplis ipsis præferendas:* quæ oratio utrum placere possit quibusdam Gallis hominibus, nescimus. VII) Orationes Historicorum veterum utilissimæ cognitu his, qui ad negotia publica adspirant, judicantur, ac defenduntur per hanc occasionem. VIII) Morum præcepta saluberrima haurire licet ex scriptoribus classicis. Hic multus in primis est in *Juvenale* laudando. IX) Libri sacri multum lucis accipiunt e Classicis. Hic exemplis utitur accommodatissimis, quod in tanta sylva non fuit difficile. Ista fere Capite prioris opusculi primo. Altero tradit præcepta tractandi laudatissimos scriptores, & primo delectum quendam instituit, qui sint perpetuo terendi, quos semel cognovisse sufficiat, ita, ut deinde recurrere ad eos, si opus sit, possimus. Deinde illud inter alia commendat, ne quis, difficultate aliqua objecta, diu nimis circa illam hæere velit; pergendum potius strenue, cum fere usu veniat, ut, quæ primum intuentibus obscura videbantur, eadem ab his, quæ sequuntur, lucem accipiant. Conjungendi diligenter Græci Latinis, cum mutuam sibi operam frequentissime præstent, quod & ipsum luculentis exemplis demonstratur. Antiquitatis & consuetudinum notitiam comparandam suadet Autor, & quantum ea res ad Classicos etiam sacros conferat, ostendit. Hic obiter capita quædam Novi fœderis indicat, quibus epitomen quendam totius doctrinæ cœlestis contineri arbitratur. Sunt autem ista *Matth. 5, 6, 7, 25, 26, 27, 28. Marc. 1, 13. Luc. 2, 9, 15, 16, 23, 24. Job. 1, 11, 14, 15, 16, 17, 19, 20. Act. 26, 27. Rom. 2, 8, 12. 1 Cor. 3, 9, 13, 15. 2 Cor. 4, 6, 11. Eph. 4, 5, 6. Phil. 1, 2, 3. Col. 1, 3. 1 Thess. 2, 5. 1 Tim. 1, 6. 2 Tim. 2, 3. Phil. 1, 2, 3. Col. 3. 1 Thess. 2, 5. 1 Tim. 1, 6. 2 Tim. 2, 3. Philemon. Hebr. 1, 4, 6, 11, 12.*

Pag. 53.

59.

67.

79.

116.

121.

127.

11, 12, 1 & 2 Petr. int. Jud. 1, Job. 1, 3, Apoc. 1, 18, 19, 20. Optat, Classicis vulgo dictis adjungi *Chrysoftomum*, *Minucium Felicem*, *Lactantium*, quorum hic, ut aliorum alias, pulchra elogia. In fine commendat etiam Autores de Religione Anglos, eloquentiæ causa legendos, in quibus fere omnibus ad usum juventutis præfert *the whole Duty of Man* h. e. librum de officiis. Alterius de figurarum usu libelli recensionem non expectant Lectores. Illud confirmare possumus, elegantem non minus, & luminibus ingenii ac doctrinæ multis distinctum esse. Non est Autor, quod ultimum adjicimus de eorum numero, *felicium* (ut ipse in Præfatione loquitur) *ingeniorum, qui criticam exercent in linguas, quas non intelligunt, & characteres notationesque nobis designant Scriptorum, quos nunquam legerunt.* Quod in vicina præfertiim Anglis regione ab aliquo tempore frequenter nimis fieri, apparet.

ΚΕΒΗΤΟC ΘΗΒΑΙΟΥ ΠΙΝΑΞ, SEU CEBETIS
Thebani Tabula, Opera THOM. JOHNSON,
M. A.

Londini, impensis Autoris, 1720, 12 maj.

Plag. 12.

Cebetis philosophi Thebani Πίναξ, seu Tabula, qua vitæ humanæ ratio mirifice depingitur, in magno semper pretio fuit, eamque ob causam non modo a viris doctis, inter quos *Aldus*, *Luscinius Ossomarus*, *Hieronymus Wolfius*, *Salmasius*, *Meric. Casaubonus*, *Berckelius*, *Gronovius*, principem locum tenent, aliquoties edita; sed etiam ab aliis in varias, quas Europa habet, linguas translata conspicitur. Hæc, quæ a Cl. *Th. Johnson* promulgatur, editio, in puerorum quidem usum, ut libri præ se fert ritulus, potissimum concinnata dicitur, eruditorum tamen simul inservire poterit usibus, siquidem cum optimis quibusque Codicibus, quos typis impressos nostra videt ætas, diligenter collata, novam, eandemque fatis accuratam, versionem nobis exhibet. In qua conficienda non Latinas tantum & Gallicas, sed & imprimis Anglicam, a *Jer. Collier* elaboratam, versionem editor ob oculos habuit. Nam, quæ ab *Hieronymo Wolfio* prodita erat, versio, propterea quod vir Græcæ doctissimus in Codices minus emendatos inciderat, a *Cebetis* sententia interdum aliquantisper abire videbatur, ut jam olim *Gronovius* in suis ad hunc librum animadversionibus observaverat. Illius & aliorum selectiores notas Criticas in fine libri seorsim posuit *Johnsonius*, quibus suam interdum superaddidit *Erasmus*, simulque *Ludovici Odaxii Patavini*, qui multum gratia apud *Fredericum*, Urbini Ducem, olim valuit, & literis Græcis eo tempore renascentibus magnopere obstetricatus est, versionem attulit, & locupletissimam Græcarum vocum indicem contexit.



總(433)(總

ACTORUM ERUDITORUM,

Quæ Lipsiæ publicantur,
SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. X.

*LIBER JURIS CIVILIS URBIS VERONÆ,
ex Bibliothecæ Capitularis Codice, quem Wiliel-
mus Calvus, Notarius, Anno Domini MCCXXVIII
scripsit, per BARTHOLOMÆUM CAMPA-
GNOLAM, Cancellarium Capituli Veronensis, &
Archi-Presbyterum Parochiæ S. Cæciliæ, nunc
primum editus.*

Veronæ, apud Petrum Antonium Bernum, 1728. 4 maj.
Alph. I plag. 14.

Multum debere JCos, eos nempe, queis de meliore luto
Deus præcordia finxit, viris doctissimis, quorum in-
defessa industria infinita veteris memoriæ mediique, quod vo-
cant, ævi monumenta indagantur, eruuntur, in publicam lu-
cem proferuntur, sæpius a nobis observatum est, quod in iis-
dem passim occurrant, quæ ad legi in un scientiam exornan-
dam illustrandamque faciunt. Eo autem maior apud Juris
studiosos initur gratia, quo major fructus est, qui ex noviter
vulgatis Codicibus Tabulisque ad eos redundat, quod per istos
maxime contingere solet, qui vetusti Juris reliquias ex Ar-
chivo-

Præf. p. X.

pag. XII.

chivorum Bibliothecarumque claustris productas communi omnium usui exponunt, & quos inter eximium sibi conciliavit decus *Bartholomæus Campagnola*, Reverendissimi Capituli Veronensis Cancellarius spectatissimus. Hic muneris opportunitate usus, vetustissimum Librum Juris Civilis Urbis Veronensis, quem in autographo quingentorum annorum Codice delitescentem adhuc cognoverat, typis describi fecit, quod *utilem non modo ad mores antiquorum, & vivendi ac justitiam administrandi rationem dignoscendam & cultum urbis demonstrandum, sed præcipue etiam ad loca plurima, quæ in veteribus Notariorum Instrumentis testamentorum aut quorumvis contractuum, & in ipso antea edito Statutorum Veronensium libro, vocabulorum obsoletoꝝ obscuritate passim occurrunt impervia, mirum in modum illustranda & aperienda necessarium pene arbitraretur.* Initium Operis est tale: *Hæc est Pœta communis civitatis Veronæ. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Incipit Liber Juris Civilis urbis Veronæ ad honorem Dei, & gloriosissimæ ejus Genitricis, & beatissimi Zenonis, cujus sacratissimi corporis consolatione gaudemus, & patrocinium munimen, & salvamentum Civitatis Veronæ.* In calce legitur: *Expletus ac peractus est liber iste Juris Civilis urbis Veronæ in mense Martii, qui fuit in Anno Domini MCCXXVIII Indictione I Domino Comite Mansfredo de Curte Nova Potestate existente Veronæ - - - Ego Wilielmus, qui dicor Calvus, Domini Ottonis Regis Notarius, prædicta scripsi. Insuper Magister Rodolphus de Vicentino eandem miniaturam fecit. Recte omnino vel Calvus ille, vel quicumque alius huic Operi inscripsit titulum, Libri Juris Civilis, & prorsus ex mente Imperatoris nostri Justiniani, qui in §. 2 I. de Jur. Nat. Gent. & Civili, Nam si quis, inquit, velit Solonis vel Draconis, adeoque & Veronensium, leges appellare Jus Civile Atheniensium (Veronensium) non erraverit. Ceterum, a legibus Romanis, quas nostrorum hominum vulgus unice splendido Juris Civilis titulo mactat, plurimum dissidere, cum levis totius Operis inspectio, tum manifesta quædam loca satis*

tis docebunt, in quibus hæ Veronensium Leges a Quiritium
 Jure clare distinguuntur. Cap. XXXVI: *Et venditiones*
vel alienationes, quæ factæ sunt pro Communi, vel fient ab
eo, cui Potestas committet, perpetuo firmas tenebo; sed dein-
ceps factas ab illis duobus, quibus hoc specialiter pro Com-
muni Veronæ est, vel fuerit commissum, firmas tenebo: eo sal-
vo, quod ab Anno Domini MCCXXVIII indictione VI die
ultimo Julii, quod ille, cujus res fuerit alienata ab Axti-
matoribus pro Communi si fuerit deceptus ultra dimidiam ju-
sti precii, possit agere infra triennium, sicut posset alias de Ju-
re Communi, ad venditionem rescindendam vel ad justum
precium supplendum. Nec dubitamus, quod Capite LI cau-
tum: Solemnitates Novellarum Constitutionum servare non
teneat in libelli oblationibus, satisfactionibus, feriis, dila-
tionibus, sportulis, dandisque possessionibus, ad Næpæ's Ju-
stiniani pertinere. Ad easdem Leges Romanas respicere
existimamus Cap. LXXXII: In Criminibus non sim adstri-
ctus judicare secundum leges, vel meo arbitrio diffinire pos-
sim. Luculentissime autem Cap. CCVII in hunc modum de
Consulum officio constitutum legitur: Et sint octo Judices
pro Consulibus, qui per triennium in scholis ad Leges audien-
das extra civitatem Veronæ steterint; & non possit esse ali-
quis Consul pro Judice, nisi steterit in scholis ad Leges audi-
endas, ut dictum est: ex quibus satis patet, fuisse Leges in
scholis audiendas a Jure Civili Veronensi diversas, earundem
etiam Legum in Communi Veronensium auctoritatem fuisse
existimam, ut adeo in verbis etiam Capitis CLXIX, Jus secun-
dum Leges & bonos mores & statutum hujus Civitatis Ve-
ronæ dicam, Leges de Jure Romano, Statutum Civitatis Ve-
ronæ de hac ipsa Postea accipiamus. Disquirat eruditissimus
Campagnola in Præfatione, num hæc sit compilatio Juris Ve-
ronensis omnium prima, an vero antiquiora exstiterint hu-
jus urbis Statuta; & in posteriorem inclinat sententiam,
maxime motus iis, quæ in Pace Constantiæ leguntur. No-
bis idem videtur verissimum, licet, pace Cl. Editoris dixerim-
us, locis, quæ ex Pace Constantiæ excitat, non admodum

pag. 36.

44.

64.

161.

128.

pag. IX.

moveamur. Illa enim priora, quibus Imperator *Fridericus* concedit, ut Civitates, ad quæ Pax Constantiæ spectat, easque inter Verona, exercent consuetudines, quas ab antiquo exercuerunt vel exercent, tam in foro vel in nemoribus & pascuis & pontibus, aquis & molendinis, sicut ab antiquo habere consueverunt, vel habent in exercitu in munitionibus civitatum in jurisdictione, tam in causis criminalibus, quam in pecuniariis &c. ad Jura magis & Privilegia, ad quæ & juris de pecunia & de crimine dicendi potestas pertinet, quam ad Leges & Jurium Codices respicere videntur: & posteriora illa, quod Nuntius Imperatoris causas examinabit & definit secundum leges & mores ipsius civitatis, de Legibus Romanis accipere licet, prorsus ut in paulo ante allegato Cap. CLXIX Juris Veronensis: *Jus secundum leges & bonos mores & statutum hujus Civitatis Verona dicam.* Est hic Scriptorum illius ætatis mos perpetuus, ut Legis vel Legum nomine per excellentiam Romana Jura exornent I Feud. I §. 3: *Hoc autem notandum, quod, licet filia, ut masculi, patribus succedant legibus, tamen ab successione feudi remouentur;* II Feud. XXXVII pr. *eodem prorsus observando, quantum ad ordinem gradus, qui continetur in legibus;* II Feud. LVI: *& quæ ut indignis legibus auferuntur.* Verum enim vero quis, etiam deficientibus rerum gestarum monumentis, negare audeat, civitatem tam ab antiquo nobilem, tam ista tempestate, quæ Pax Constantiæ fiebat, præclaram, ut vel primo loco in Tabulis illius Pacis legatur, peculiaribus Statutis fuisse exornatam, licet temporum injuria omnes Codices hoc Veronensi priores interciderint. Sed & hic ipse Codex satis monstrat, per ea, quæ post Cap. CCLXIII leguntur, priora illa capita esse anno MCCXXVIII antiquiora, posteriora dicto demum anno esse superaddita, quod ipsum veteris Juris Supplementum dubio procul occasionem subministravit, ut publicus civitatis Codex a *Wilhelmo Calvo* describeretur, atque ita, ut omnium novissimus, ad nostram usque ætatem servaretur. Denique, cum totius Operis compages, ordine prorsus nullo coaliti, satis monstrat, alluvionis ritu Jus illud Veronense in istam molem

lem excrevisse, tum stilus prorsus singularis; est enim totus ille liber, tot capitibus constans, unum Jusjurandum Rectoris, manifesto indicio, primam istorum Statutorum basim atque fundamentum fuisse Sacramentum Potestatis Veronensis, paucis dubio procul capitibus consistens, cui per seculorum decursum tot capita pedetentim paulatim addita sunt, ut in Juris Civilis Veronensis Volumen sat spissum, licet tenore sermonis minus commodo, evaserit. Non injucundum erit, nonnihil exempli loco adduxisse, maxime, quod ita omnibus Juris Civilis studiosis perspicuum futurum sit, hoc Juris Veronensis Civilis corpus ab illo Romano multum abire. Cap. XXI statutum, *ut ne Judices, de appellatione cognoscentes, alienius appellationem admittant, nisi primo ille, qui appellaverit, juraverit*; idem in Germania nostra alicubi servari, ex ipsis rerum argumentis didicimus. Cap. XXIII, *a quolibet possessorio judicio & a quolibet gravamine licere appellari ad Potestatem*; Cap. XXIX, *principalem debitorem prius conveniendum, quam fidejussorem, licet renunciatum fuerit illi Juri*; Cap. XXXIX, *Commodatarium teneri de omni fortuito casu, eo salvo, quod si animal commodatum fuerit, non teneatur commodatarius, si eo modo interierit, vel deterius factum fuerit, quomodo interisset, vel deterius factum fuisset, si commodatum non foret*; Cap. CXVII, *creditori, si per decennium siluerit, nec usuras inde acceperit, vel in termino non steterit, vel si debitor per predictum decennium per ipsum creditorem extra trevam non steterit, post decennium audientiam non dari*; Cap. CXX, *viam per fundum alienum non nisi XL annis prescribi*. Sed & illi, qui Jcti non sunt, maxime si eos antiquitatis & linguæ patriæ studium tangit, habebunt, quod agant, fructumque ex illius Voluminis lectione ferent. Inde discere est, quinam *Extimatores* Veronæ fuerint, Magistratus, qui & bonis debitorum vendendis, & confirmandis minorum Ecclesiarumque contractibus & fundorum vendendorum vel permutandorum æstimationibus præfuerunt Cap. XXXIII. *Ambaxatores*, Legatorum privatorum genus, ex Cap. CXXIX & CCXLVIII noscere datur. *Cercatores*

tores inquisitorum genus fuisse leguntur Cap. CLXXIX, quorum fuit, in priorum Magistratum res gestas inquirere, & num aliquid turpiter acceperint vel habuerint, indagare. Ipsum *Posta* vocabulum, pro Lege municipali initio Operis verbis supra adscriptis usurpatum, singulare est. Clarissimus locus est Cap. II: *secundum leges & bonos mores, & Postas, sive Jus Civile infra scriptum*, adde Cap. XI, si lubet, pag. 13, & Cap. XXXIII pag. 31. Uti origo nominis dubio procul a latina voce *Posta* est per contractionem, ita nulli dubitamus, sensum esse germanizantem, *Posta, Gesez, Sazung a Sezen, Ponere*. Similis naturæ vox est *Podere*, quod *Ducangius* in Glossario explicat *Possessionem, pradium rusticum*; & sane favet nostri Juris Veronensis Cap. CLXXX: *Item nullus homo de districtu Verona, qui habet castrum seu Villam vel aliud Podere in consinio districtus Verona, &c.* conf. Cap. XXXIV. Verius tamen est, omnem alicujus hominis substantiam, aut id, quod in ea præcipuum est, immobilia puta, eo nomine venisse, *das Vermögen*. Cap. XXXV: *Et sufficiat, si subastatio facta est de bonis, hoc modo: Bona, sive Podere, que fuerunt quondam Martini & nunc sunt suorum heredum.* Germanicam originem hujus locutionis satis designat usus verbi infinitivi pro nomine substantivo. *Potere* autem est infinitivus, in lingua rustica servatus, verbi obsoleti *Poteo*, cujus in Latio superest participium *Potens*. Ejusdem commatis sunt illa Cap. CCLXXVI, *Item, si in aliqua villa districtus Verona - - mercator cum mercibus seu cum avere in die hospitatus fuerit - - ut navis vel avere in nocte custodiatur - - & damnum datum fuerit de navi seu de avere &c.* Quid impulerit *Ducangium* scribere, esse ex Gall. *Avoir*, ignoramus. Est ex latino *Habere*, cui & Gallicum; *Avoir*, suam originem debet, per Germanismum infinitivi pro nomine Substantivo. Nos dicimus, *die Haabe*. Nimis manifesta sunt vestigia Veronensium olim Germanizantium in eorum Jure Civili, ut ad Gallos recurrere nihil opus sit. Cap. I pag. 2: *Nec spia ero nec quida ero ad dampnum Verona.* Non effugerunt hæc verba diligentissimum *Ducangium*, sed ex rivulo

Hier.

Hier. dalla Corte Historia Veronensi, cujus nunc fontem beneficio nostri *Campagnola* tenemus. Nostri dicunt *Spaben*, *Auspaben*, Belgæ *Spieden*. *Octavio Ferrario* pro more est a Latino *Specular*. Rectius *Cl. Wachterus* in Glossario Tuo, cum in Præfat. §. 13, tum in ipso Glossario voce: *Spaben*. *Sturmenum* est nostrum *Stürmen*. Cap. LXXXVIII: *Si quis in Sturmeno vel Assultu cum armis interdictis vulneraverit*, &c. item Cap. CV. *Si aliquis fuerit manifestatus per duos Juratos bonæ opinionis alicujus villæ, quod tulisset arma interdicta per villam, stando, cundo, & redeundo per villam, aut ad assultum vel Sturmenum, auferam bannum*. Vocabulum hoc effugit *Ducangii* diligentiam. *Rosta* vox nostris Architectis notissima occurrit Cap. CXXXVI: *Nec permittam esse vel fieri per Fossatum Busseti - - aliquam Rostam, vel aliquod impedimentum*. Nostri etiam sermonis sunt *Waldemanni* Cap. CLXXXIII de Lanceis, Lanzonibus & Balestis non portandis: - - *Hoc tamen salvo & addito, quod Potestas Verona possit concedere deferre dicta arma aliis in servicio Communis Verona, & saltuariis & Waldemannis, etiam hominibus habitantibus in consinibus districtus Verona, & Walcarii* Cap. CXCIII, ut nullum ministerium habeat *Gastaldionem* nisi de se. - - *exceptis Molendinariis & Walcariis, qui possint habere Gastaldionem, quem voluerint de Dominis Molendinorum & Fullonum sive Walcatorum*. Possunt & hæ voces novo *Ducangio* supplemento esse. Sed redeamus ad ipsum Opus. Hujus præterea frontem laudatissimus Editor *quinque documentis* antiquis Seculi XII, XIII & XV, calcem duobus *Opusculis RATHERII Episcopi Veronensis* exornavit, quorum alterum est *de Vita & Translatione S. Metronis*, alterum *Epistola dua ad Manassem, Episcopum Vicentinum*. Magno beneficio obstringet antiquitatis amatores, maxime autem Juris veteris studiosos, eruditissimus *Campagnola*, si alias locupletissimi Archivi gazas, imprimis *Synodales Tebaldi & Petri Scaligeri, Episcoporum, ac Capitulares Constitutiones, XIII & XIV Seculo publicatas, nec non Latini Hostiensis & Vele-*
tren-

srensis Episcopi Cardinalis & Aquilejense Provincialia Statuta, ejusdem antiquitatis, præstantissima opera sua in lucem publicam vindicabit.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΕΓΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ
ΒΙΒΛΙΑ ΤΡΙΑ,

h. e.

ARISTOTELIS DE RHETORICA, SEU
Arte dicendi, Libri tres, Græco-Latini.

Cantabrigiz, 1728, 8 maj.

Alph. I pl. 14.

Quamvis nonnulli, qui *Aristoteli* adscribuntur, ejusque nomine circumferuntur, libri tanto tamque acuto viro vix digni merito habeantur; dignissimi tamen suo Autore jure optimo censentur, quos *de Arte Rhetorica* conscripsit, quique ad nostra tempora pervenerunt, libelli. Nam, sive acumen inventionis, rerumque copiam, sive methodus præceptorum, sive denique dicendi genus, quæ in his libris elucet, consideremus, vere *Aristotelicum* hoc Opus reperimus, non injuste a nonnullis *aureum* appellatum. Nec ipsum Autorem hujus monumenti puduisse, vel ex eo intelligitur, quod non dubitavit ad scripta alia a se jam tunc edita passim provocare. Et continentur sane his libris præcepta bene & apposite dicendi universa, & compendium Artis Rhetoricæ absolutissimum. In hac vero, de qua dicere instituimus paucis, editione ipsa verba *Aristotelis* Græca, textum vulgo appellant, exhibentur ad exemplaria selectiora studiose emendata, fati que accurate, si nonnulla operarum errata exceperis, typis exscripta, & non solum in Capita, ut in aliis factum, sed & in Sectiones, his breviores, distincta. Iphis *Aristotelis* verbis proxime subjungitur singulis paginis Latina interpretatio, quæ, licet in plerisque Græco sensui præclare respondeat, & sæpius non tam verbum de verbo exprimat, quam ipsam Autoris mentem illustret, tamen suis non plane caret maculis. Quodsi enim id in-
mis

mis requiritur in interprete, ut, in quamcumque linguam transfert aliena, pure & genio linguæ, in qua scribit, convenienter loquatur, utroque hoc vitio Latinam hujus editionis interpretationem laborare, observavimus haud difficulter. Sic pag. 49 nomina *γεωμότης* καὶ *συμότης* redduntur *nasi aduncitas* & *fimitas*. Equidem nomen *aduncitas* satis Latinum esse novimus, an vero *fimitas* eodem civitatis Romanæ jure gaudeat, non immerito videmur dubitare.* Et eadem pagina jam dudum ab elegantioris literaturæ studiosioribus barbaris annumeratum e contra, in hac ipsa Latina interpretatione legitur, ut taceamus *prolixa*, *prolixitas*, sensu omnino minus probato adhibita p. 522, & 430 *congruitas*. Nec ipsa *Aristotelis* sententia ubique pro eo, ac decet, expressa videtur. Nam, quando p. 50 verba, *πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περιόδοι χρησίμας*, ita Latine vertuntur: *ad legum institutionem quidem libros de regionum peregrinationibus utiles esse*, vix apposite ad mentem scriptoris reddita videntur, cui non de libris peregrinationum in alienas regiones, sed de ipsis his peregrinationibus in exteras terras, sermo est. Pag. 522 Græca, *Δὲ γὰρ μὴ μακρῶς διηγείσθαι, ἀλλ' ὡς πρὸς μισθῶσαι μακρῶς, εἰς τοὺς πῖσις λέγειν*, sic Latine efferruntur, *Oportet enim rem haud prolixe narrare, ut nec exordiri prolixe, nec prolixam fidem facere*. Non facile quisquam, licet Latine doctissimus, quid ultima sibi, ut reliqua omitteremus, verba velint, *prolixam fidem facere*, intelliget, nisi Græca, ipsis longe clariora, consulat. Interim tamen hæc ipsa interpretatio minime raro ita verba *Aristotelis* circumscribit potius, quam reddit, ut Commentarii vices suppleat. Vide pag. 63, 96, 419, alibi. Quod ad Observationes, quæ proximum ab interpretatione locum occupant, attinet, satis nobis videbimur de iis dixisse, si ex una pagina eas decerptas exhibuerimus. Itaque pag. 127 hæc leguntur: *Rejicit divisionem nonnullorum Rhetorum, forsitan Isocratis, qui in causarum numero complexi sunt etiam atates hominum & habitus. Neque enim atates esse veras actionum causas, nisi tantum ex accedenti, ut ostenditur exemplo juvenum. Neque etiam*

etiam fortunae, ut exemplo divitum & egenorum. Ex quibus intelligitur, methodum in illis analyticam tantummodo tradi. Atque his ipsis annotationibus inferuntur etiam loci, ad quos *Aristoteles* hinc inde provocat, Autorum non aliorum solum, verum etiam ipsius *Aristotelis*. Quorum hi quidem ea, qua par est, accuratione citantur, illi vero satis perfunctorie, vix libro, nedum capite aut versu, nominato, afferuntur. Variis denique lectionibus, quibus infima cujusque paginae pars contingit, semper praefigitur Γε. sensu omnino dubio, cum hac ratione non constet, utrum lectionem receptam, an variantem subjectam, ducat Cl. Editor praefendam. Nobis certe neutrum in hac editione locum habere posse videtur. Nam, tametsi in multis praestat illi, quam ipsa verba praeseferunt, lectioni inter varias relata scriptura, sicut p. 81, 192, & alibi, tamen in non paucis etiam huic illa omnino est anteposenda, quemadmodum p. 50, 112, 502, &c. Unicuique *Aristotelis* libro statim subjiuntur annotationes in eum quaedam ex *Victorii, Majoragii & Fabii Psulini* Commentariis selectae. Ceterum, quemadmodum universo huic Operi praemittitur praeter Praefationem brevem Tabula generalis, seu ἀναφοραίως trium *Aristotelis* librorum, sic ad calcem accedit Index rerum in his ipsis libris memorabilium Latinus. Neque id nobis silentio plane praetereundum esse existimamus, eundem, qui hos *de Arte Rhetorica* libros *Aristotelis* edidit, Autorem etiam simili ratione editionem libri *Aristotelis de Poetica* emissurum, quod ex iis perspicitur, quae modo datae Tabulae generali subjecta editiones *Aristotelicorum* librorum indicant, quibus in Annotationibus Autor est usus.

JOANNIS GEORGII LIEBKNECHT,
 SS. Theol. D. & ejusdem ac Mathem. in Academia Gies-
 sena P. P. Ordin. Sc. Societatis Regiae Britannicae &
 Boruff. Membri, Hassiae subterraneae Specimen, cla-
 rissima testimonia diluvii universalis, hic & in locis
 vicinioribus occurrentia, ex triplici regno, animali,
 vege-

vegetabili, & minerali petita, Figurisque aeneis exposita, imo omnis antiquitatis exempla certissima exhibens, occasione arboris in mineram ferri mutatae, quae variis Observationibus & nova ferrum ex limo coquendi metodo illustratur. Cui accedit 1) Cel. D. JO. GEILFUSII Tractatio Latine facta de Terra sigillata Laubacensi; 2) Dissert. Epistolica Autoris de Serratis & bigatis nummis, ad locum Taciti de Moribus Germanorum Cap. V.

Gießz & Francofurti, apud Eberh. Henr. Lammers, 1750, 4. Alph. 2 pl. 21. cum Fig. 21. 16.

Liber, curioso argumento eminens, Serenissimo Principi Magnae Britanniae & Walliae, Electoratus Brunsvico-Lunenburgensis Haeredi, *Friderico Ludovico*, est inscriptus, ostendens, Autorem S. Rev. A. 1727. d. 14 Dec. in Societatem Scientiarum Britannicam fuisse receptum. Opus ipsum ante decennium & quod excurrit, scilicet A. 1714, in forma octava lucem primam adspexit. At nunc insignibus ditatum accessionibus, & illustrationibus locupletatum, bonis avibus prodiit denuo, invitamentis precibusque Virorum summorum id expetentibus. Dissertatio de *Nummis serratis & bigatis* olim per Epistolae modum ad Rev. Abbatem Loccumensem, *Justum Christophorum Babmerum*, & Illustr. *Jo. Georgium ab Eckart*, data erat. Observationum de *Antiquitatibus quibusdam Solmensibus* partem in hisce *Actis* jam Anno 1727 *Mense Augusto p. 373 seq.* cum orbe erudito communicavimus. Quibus per eam salva fuit mota, ii hic invenient delicias suas. Tractatio, de *Hassa subterranea* suscepta, in tres abit *Sectiones*. *Prima* evolvit argumentum de universalis diluvii reliquiis. *Secunda* complectitur regnum minerale, & ex hoc arborem in mineram ferri in *Wetteravia* mutatam. *Tertia* ex adductis eo usque reliquiis *Wetteravicis*, tam artis, quam naturae operibus, contemplatio transfertur ad triplex regnum physicum & ad metamorphosin illarum reliquiarum.

Singula spirant cultum Numinis sincerum, iudicium limatissimum, industriam & accuratorem elogiis majorem. Fundamenti loco præmittitur id, quod ex doctrina de creatione ad faciem terræ innoxiam, & inundatione universali in deterius lapsam, illustrandam, tum e sacris literis, tum ex lumine rationis & testimoniis ethnicorum, facere videbatur. *Spiritum Domini, qui ferebatur super aquis*, non fuisse ventum intensissimum, eumque naturalem, argumentis non contemnendis evincitur. Inprimis vero id liquido est ostendendum, terram ante lucem illam *Gen. I, 3*, nondum per unam alteramque vicissitudinis periodum stetisse. Sunt enim inter Anglos viri longe perspicacissimi, qui a Mose periodum telluris Adamicam describi existimant, rati, sufficere homini ad vitam æternam deducendo, si norit, hoc universum a Deo esse creatum & conservatum, quamvis ab inciso primo *Gen. I* usque ad incisum tertium innumerabilia carptim enarrentur, vel potius attingantur, quæ ex visceribus terræ inspectis penitus evolvi queant. Unde enim sunt partes navigiorum in mediterraneis profundissimisque terræ cavernis? Undenam gemmæ durissimæ tenent conclusas vermiculorum figuras aquarumque guttulas? Materia cornea pyritis circumdata excoriationis videtur potius nota, quam inundationis. Sic illi. De luce primigenia & excitatione ejusdem Autor porro differit, ac exinde diversa terræ strata derivat. Terram illico exuisse naturam benigniorem, simul ac homo a Deo desciverat, idem contendit, invitis aliis, qui eam terræ labem diluvio demum credunt inustam. Per תהו *Gen. VI, 11*, intelligit interiorrem terræ locum, seu ipsum gravitatis centrum, cujus fontes singuli rupti moles aquarum suppeditaverint, adornando cataclysmo Noachico sufficientes. Hac ratione multis obviamitur objectionibus, quæ contra Diluvianos necluntur, partim exiguam aquæ marinæ copiam in partes vocando, partim, tantam fossilium dissipationem vix una inundatione fieri potuisse, causando. Diluvii Noachici ex lapidibus figuratis deducta veritas sua luce radiat. Verendum tamen est, ne vasa præpropere conclamemus. Dantur enim figurata terræ

21 seq.

25 seq.

29.

33 seq.

cor-

corpora, quæ sunt recentioris originis : existunt figuræ ex appressione corporis, e. g. in marga humectata, in topso, in argilla, uti id stalactites, osteocolla, lithobiblia, & alii lapides, loquuntur. Distincte ostendendam esse, alii clamant, ex unico universali diluvio figuratos diluvii testes universos produisse : hypothesein illam de speciebus nonnullis animalium in diluvio Noachico penitus extinctis argumentis esse corroborandam, ne asylum ignorantie & elabendi rima credatur patere. Sunt, qui consultissimum ducunt, recenseri observationes accurate, omittis hypotheseibus & conclusionibus : facile enim fieri posse, ut ob amorem hypotheseos semel susceptæ observationum veritas depravetur, & minus dextre exponatur. Cum, terram stare immotam, & Antipodes non dari, crederetur, neglexerunt plurimi attentionem, in ea phænomena dirigendam, unde motus terræ & Antipodes comprobari potuissent. Sufficit, literis sacris asseri diluvium Noachicum, idque universale. Ita ratiocinantur nonnulli, an recte, id alii judicent. At Vener. Autor longe secus statuit, nihilque eorum omittit, unde patescere potest, strata terræ perturbationibus afflicta & corpora petrefacta esse monumenta diluvii Noachici. Figuras animalium & herbarum, quæ ante & post inundationem illam feralem fuerunt conspicuæ, easdem existisse, ex eo comprobare conatur, quod formæ rerum sint immutabiles. Quo leviora fuerunt corpora emota, eo tardius subsederunt. Unde contigit, ut petrefacta leviora circa supremam inveniantur superficiem, graviora cum æque gravibus subsederint altius. Terra paludosa, quæ vocatur *torfa*, est miscellanea quædam colluvies, constans præcipue erica & musco demerfis, bitumine & sulphure nonnullo exsatiatis. Arbores, herbæ & frutices, solidioribus ac bituminosis stratis immerfi, induruerunt ; reliqui sunt exesi ac ab aeris perlagentis vi consumti. Piscium figuræ, lapidibus impressæ, indicant, materiam lapidum ejusmodi olim fuisse mollem & fluidam. Conservationi figurarum inserviunt afflatus metallici. Unde id quoque patet, metalla adhuc post diluvium fieri & consolidari. Suspiciatur Autor, spiritum & essentias, e ligno alneo elaboratas, idem in morbis martialibus efficere, ac ferrum rite paratum.

Pag. 44.

46.

51.

53.

56.

60.

- Soli alnorum cortices suppeditant tinctoribus nigrum succum, Pag. 62 seq. perinde ac \oplus aut \oslash acido quodam corrosus. In *Capite tertio Sectionis prima* sistuntur nonnulla diluvii monumenta
- 70 seq. Wetteraviensia, ex regno animalium repetita. Huc refert Vir Vener. trochitas varios, quos vocat *stellares & asterias*. Pace tanti Viri monemus, hos aliosque trochitas, quorum centenz sunt species, esse partes petioli, cui encrini insistant, & quia encrini quondam frutices fuerunt, ad regnum vegetabile videri referendos. Vestigia impressorum trochitarum, qui interierunt, obvia sunt in saxis Hercinici jugi, prope Haenkleee copiosissimis. Exinde apparent ea spectatoribus passim in lithophylaciis. Omittimus alia petrefacta, hic producta.
- 107 seq. scribitur porro Numen *Boni Eventus* multo eruditionis apparatu, una cum nummis Romanis per Wetteraviam & ad Rhenum obviis. *Sectionis prima Capite tertio* præter antiqua
- 130 seq. monumenta, ex regno vegetabili deducta, explanantur lignorum & lapidum testes diluvii universalis. De urnis Giessensibus inferuntur nonnulla, nec non de Munzenbergensibus diluvii monumentis. Apparent hic folia variarum arborum & algæ species. De nummis Romanis, in Wetteravia inventis, proferuntur non contemnenda. Urna ad vicum Villingen curis Illustrissimi Comitis Solmensis & Braunfeldensis, *Wilhelmi Mauriti*, debetur. Fuit hæc quoque orienti obversa. Idem momentum situs jam a Cl. *Joanne Mordano* Anglo notatum. At, quænam subsit ratio, nemo satis exposuit. In urna Laubacensi A. 1719 annulos æneos inventos, ex *Tab. IV Fig. I*, his *Actis A. 1727 p. 375* inserta, æstimare licet. De Cattorum annulis ferreis locus exstat perspicuus penes *Tacitum de M. G. Cap. 31*. Sed hi sunt ænei. Suspicio est, ære signatam fuisse immortalitatem. Germani forsitan bullas Romanorum sunt imitati, armillasque, in sinistro brachio adhibitas. Si nobis liceret addere suspicionem nostram, annulos istos pro signis ligamentorum haberemus, quæ instar armillarum a simulacrorum cultoribus adhibita fuerunt. Nonnulla hanc in rem attulit Illustris quondam *J. G. ab Eckart* in *Comment. de Rebus Francia Orientalis L. XXIII p. 417*.

435. Hinc Vener. Autoris diligentia ad regnum minerale progreditur, ac venusta promit philosophemata de arbore in mineram ferri mutata, de qua jam in hisce *Actis A. 1710* mentio facta, nec minus in *Anglicanis Memoires of Literature A. 1710 Nov. 7 fol. 152.* In *Sectione secunda* specimina peritæ Physicæ, Chymicæ, Antiquariæ, Theologicæ, ac Mathematicæ, eduntur loculentissima, quæ apud Autorem legi malimus. Projectio arborum subterraneorum ab eodem tri- Pag. 409.
 buitur inundationi Noachicæ, earumque commutatio in lapides & metalla ostenditur. Corollarii loco docetur diluvii illius universalitas. Nummi ferrati & bigati ad extremum collocantur in luce. Bigatos illustrat locus *Plinii L. XXXIII, 3,* 423.
 ex quo constat, eis signum bigarum fuisse impressum. Serratos a figura ferræ impressa dictos, multi contendunt. Addunt alii, ferratos ab ambitu ferrato dictos. Autor eos potius a typo profundius impresso, quo literæ conferratæ, i. e. connexæ & implicatæ, repræsentantur, denominatos esse judicat. 472.
 Tales ipse ex apparatu suo numismatico in medium profert, & in Tabula adjecta cum lectore communicat. Suspiciatur, *as- 475.*
speros nummos veterum ab hisce non abluere. Tudicula simili premuntur nummi nostri, cum ad minus pretium devolvuntur. Quare fit credibile, ferratos ob certi pretii determinationem similiter fuisse notatos. Opus ipsum Indice, diligenter contexto, absolvitur.

ESAIÆ PUFFENDORFFII, POTENTISSIMI
 Magnæ Britannicæ Regis Consilarii in Supremo Appellationum Tribunali, Introductio in Processum Civilem Electoratus Brunsvico-Luneburgici, Provinciarumque ei annexarum, Bremensis, Verdensis, Lauenburgensis, Hadelensis, nec non Ducatus Brunsvico-Guelpherbytani, Episcopatus Hildesimensis, & Comitatus Schaumburgensis.

Francofurti & Lipsiæ, impensis Jo. Jac. Færsteri, 1733, 4.
 Alph. 4 pl. 17.

Est omnino illorum laudanda opera, qui ad processum judicarium introducunt eos, qui ad causidicinam naturali quodam impetu feruntur; illorum præcipue, qui non infamibus & pestiferis cautelis hominum ad forensia bella sese præparantium, & quorum plerique ad malitiam & improbas artes natura proni sunt, animos seducunt atque pessumdant. Quamvis enim tot Compendia Processus in libratorum tabernis venalia sint, illa ut vix una vehere queat ratis, nihilominus desunt adhuc semper ejusmodi Compendia, in quibus ordo, methodus, atque solida scientia utramque paginam faciunt. Plerique, qui ad scribendum rei judicariæ ordinem accesserunt, tanquam canes ex Nilo bibentes nimis festinarunt, & cæcos parturiverunt catulos. Sola Saxonia Superior hac singulari atque præcipua felicitate utitur, quod præstantissimi exquisitissimique Viri certatim quasi ad fori adyta eduxerint sacratam Themidi juventutem. Regnant ibi *Rauchbarus, Berlichius, Carpzovius, Rivinus, Menckenius, Gribnerus, Bergerus, Wernberus, Barthius, Leyserus*, qui in aureis Commentariis suis quotidianum fori usum severe inculcant. Veniunt nunc in eandem fortunæ partem Brunsvico-Luneburgenses terræ, & quæ iisdem parent, provinciæ, quarum jura nunc publici juris facit Ill. *Puffendorffius*, & cum exteris cordate integreque communicat. Est sanctum venerandumque literatis hominibus *Puffendorffianum* nomen, & nunquam emori sinet grata posteritas illud incomparabile patrum, *Samuelem & Esaiam Puffendorffium*, Viros immortalitate dignissimos. Illorum merita feliciter æmulatur *Puffendorffianarum* opum *Puffendorffianique* ingenii hæres, libri hujus plastes doctissimus, & jam aliis elaboratissimis scriptis editis nomen clarum atque illustre consecutus. Ipse enim primus iter fregit, ducibus relictis, & partes processus judicarii terrarum Brunsvico-Luneburgensium omnes egregie atque erudite persecutus est. *Quinque Partibus* totum hoc Opus absolvitur. *Prima pars de Processu judicario in genere; Secunda de Actibus Processus Civilis præparatoriis; Tertia de Actibus Processus mediis; Quarta de Actibus Pro-*

Processus posterioribus, & quidem suspensivis & devolutivis; Quinta de Actibus Processus posterioribus, & quidem executivis, præcipit. Quamlibet Partem in Capita, & Capita in Sectiones minutulas, dividit Autor. Sed singula Capita singulasque Sectiones recensere, vel specimina afferre ex hoc Opere, libri conditio prohibet, præsertim cum nobis, qui mansuetioribus Musis delectamur, cum turbida & bellicosa ista natione nihil sit commercii. Quapropter brevibus edocebimus Lectores nostros, quæ hujus libri dos sit. Illustrat Autor ita Braunsuico-Luneburgenfium terrarum jura, ut Romana, Pontificia, Imperii Germanici & vicinarum provinciarum jura cum iisdem solícite conferat, quæ aliquam cum illis similitudinem habent, explicet, quæ ab iisdem divortium faciunt, cordate indicet, æquitatemque legislatorum Serenissimorum in legibus hisce condendis ex merito dilaudet. Non vero solos forensium mysteriorum doctores sequitur, verum etiam in consilium vocat melioris notæ JCTos, ex quorum fontibus rivulos suos nonnunquam irrigare solet. Opus profecto, quod non solum illis, qui in foro verisque litibus versantur, sed etiam eis, qui formam & ordinem processus aliarum terrarum scire cupiunt, apprime utile futurum sit.

TABULÆ ANATOMICÆ, IN QUIBUS CORPORIS humani omniumque ejus partium structura & usus brevissime explicantur. Accesserunt majoris perspicuitatis causa Annotationes & Tabulæ æneæ; Autore JOANNE ADAMO KULMO, Med. Doct. ejusdemque & Physices in Atheneo Gedan. Prof. Publ. Ordin. & Acad. Imper. N. C. Sodale.

*Amstelodami, apud Janssonio-Waesbergios, 1732, 8 maj.
Plag. 14, Tabb. æn. 28.*

Undecimus jam annus est, quod Cl. Autor, suis præcipue auditoribus consulturus, Tabulas has Anatomicas, easdemque patria lingua conscriptas, primum edidit, quod tironibus Anatomix spissiores Anatomicorum libros tædium, Compendia vero, ob inopiam figurarum, obscuritatem parere satis cognovisset. Divenditis non ita multo post exemplaribus, prelum de novo subiit libellus A. 1725, sed insignioribus Observationibus, velut altera parte, auctus. Tertiam nunc præ manibus habemus editionem, eandemque Latine versam, prioribus cum propter figurarum numerum, earumque & chartæ nitorem, tum alias etiam accessiones & decora, superiorem. Una re non satis placet. Erant in altera editione singulis Tabulis singulæ ut plurimum paginæ destinatæ, ut uno velut conspectu omnia cujusvis Capitis momenta facillimo negotio paterent, Annotationibus ad calcem rejectis. Eundem ordinem retenturus erat Cl. Autor, sed aliud Bibliopolæ videbatur, qui notas ubique textui subjunxit, adeoque effecit, ut ob spatii angustiam distractæ Tabulæ per plures sæpe paginas protendantur. Figurarum nonnullas in nova hac editione Autor ipse delineavit, reliquisque nunc latius distributis addidit, adeo, ut nunc singulæ Textus tabulæ, quarum duodetriginta numeramus, singulis quoque figurarum Tabulis illustrentur. Ex his ductus thoracici delineatio Ill. *Ruyfchii* maxime approbata est, cui etiam Opusculum Autor dedicavit. A Germanica editione versio hæc vix ac ne vix quidem dissidet, verbo tantum uno vel altero hinc inde adjecto vel mutato; ipsumque libellum tam scite & concinne conscriptum esse jam in medicis Germanicæ scholis constat, ut inter præstantissima Compendia suo jure referatur. Ipsæ autem Annotationes eo valent, ut vel Tabulas illustrent, vel, quæ brevius ibi dicta erant, latius deducant, quod exemplo ligamentorum, articulationumque, ossium & foraminum cranii, item ramificationum arteriarum, &c. liquet, aliæ controversias Anatomicas tractent, nonnullæ etiam argumentum Physiologicum persequantur. Nos pro more nostro breviter quædam afferemus. *Pag. 26* omnem differentiam glandularum & vasculorum glandulas mentientium unice in membrana,

na, qua glandulæ investuntur, positam esse existimat, utpote quæ in simplici illa vasculosa compage vel plane desit, vel quibusdam in locis forte adeo tenera existat, ut sub præparatione facile dilaceretur, adeoque visui se subducat. *Pag. 64* fœminarum æque ac virorum capillos ab injectis vinculis fieri longiores contendit. *Pag. 78* ita commercium mentis & corporis explicat, ut ab harmoniæ præstabilitæ systemate parum vel plane non abesse videatur. Quia plures ex Anatomicis, interque illos & *Heisterus*, negarunt, foramen *Stenonis* in palato post dentes incisivos in hominibus & animalibus vivis, eorumque cadaveribus, reperiri, quanquam in sceletis deprehendatur, *pag. 90* Noster monet, se illud in cervo, urso, capreis, leporibus, vitulis permultis, canibus, aliisque animalibus, & nuper in puero duorum annorum, observasse, rationemque illud detegendi describit. Cum in altera editione Germanica unus fere ductui *Coschiviziano* suffragatus esset, nunc *p. 94* dubius hæret, an forte in illa monstri lingua, quæ tum temporis per aliquot dies cum annexis partibus aquæ fuit injecta, venas sanguine elatas, & aquam continentem, an vero sub venarum ramis veros ductuum salivalium ramos delitescentes viderit, quas, cum, *Heistero* observante, natura hic sæpius ludere soleat, deinceps tam facile reperire non potuit. *Pag. 162* embryonem per os liquore annii nutriri negat & pernegat. Illud vero miramur, quod *pag. 140* nomen intestini coli a colica repetit, cum potius, dolorem colicum ab hoc intestino, in quo potissimam sedem habet, dici, satis constet; item, quod *pag. 14* Myologiam *Cowperi* cum novis Autoris accessionibus nondum innotuisse perhibet, cujus tamen Operis splendidissimam editionem jam ante hos novem annos in *Aëtis* Nostriis dilaudavimus.

MORBI EPIDEMII BREVIS DESCRIPTIO ET
 curatio per Diaphoresin, Autore JO. DE GORTER,
 A. L. M. Medicinæ Doctore, & Professore
 Ordinario.

Harderovici, apud Wilh. Brinkink, 1733. 4.
Plag. 3 $\frac{1}{2}$.

Cum ea sit morborum epidemice grassantium indoles, ut quis alia facie incedat, aliamque poscat medendi methodum, hinc dubium sub initium reddat Medicum, qua potissimum ratione nondum satis cognitum hostem aggredi deceat; recte omnino ii, quibus perspecta est morbi indoles, sanandique compendium, publico prospiciunt commodo, qui sæviente adhuc malo, suam aperiunt sententiam. Quo nomine jure prædicandum est Cl. Autoris studium, quod morbi catarrhalis, qui præterita hyeme totam fere pervagatus est Europam, justam ideam, atque remedia huic congrua, ingenue communicavit. Ortus ille est, postquam præmature primum gelu steterat aqua, inde vero, cum frigus increfcere deberet, aer humidus, cœnusus, nubilus, & præter consuetudinem calidus, atmosphæram teneret; quo ipso materia insensibilis perspirationis retenta in corporibus, acrisque facta, tenuem illam atque subtilem constituit affectus hujus catarrhalis causam. Quæ, pulmonibus maxime infecta, difficilem respirationem, tussim, anxietatem, pectoris dolorem fere pleuriticum, induxiffe visa est; cui non raro febricula, plus minusve maligna, accessit, facile tamen, materia irritante remota, remittens, phlegmatibus pulmonum ex humoris mucilaginosi, latera bronchiorum obtegentis, tenacitate ortis, hisque miasmatis imprægnatis, sub sputi forma succedentibus, unde tussis importuna, quæ ob irritationem materiæ, in succo asperæ arteriæ & membranæ pituitariæ potissimum hærentis, continuo irritabat, non parum levaminis accipere solebat. Pensitata accuratius hujus mali indole, has formandas esse indicationes perspexit, ut, quia tenuis sit & volatilis materia, illa per insensibilem perspirationem educatur, cumve multa visciditate corporis intricata hæreat, ea solvatur, & utraque ejiciantur. Cui intentioni abunde satisfacere deprehendit spiritum salis ammoniaci extemporaneum, ex sale ammoniaco in aqua soluto & filtrato, & liquore alcalino ex sale tartari similive, inter se mistis,

paran-

parandum; in cuius locum etiam bini hi sales, aqua destillata diluendi, præberi possunt. Quod remedium tam certo tollendis catarrhis profuisse asseverat, quam cortex peruvianus intermittibus sistendis inservit; atque hanc formulam sibi familiarem commendat: ℞ Aq. puleg. hyslopi ꝑ̄ss̄iv, falsi ammon. depur. absinth. ꝑ̄ss̄ij, Rad. contrayerv. Theriac. ꝑ̄ss̄iij, Laud. Liquid. Sydenh. gtt. xx, ol. cort. citr. fassifr. ꝑ̄ss̄iij, Sacch. a. ʒj, Syrup. papav. a. ʒj. M. capiat quavis h. ʒj. Quam ita tamen temperaverit, ut, urgente æstu febrili, calefacientia minueret, & sal prunellæ adderet, motu vero languente, aquam theriacalem, tincturam croci, &c. adderet. Hanc methodum suam ut eo magis illustraret, primo docet, cur ab usu mucilaginosorum expectorantium, catarrhis frequentissime destinari solitorum, abstinendum esse duxerit. Materiam peccantem in larynge potissimum & membrana pituitaria hæere, antea deduxit, his vero illa incrassantia neque immediate, neque mediate, aliquid solaminis afferre, perspicue ostendit. Non immediate, utpote quæ has partes cito præterlabantur, & ad ventriculum deferantur: neque vero mediate, cum actione ventriculi & intestinorum ita attenuanda sint, ut per lactea vasa, quæ nihil glutinosi recipiunt, transire queant, atque sanguine semel mista, iterum coire in mucilaginem non possint. Imo, si concederetur, ea ad pulmones immutata pervenire, potius pulmonum plexus iis obstruerentur, quam ea per vasa excretoria minima transsudarent; demum ipsa materia peccans tenuis & acris aut corrigenda, aut quantocyus evacuanda, ne mora diuturniore magis corrumpatur, quam scilicet ejusmodi involventia conciliarent, tenaciusque adhærere facerent; cum contra resolventia salina phlegmata tenacia abstergant, sicque felicem expectorationem promoveant. Demum, methodum suam non sola observatione practica confirmari, sed theoreticis etiam principiis egregie respondere, evincit. Materiam enim insensibilis transpirationis esse lympham, in involucris fibrarum nervearum ab arteriis minimis eo tendentibus ad lubricandas illas depositam, quæ, peracto hoc munere, dum in corporis peripheria hæc in-

volucra in corpus reticulare mutantur, juxta latera papillarum evaporet, quibus accedunt emissaria arteriarum lymphaticarum in cute, pulmonibus, aspera arteria, patula, similem liquorem exhalantia. Si vero ab aere humido vel frigido impediatur hæc evacuatio, humorem retentum stagnare vel retro pelli, indolemque pravam acquirere, atque partim nervis, in quorum involucris hæret, molestant reddi, partim, pulmones & membranam pituitariam irritando, majorem humorum copiam eo allicere, sicque generare catarrhum. Medicamentum vero laudatum, ex sale volatili & neutro aqua dilutis constans, promptissime ad partes affectas pertingere posse probat. Neque enim opus esse censet longis illis per intestina & vasa lactea ambagibus, sed protinus in ore, œsophago, & ventriculo a venis absorberi, & per systema vasorum ad minima usque ferri; ubi levi suo stimulo lentos humores resolvant, atque acre illud exhalando secum auferant. Qui salutaris effectus eo feliciter impetretur, si & alia remedia, motum vitalem languidiorem excitantia, hisce prudenti consilio jungantur.

FRANC. ERNESTI BRUCKMANNI EPISTOLÆ
itinerariæ XIII - XXIV.

Wolfenbüttelez, 1729, 1730, 4.

Pl. 12, Tabb. æn. 9.

Duodecim priores Cl. Bruckmanni Epistolas itinerarias in hoc ipso *Supplem. Tomo X Sect. II p. 84* recensuimus. Nunc de duodecim aliis, quas deinceps edidit, pauca commemoranda sunt. Harum igitur prima, quæ est ordine tertia decima, de lapidibus agit odoratis: quarta decima de remediis quibusdam odontalgicis: quinta decima de farina fossili, qualis in Saxonia & Sillesia reperitur, neque aliud quidquam est, quam margâ quædam farinæ similis: decima sexta, cum duabus, quæ sequuntur, de sanctis Medicis: decima nona de memorabilibus Quedlinburgensibus: vigesima de tuberibus terræ: vigesima prima de Medicis Viennensibus

bus A. 1723, 1724, 1725, eorumque scriptis medicis: vigesima secunda de iisdem rebus, & de medicina Viennensi: vigesima tertia de alga sacharifera, polypo marino petrefacto, kakerlacken, frutice kozodrewina, & arbore limbowe drewo: denique vigesima quarta de marmore variorum locorum. In hac Epistola quinque & sexaginta recensentur marmorum species, quæ omnes inveniuntur in sic dicto monte pinifero, *am Fichtelberg*; quarum singularum exempla prostant in suppellectili lapidea Cl. Autoris, polita, & in formam quadratam accurate redacta.

ADDITIONES NECESSARIÆ AD CON-
siderationem corporis ac motus, anno elapso co-
ram Acad. Sc. Petropol. institutam.

Rigæ & Halæ Magd. in officina Rengeriana, 1732, 4.
Plag. 6.

Considerationem corporis ac motus, a Cl. *Schreibero* coram conventu Academico Petropoli A. 1731 institutam, *Mense Februar. A. 1732* recensuimus. Hanc, cum obscura visa esset nonnullis, iisque acumine præditis, nunc reiteravit Vir doctus, clarioremque ac certam reddere, & contra varias objectiones defendere, conatus est. Capita fere præcipua hæc sunt: vim motricem existere in omni corpore: hanc ex viribus elementorum compositam esse: vim inertiz corporis esse vim veri nominis, quippe cum corpus quodvis, vi inertiz, reagat in agens, & reagere sit agere, & actio ponat vim: vim inertiz esse vim movendi minorem, ad majorem alius corporis vim motricem sub contraria directione relatam: vim mortuam æque conjunctam videri cum motu, ac vim vivam, nisi quod illius motus sit intestinus magis, hujus vero magis sensibilis: vim elementorum nuncupari non posse vim movendi: eandem, ad generandam vim inertiz in corpore confluentem, non nisi præpostere dici posse vim inertiz elementi: recteque nos in his *Actis* mentem Cl. Autoris expressisse: vim derivativam esse vim primitivam corporis

ris specificatam vel modificatam, modificataque una vi motrice, eo ipso vires motrices universas modificari in æternum, & transitum ex chao in materiam ordinatam constituisse in modificatione vis unius primitivæ: vim mortuam esse vim motricem partialem in corpore, ex viribus aliquot conspirantibus compositam, insufficientem tamen ad motum corpori inducendum, ob vires resistentes, vel in ipso corpore superstites, vel in vicinis: denique passionem esse actionem minorem, ad majorem homogeneam relatam. Persuafus est Autor nobilissimus, se & Viro erudito, qui contra Dissertationem suam dubia movit, & ceteris omnibus, satisfecisse, neque ullo loco hæsurum attentum Lectorem, si saltem animo tenuerit, quæ ipse supposuit, perspecta.

ESSAY SUR L'ESPRIT, SES DIVERS CHA-
racters & ses différentes operations.

h. e.

TENTAMEN DE INGENIO, DIVERSIS EJUS
Virtutibus & Operationibus.

Parisiis, 1731, 12 maj.

Plag. 22.

Qna ambitione nonnulli ex Gallis ingenii sagacitatem, quam *bel esprit* vocant, genti suæ asseruerint, aliis omnibus facultatem hanc negantes, ex *Bouhoursi*, *Bellegardii*, aliorumque, scriptis, quorum compendia passim in *Actis* his olim dedimus, abunde constat. Difficile erat litem componere, cum causæ Gallorum advocati, vocis ambitum satis describi, aut conceptum verbis apte delineari non posse, contenderent. Intercedit jam Autor Operis hujus, accurate explicaturus, quid voce hac intelligendum sit, ut constet, cui vero facultatem hanc jure tribuere liceat. Indignatus enim, frequenti nimis arque vulgari ejus usu factum esse, ut ingenii sagacitas, sive *bel esprit*, tribuatur hominibus, in quibus vix micam salis invenias, aliis immerito detrabi, quasi ab omni intellectus

lectus virtute destituerentur, altius rem repetere, atque ipsas ideas, quæ voce hac comprehenduntur, curiose evolvere statuit. Sequi tamen principia Logicorum, Metaphysicorum, & reliquæ Philosophorum cohortis, consultum non duxit, atque sublimia, ut ait, *Cartesii, Malebranchii & Lockii*, inventa aspernatus, ab errore sollicitè sibi cavere instituit. Siquidem in omni scientia theoretica suspiciosum non nihil esse deceat, veretur, ne magni hi viri profundis meditationibus suis meras fabulas Romanenses potius excuderint, quibus incauti fascinantur, quam solida, quibus instruamur, quibusve in veritatis via provehamur, systemata. Rejecta igitur omni, quam ab illis accepimus, doctrinæ supellectile, in se ipsum descendit, inque suo intellectu argumentum hoc rimari suscipit. Eo tendens, *primo Capite* in ingenii humani naturam, *secundo* in causas errorum ejus inquit; *tertio*, quæ sit illa virtus, quam Galli *bel esprit* vocant, scrutatur; *quarto* intellectus humani bonitatem metaphysice considerat; *quinto* de usu ejus in civitate politica agit; & *sexto* vanam atque superficialiam ingenii humani ostentationem depingit. Explicaturus itaque, quid sit cogitare, & quibus præsidiiis opus sit, ut recte ac graviter cogitemus, repetit res gestas intellectus sui a primis infantis annis, observans, alias ideas ex prioribus gigni, alias novis destrui, & solam animi attentionem celerissimo ipsarum motui, ne intellectum prætereuntes evanescant, posse opponi. Sic extra se quasi positus Autor, *Archimedi* ex balneo profilianti similis, invenisse demum sibi visus est, ingenium, quod Galli *esprit* vocant, esse virtutem recte cogitandi, atque cogitationes illas accurate eloquendi. Deprecatur autem hunc vocis ingenii usum, quem vulgarem atque passim obvium esse contendit, cum Philosophi voce illa innatam homini substantiam immortalem exprimere soleant. Philosophorum sermone ingenium principium vocandum esse, vulgari autem virtutem sive facultatem dici posse, arbitratur. Definitionem ingenii, a se inventam, a brevitate, claritate, atque ambitu, vehementer commendat, magna que verborum pompa demonstrationem ejus pollicetur, quam pau-

cis deinde absolvit, suam demonstrandi rationem rigidæ methodo assuetis vix probaturus. Virtutem vocat ingenium humanum, ut intelligatur, donum naturæ illud esse liberaliter concessum, quod nostra industria mercati haud sumus. Recte vero ac sapienter hominem liberali illa largitione uti, debito honore ac cultu munificentiam naturæ prosequi, atque ita acceptum donum paulatim expolire, ornare, & amplificare, circumspiciendo studiose media, quæ artes ac doctrina suppeditant. Legere itaque omni animi attentione opera, ex eodem ingenii fonte promanantia, inquirere in cogitationes, verba, & figuras Rhetorum, secum reputare, an recte alter cogitaverit, scite ea, quæ proponit, disposuerit, eoque ordine omnia exhibuerit, qui instructo his artibus judici probari possit. Excolitur magis hoc naturæ donum amica cum aliis conversatione, qui eandem, quam a natura accepere, facultatem studiose exasciarunt, dum ad ordinem, quem vel cogitantes, vel distribuentes meditationes suas, sectati fuerunt, accurate attendimus. Cum itaque ingenii sagacitas virtute recte cogitandi absolvatur, necessarium ducit Autor, ante definire, quid sit cogitare, quam de cogitationum veritate ac præstantia arbitrari liceat. Idæ, quæ dum menti repræsentantur, cogitamus, Autori tabulæ pictæ esse videntur, quæ externa objecta animæ nostræ exhibent. Illæ cum magis minusve perfectæ sint, animum qui per sensus tanquam ministros suos cum ipsis cohæret, vel fortiter, vel languide feriunt; quapropter, objecta vel obscura vel clara, parva aut magna, pulchra aut deformia esse, judicamus. Novum hunc mechanismum esse, Autor arbitratur, cuius fons in intimo animæ cum sensibus nexu delitescat, vix certius, quam ex effectu, inveniendus. Inde sequi putat, geminam esse recte de objectis cogitandi methodum, alteram generalem, alteram magis particularem. Recte enim cogitat, qui partem duntaxat objecti alicujus accurate percipit, etiamsi omnem rei ambitum conceptu suo haud complectatur. Qui solem tanquam sidus concipit, ei hac cogitatione falsi nihil repræsentatur; sed multa adhuc desiderantur, ut hæc solis idea perfecta sit, siquidem omnibus ejusmodi universalibus ideis

deis obscuri aliquid adhaereat. Generales rerum ideæ objecta quasi per transfennam exhibent, cum altera cogitandi methodo longe clarius repræsententur atque explicentur, ubi v. g. solem non solum tanquam sidus, quod ipsi cum pluribus aliis objectis commune est, sed tanquam corpus, concipimus, cui soli honor ac dignitas terram nostram illustrandi ac fovendi relicta sunt. Eum igitur, cui ingenii gloriam tribuimus, ideis non modo veris, sed completis ita atque exasciatis, instructum esse par est, ut verbis eundem confessim in mente alterius conceptum excitare queat, qui ipsius intellectui obversatur, h. e. ut alii æque bene statim ipsum intelligant, atque se ipsum intelligit. Acumina igitur, quibus sermonem nostrum condire ac ornare solemus, ingenii sagacis indicia esse, Autor negat, nisi apto loco atque concinne proferantur; neque enim illa differre censet a difficilibus nugis, nisi, quas exprimere debent, ideæ justo ordine inter se concatenatæ & dispositæ sint. Illud forte paradoxum nonnullis visum iri conjicit, quod ad sagacitatem ingenii non modo recte cogitandi facultatem, sed habitum quoque justo ac concinno ordine sermonis cogitata proferendi, requirat. Sequi tamen alteram hanc virtutem ex altera autumat, cum impossibile sit, objectum aliquod mente recte concipere, nec verbis illud reddere, atque recte explicare posse. Videntur profecto verba obscura & ambigua confusionem atque imperfectionem idearum nostrarum certis indiciis proderere, atque, prout frustra desudamus in evolvendo ac explicando alterius conceptu, quem haud satis intelleximus, ita jure meritoque eos damnamus, quod se ipsos haud intelligant, qui ita loquantur, ut nemo, quid sibi velint, capiat. Nisi auditor forte torpido adeo ac hebeti sit ingenio, ut cogitata alterius, quæ diserte satis eloquitur, verbis, quæ captum hominis attenta mente auscultantis haud superant, assequi nequeat. Comparat Autor verba lineis, quas in tabula ducit pictor, atque, ut satis intelligatur, qua industria opus sit, ut animi sensa bene exprimamus, quatuor, ut sermo in suo genere perfectus sit, requisita deposcit: ut verba subjectis propria, elegantia, vivida, atque sublimia, seli-

gantur: singulorumque indolem uberius exponit. Sequenti Capite in causam errorum ingenii humani inquit, qua de re pace Lectoris multa non allegabimus. Cum enim errores illos inde inprimis sequi contendat, quod ideæ, quas quis in mente habet, essentia rerum haud convenient, doctrinas Capituli præcedentis ab Autore hoc Capite saltim inverti, & quæ illis repugnant, uberius evolvi, facile intelligitur. Illud durum multis videbitur, quod Autor omnes fere vel oscitantia, vel ignorantia, aut præjudicatarum opinionum caligine in Theologiam invecos errores intellectui humano tribuat, Philosophos autem & Astronomos, quorum artem vix intelligere videtur, multorum errorum injuriose postulet. Caput causæ sequenti discursu aggreditur, quid sit illud, quod Galli ingenii sagacitatem, sive *bel esprit*, vocant, explicaturus. Ante tamen pulchritudinis ideam evolvere atque accurate definire suscipit, censorum impetum se vereri causatus. Pulchrum perfectione objectorum niti, imo absolvi, arbitratur, quantum visui nostro illa patet. Ipsam perfectionem vocat agmen aut collectionem rerum ad regulæ leges accurate exasciatarum, suoque loco ea arte apte collocatarum, quam objecti natura ferre potest. Tam arcto igitur nexu perfectum & pulchrum cohærere ipsi videntur, ut impossibile sit, rem pulchram esse, nisi perfecta sit, aut perfectam, si ab omni pulchritudine destituatur; cum pulchritudo sit necessarius perfectionis effectus. Quantum hac pulchri explicatione ab usu vocis inter cives suos discedat, facile illi recordabuntur, qui legerunt, quæ *Bouhoursius*, *Crousazius*, aliique, olim de pulchro prolixè commentati sunt. Arbitrarium hunc sermonis usum sibi arrogans, vix sperare potest, quod se suaque civibus suis sit probaturus. Hoc ipsi jam suboluisse videtur, cum definitionem hanc pulchri uberius explicaturus, demonstrare suscipiat, inesse ei, quod pulchrum dicitur, suam atque insitam perfectionem, quæ non mera hominum opinione nitatur. Absque eo enim negandum esset, ipsum naturæ autorem pulchri ideam habuisse, cujus infinito intellectui rerum omnium ideæ sine dubio nunquam non obversantur. Ipse, cum infinite perfectus sit, ma-

jori

jori favore, si loqui ita licet, persequitur, atque vehementius amat objecta, quæ per naturæ suæ conditionem magis perfecta sunt. Id enim causa est, cur post se ipsum angelos & homines imprimis in deliciis habeat, & aliis rebus a se creatis longe anteferat, cum aliis magis perfecti & affines magis sint divinæ essentiæ. Bene dicendo omnibus operibus suis, quæ absolverat, non modo illa probari sibi testabatur, sed imprimis quoque opes atque ornamenta, quibus illa liberaliter instruxerat, solenni ratione declarabat. Præterea ex communi hominum consensu de rerum eximiarum præstantia id patet, dari omnino innatam objectis nonnullis pulchritudinem. Unanimi enim mortalium applausu pulchræ ædes, pulchra fœmina, & gratum omnium hominum obtutui præatum, excipiuntur. Non ex composito iis, quæ vere & eximie pulchra sunt, omnes applaudunt, sed ipsa rerum conditione atque essentia quasi fascinati calculum suum illis adjiciunt. Licet vero in eo, quod pulchrum est, omnino interna quædam dignitas atque partium perfectio deprehendatur, quam criminari aut accusare vix possibile est, alia tamen relativa quædam rerum perfectio est, judicio hominum atque contradictioni exposita. Objiciuntur ejusmodi hominum intellectui imprimis partes pulchri, quas secum invicem comparare licet. Mens enim, plura objecta inter se comparando, eorumque partes accurate distinguendo, majorem aliis dignitatem ac præstantiam tribuit, & ita quidem iis nihil detrahit, quas pulchritudine aliis cedere judicat, sed de excellentia duntaxat nonnullarum præ aliis statuit. Equidem judicium hoc quandoque nimis festinamus, ubi nullius solidæ rationis nobis, conscii alterum alteri postponimus. Sæpe vero rationes exacte supputare licet, quibus moti de majori vel minori pulchritudine atque perfectione statuimus. Illas verò æqua semper lance metiri, cum omnibus datum non sit, benigna natura hanc nonnullorum impotentiam singulari sensuum sagacitate compensavit. Sensus hic veri etiam si multis involutus sit tenebris, judicium tamen sæpe recte dirigit, ut de eo, quod pulchrum est, non male nonnulli judicent, licet intimam ejus naturam haud assequantur.

Qui duarum ædium aut fœminarum pulchritudinem accurate inter se comparat, si intellectu satis acuto fuerit, rationes exacte subducit atque enumerat, cur alterum alteri postponat. Idem forte alius feret iudicium, licet momenta rationum, quæ mentem ipsius moverunt, diferte explicare haud valeat, erroris periculo magis expositus, rem tamen acu tangens. Res itaque omnes partim propria atque ingenita sua pulchritudine superbiunt, partim relativa splendent, quam benignus naturæ autor singulis, quæ creavit, operibus larga manu porrexit. Frivola tamen quæstio est, de iudice pulchritudinis hujus contendere, cum aliis pulchrum videatur, quod deforme esse alii arbitrantur, incongrua forte norma pulchritudinem rerum metientes, cum, quæ ipsorum usui inservire nequeunt, animi affectibus haud blandiuntur, aut præjudicatæ opinioni non conveniunt, aliis placere non debere, infulse præsumant. Diversa igitur pulchritudinis genera Autor recenset, quæ humanæ menti applicat, eamque vere pulchram esse contendit, cum nec innata dignitate, nec relativis & alienis coloribus destituatur, siquidem stupidi etiam homines sæpe excellentiam ejus sentiant ac pervideant. Etiam si in nonnullis splendor ejus idearum vel sine ordine dispositarum vel inconcinne depictarum confusione valde obscuretur; cornescat tamen subinde innatis ac propriis radiis ingenium, imprimis si industrie excolatur, atque debita arte magis semper magisque elevetur. Indicia igitur, quibus ingenii sagacitas, sive *bel esprit*, distinguitur, varia promit Autor, vindicans ipsi idearum claritatem atque distinctionem, ne vel latius pateant, vel angustiorem includantur cancellis, quam objecta, quæ repræsentant. Afferit illi porro ideas sublimes, suo tamen loco recte positas, ne forte ignobile lignum auro apponamus. Suo autem loco ideæ collocantur, si de rebus sublimibus, de Deo, de angelis, mente nostra, animi candore, morum integritate, &c. graviter ac condigne cogitemus. Requirit multitudinem idearum ac varietatem, eaque re ab infinita intelligentia ingenium humanum distingui arbitratur, quod infinitum idearum numerum intellectu nostro complecti haud liceat. Cum enim ma-
teriz

terix partes in infinitum dividi possint, non constare putat, quomodo a divino Numine homo differret, virtute ideas suas in infinitum multiplicandi donatus. Ut tamen, quantum fieri potest, idex istæ extendantur, par est; cum, si angustis nimium cancellis includantur, his repagulis præpeditus intellectus dignitatem ac præstantiam ingenii sagacis haud assequatur. Ino, cum numerus ac pondus doctrinæ sagacitatem ingenii fere absolvant, apparet, in illo scientiarum omnium atque artium ornamenta requiri, quem in eorum numerum, qui sagaci gaudent ingenio, referre dignamur. Certo enim disciplinæ omnes atque scientiæ nexu cohærent, ut in singulis fatis versatus esse nequeat, qui in pluribus hospes est. Theologus itaque, Jctus, Astronomus, Geometra, Medicus, mechanicorum operum inventor, tunc demum sagaci ingenio erunt, si Philosophi fuerint. Hac via ad Philosophiæ commendationem ducitur Autor, ubi *Cartesii* doctrinæ inprimis applaudit, dubitans, an futuris olim seculis magis dignum aut præstantius quid excogitari possit. Abunde vero ex iis, quæ modo adduximus, apparet, hominem illa ingenii virtute, quam Galli *bel esprit* vocant, donatum, secundum Autoris nostri mentem vix latum unguem differre a quæsito tot antiquorum votis sapiente, quem frustra se cum majoribus suis diu multumque quæsisisse, *Cicero* & *Seneca* ingenue fassi sunt.

HENRICI SCHARBAU, V. D. M. APUD LUBECENSES, Observationes sacræ. Pars altera.

Lubeçæ, sumtibus Jonæ Schmidii, 1733, 4.
Alph. 2 pl. 16.

Quamvis Cl. *Scharbau* nondum animo statuisset, cum primam *Observationum sacrarum* Partem, cujus mentio a nobis jam facta est *A. 1731 M. Dec. p. 545 seq.* in publicum proferret, hunc utilissimum & sacrarum literarum studiosis jucundissimum laborem propter muneris, quo fungitur, sacri gravitatem continuare; tamen, quæ ejus in tractando S. Codice industria, non potuit

potuit exiguas temporis, provinciarum suarum rationibus non impendendi, reliquias explicandis & ab iniquis interpretationibus vindicandis oraculis divinis non dicare. Continet alterum hoc Volumen XIX Dissertationes, eadem, qua prioris, & eruditionis copia & argumentorum præstantia commendabiles. *Prima* earum agit de ministerio Musices sacrae in templo solis viris vindicato, & Augustino Calmeto, Abbati monasterii S. Leopoldi Ordinis Benedictinorum, quod Nancejum alit, opposita est. Qui cum multa de Musica veterum Ebraeorum erudite & copiose disseruit in Dissertationibus suis, quibus Commentarios præsertim in Psalmos ornavit, tum etiam sibi aliisque persuadere annuitur, munus istud Musicorum in templo ejusque sacris non a viris tantum, sed etiam a foeminis, fuisse administratum. Sed contrarium probat Cl. *Scharbau*, & viris solis hanc provinciam creditam fuisse contendit, propterea quod circa incunabula Musices, circa progressum ejus atque incrementum & quasi adolescentiam, & denique, ubi virilem ætatem & summum fastigium attingit, in sacris a ministerio templi foeminae semper exclusae deprehenduntur. Huc accedit, quod, ubi memorabilia multa, ad historiam Musices, in divino cultu adhibitae spectantia occurrunt, soli viri, exclusis foeminis, nominentur. In *Dissert. II de Sacrificio pelle nudato typo Christi denudati*, ita versatur Doctiss. Autor, ut, evoluta ex monumentis tam sacris, quam Talmudicis, victimarum excoctatione, Adamo jam sacrificanti observata, & gentilibus inter ritus sacrificiales usitata, eam fuisse in lege præscriptam typum Christi in passionibus denudati, collatam cum typo Abrahami circumcisi & Noachi denudati, illustratam denique ex *Es. LIII, 7*, aliisque locis, evincat, & tandem de vestimentis, quibus indutus fuit Christus, ac de mysteriis Christi denudati, quaedam in medium producat. *Dissert. III, de Fidelibus N. T. scripto a Deo consignatis*, illustrat *Psalm. LXXXVII, 6*, & hoc in loco non ad consignationem militum, nec ad memoriale Regum ac Principum, nec denique ad dispositionem testamentariam, sed ad cognitionem Israelitarum, speciatim ad numerationem Levitarum & Sacerdotum, respici evincit.

Dissert.

Dissert. IV de Israelitis cupidias Aegyptiacas appetentibus ad Num. XI, 5, & Exod. XVI, 3, demonstratur appetitus Israelitarum vescendi oleribus & piscibus. Dissert. V Encenia familia Davidica ex titulo Ps. XXX eruuntur, & ex Historia tam antediluviana Jaredi & Henochi, quam postdiluviana Abrahami, Jacobi & Josuæ, quos David imitatus esse dicitur, partim ex Historia rerum a Davide gestarum, partim ex Ps. CI, & ex contextu totius Psalmi, confirmatur, præsertim cum dedicatio rerum, tam privatarum, quam publicarum & personarum, fuerit usitata, atque Judæi hoc Psalmo in festis Enceniorum diebus utantur, & hic typus dedicationis domus suæ a Christo factæ occurrat Ebr, X, 20, 21.

Dissert. VI de nova progenie Deum glorificatura ex Ps. CII, 19, præmissa totius Psalmi analysi & verborum expositione, ostenditur, hic sermonem esse de celebratione Domini tempore Novi Fœderis, quæ præludium in doxologiis Veteris Testamenti & umbram, tum in sacrificiis laudis, tum in Musica Veteris Testamenti, habuisse probatur ex istius perfectione, insigni sonitu, & quasi tonitru, & eximia denique suavitate atque harmonia.

Dissert. VII de Deo inter arumnas celebrando ad Ps. LXIX, 20, id agit Cl. Autor, ut, relicta sententia illorum, qui vel de onere beneficii, vel de Deo suos tanquam onus grave & gratum portante, vel denique de onere legis, hic cogitant, expositionem de onere afflictionum vindicet, collatis his cum verbis Christi Matth. VI, vers. ult. & illustratis ex monumentis exterorum.

Dissert. VIII de plenilunio Paschali ejusque mysterio inscripta est, in qua varios Sacri Codicis locos, qui de plenilunio agunt, Doctiss. Autor illustrat & exponit.

Dissert. IX Hemorrhousam a suspitione superstitionis liberam Matth. IX, 20-22, pronuntiat, & contactum simbriæ non supersticiosum, sed humilitatis, verecundiæ & inprimis fidei indicium fuisse, defendit, & actiones, quæ speciem superstitionis habent, a superstitione distinguit.

Dissert. X de excutiendi a pedibus Apostolorum pulvere ad Matth. X, 14, salvis aliorum cogitatis, docetur, hunc ritum pulverem ex pedibus Apostolorum excutiendi significasse dispersionem Judæorum,

orum, discrimen inter Judæos & gentes sublatum, Apostolorum ad gentes iter, paratum eorum animum ad iter istud suscipiendum, instans denique divinum judicium. *Dissert. XI de uberibus divini solatii ad Es. LXVI, 11*, agit. Sion sub schemate matris hic occurrere, & quomodo dicatur infantibus ubera præbere, demonstratur, & ubertas atque elegantia emblematis explicatur. *Dissert. XII de Juda diabolo ad Joan. VI, 70*, Judam ratione originis, familiæ, domini, consortii, imaginis & pœnæ, merito diabolum dici, typumque hostium Jesu Christi repræsentare, contendit. *Dissert. XIII collatio Palestina cum Atlantico Platonis* exhibetur, eaque tum ex collatione terræ utriusque, ejus nomine, fertilitate, antiquitate & situ, tum ex comparatione utriusque populi, scilicet ex numero Patriarcharum & tribuum, & ex nominibus Patriarcharum in utraque gente, colligitur. *Dissert. XV, quæ Monumentum pietatis Jobi ad verba ultima Capitis primi* inscribitur, Cl. Autor tradit verba, quæ inscriptionem sacram continent, non a Jobo, sed ab alio sacro scriptore, posita esse, inscriptiones ejusmodi antiquis receptas, maxime autem durabiles fuisse, quæ gemmis inscriptæ fuerunt, & denique verborum divinorum expositionem & illustrationem. *In Dissert. XVI, de animo mulieris Jobi impotenti quidem, sed non in Deum maledico*, id maxime asseritur, uxorem Jobi non sollicitavisse virum, ut Deo malediceret. *Dissert. XVII gloria obscurorum virorum ex Job. III, 9*, proponitur, ita quidem, ut per obscuros viros intelligantur fideles, propterea quod pii isti absconditi sint diabolo, mundo, & sibi ipsis. *Dissert. XIX de cordibus fidelium epistolæ ad 2 Cor. III, 3*, imprimis adstruit, per epistolam hic non tabulam contractus indicari, sed epistolam proprie sic dictam, metaphora non Ebræis solum, sed & aliis scriptoribus, perquam usitata.


*HISTORIA JACOBITARUM, SEU COPTORUM,
in Ægypto, Lybia, Nubia, Æthiopia tota, & parte Cypri insule, habitantium, opera JOSEPHI ABUDACNI,
seu*

seu BARBATI, nati Memphis, Ægypti metropoli; quam recudi curavit, Præfatione de vita Jacobi Baradai & Notis auxit JO. HENR. A SEELEN, SS. Theol. Lic. & Gymn. Lub. Rect.


Lubecz, suntu Jonæ Schmidii, 1733, 8.

Plag. 8.

Cum omnes illi, qui libros lectu omnino dignos, sed inventu difficiles, typis iterum exscribendos curant, optime de re literaria publica deque erudiis mereri censendi sint, tum Cel. Seelenio, qui *Josephi Abudacni Historiam Jacobitarum, sive Coptorum*, denuo prelo subjecit, hæc laus tanto minus est deneganda, quanto rarior hæc ipsa Historia Jacobitarum fuit. Hunc enim libellum rarissimis sine controversia annumerandum & paucis visum esse, luculenta nos non sinunt testimonia dubitare. Testatur id ingens pretium, quo editio ejus, quæ Oxonii e Theatro Sheldoniano A. 1675, 12, prodit, quæque quatuor omnino plagulis absolvitur, vel emta fuit, vel venum exposita. Idem etiam dilucide ex variis erroribus, quos doctissimi quique viri circa Autorem ejusque nomen verum admiserunt, intelligitur. Dubium ergo nobis est nullum, quin Cel. Editor plurimum apud eruditos, eos cumprimis, quibus Historia Ecclesiastica in deliciis est, gratiæ inierit, quod libelli raro admodum occurrentis non novam solum, sed instructiorem etiam, editionem adornaverit. Præfatio enim, huic libello a Cel. Seelenio præmissa, vitam, quoad ejus fieri potuit, *Josephi Abudacni, sive Barhati*, exponit, quamvis ipse Doctiss. ejusdem Autor fateatur, se libenter voluisse de vita, factis, obitu, & aliis ad hunc *Abudacnum* pertinentibus, hac occasione differere, si, quæ eo spectant, potuisset reperire. Interim tamen ex hac eruditissima Præfatione perspicitur, ex uno hoc eodemque Autore a nonnullis duos, ab aliis vero tres fuisse effictos, eumque apud Oxonienses Professoris Arabicæ linguæ munere functum, & inde in Acade-



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTORUM ERUDITORUM QUAE LIPSIAE
PUBLICANTUR SUPPLEMENTA

LEIPZIG 1734
BAND 10

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT DAS
ORIGINAL DER NIEDERSÄCHSISCHEN STAATS- UND
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN ZUGRUNDE

SIGNATUR: EPH. LIT. 136/13 Ac 15

miam Lovaniensium delatam, ibique ex nonnullorum sententia Linguae sanctae ceterarumque Orientalium Professorem Publicum egisse, & sic, Lovanio occasionem praebente, ad Jesuitas tandem transiisse. Quemadmodum vero Cl. Editor animadvertit, hunc libellum non sufficere ad plenam & integram Jacobitarum notitiam hauriendam, ita prudenti & omnibus probando consilio alia quaedam subsidia, tam edita, quam inedita, e quibus ille suppleri possit, in hac ipsa Praefatione diligentissime indicavit. Atque haec ipsa non minus accepta fore speramus rerum Jacobitarum studiosis, quam vitam *Jacobi Baradei*, sectae Jacobitarum Autoris, quam ex *Joseph. Simon. Assemani Bibliot. Orient. Tomo II* excerptam ipsi Historiae praemisit. Neque enim de Jacobitis recte unquam poterit judicare, qui sectae hujus autorem penitus ignorat. Quod vero ad ipsum *Abudacni* libellum, quem hic etiam Praefatio Oxoniensium praecedat, attinet, *Capitibus* ille constat XXIII. I agit de nomine Jacobitarum; II de *Coptorum antiquitate*; III de *Regimine eorum spirituali*; IV de *Electioe Patriarchae, Episcoporum, &c.* V a. de *Consecratione Patriarchae, Archi-Episcopi, & Episcopi*; V b. de *Consecratione Sacerdotum, Diaconorum, & Sub-Diaconorum*; VI de *Forma Templi*; VII de *Ceremoniis Ecclesiasticis*; VIII de *Indumentis sacris*; IX de *Sacramentis in genere, & eorum usu*; X de *Baptismate*; XI de *Sacramento Confirmationis*; XII de *Confessione auriculari*; XIII de *Sacramento Eucharistiae*; XIV de *Sacramento ordinis*; XV de *Sacramento matrimonii*; XVI de *Sacramento extremae unctionis*; XVII de *Cultu Imaginum & Reliquiis Sanctorum*; XVIII de *Monachis & Monachorum habitationis loco*; XIX de *Jejunio*; XX de *Peregrinationibus religionis ergo*; XXI de *Cibus & ratione victus*; XXII de *Educacione liberorum & Scholis publicis*; XXIII de *Exercitio nobilium & plebejorum*. Quamquam autem Cel. Editor in exhibendis *Abudacni* verbis editionem Oxoniensem est secutus, tamen, cum in ea nonnullas voces vel omiffas, vel non satis accurate expressas, observasset, non dubitavit emendare eas-

easdem & supplere. Annotationes denique quemadmodum Doctiff. *Seelenius* longiores noluit addere, ne libellus in librum, iis, quæ de Jacobitis dici potuissent, dicendis, converteretur, sic vel brevitatis studio omnibus satisfactum esse existimamus, etiamsi ipsæ Observationes adjectæ nec tanta, quanta sunt, eruditione essent repletæ, nec tantum iis locis, qui illustratione quadam & paulo uberiori declaratione indigebant, lucis affunderent.

J. C. S. EXPLANATIO ROM. IX, 1 - 6.

1. **E**t si de loco hoc *Pauli* dudum eruditi tantum disputarunt, ceteri & præsertim nos, qui cum iis non sumus comparandi, acquiescere jam posse videamur; tamen, cum sermonis *Paulini* vis nondum plana sit, licebit etiam nobis fortasse, quid de eo sentiamus, brevi exponere. Plura quidem insit, quam eruditi adhuc ibi reppererunt, & clarior per se est sententia, quam ut amplius ei tenebræ ab interpretibus offundi posse videantur. Nam, tenebrarum, quicquid ibi adhuc fuit, illatum exilime ab iis, qui dictionem *Pauli* non satis perpenderunt. Quod ut pace doctissimorum hominum demonstrarem, postulo mihi concedi, primum, ut verba Græca ex linguæ Græcæ natura interpretanda mihi putem: deinde ut verba *Pauli* recte interpretari arbitrer eum, qui sententiam invenerit perpetuo *Pauli* sensui congruentem: tum ut credere liceat, interpunctionem eam veram esse, quæ sententiæ velificetur nihil inepti, nihil insulsi, habenti.

2. Mihi, ex quo linguæ Græcæ rationes diligentius pervestigare cœpi, nihil ineptius visum est, quam si quis *δίου* cum *ὄρι* Græce conjungi posse suspicetur. Cum olim propter muneris rationem ad indolem linguæ Græcæ attenderem, & satis magnum industriæ fructum percipere me putarem, si, toto aliquo libro Græco perlecto, vel pauca loca reperissem, ad illustrandam vindicandamve sacri Codicis dictionem idonea; sæpe dolui magnopere, homines nostros, in cognoscendis Scripturis sacris tantopere occupatos, a tam scito *Pauli* sermone tam in-

scitam suspicionem non dudum averruncasse & averruncare studuisse. Certum est enim ex lectione Græcorum scriptorum, vocabulum *οἷον* fieri potest cum *ἔτι* copulari non posse. Quocirca necessitas postulat, ut duo illa verba distrahamus. Distractio autem vel per usitatam particulæ *ὅτι* significationem, quæ est *quia*, vel per parenthesis fieri potest. Parentheson enim plena est dictio *Pauli*, ut alii copiosius disputarunt.

3. Ergo videndum erit ante omnia, unde exorsus parentheses esse debeat, & quatenus patere ejus progressio. Exorsus videtur esse inde a comm. 3. & terminus constituendus ibi, ubi modo dixi, vel saltem post dimidiam partem versus sexti. Res omnis ex versione, quam subijciam, Latina erit illustrior: *Veritatem dico magistro Christo convenienter, non mentior: quando meam mihi conscientiam per Spiritum Sanctum una testificatur, magnopere me contristari & animum meum perpetuo dolore affici. (Optarim enim, ut ego ipse a Christi communitate seclusus, devovear pro fratribus meis, & cognatis, Israelitis videlicet, ad quos adoptio Dei, & gloria, & fœdera, & lex, & cultus, & promissiones illa, pertinent, quorumque stirps viri sunt Deo probatissimi, ex quibus etiam humana Messie natura est, qui idem Deus est, super omnia in æternum collaudandus: sed fieri id non potest, quia Dei jam oraculum editum & idcirco certissimum est.)* Id est, quia salutis subsidia dudum a Deo definita sunt, nec devotione hominis ullius imitari queunt. Sin malis conjungere verba *ὅτι λύπη μοι ἐστὶ μεγάλη* - & *ὅτι ἐκπέπλωκεν ὁ λόγος τῷ Θεῷ*, circumscriptis verbis (*ἡυχόμεν γὰρ - εὐχ ὁἷον δὲ*) rursus sententia existit commoda. Hæc interpunctio utraque ex linguæ Græcæ natura est expressa, & nihil habet inepti, nihil inciti. Ergo est vera, orationique *Pauline* domestica & propria.

4. Alterum eorum, quæ supra sum pollicitus, jam explicare aggrediar. Nihil scilicet hoc loco dici, ostendam, quod non cum perpetuo *Pauli* sensu conveniat. *Paulus*, nisi me omnia fallunt, hoc unum nusquam non agit, ut doceat, necessitatem requirere, ut universi homines communitate Christi perfruantur. Hunc finem hominum, hoc studium, hoc officium esse vult, postulat, jubet *Paulus*.

lus. Hoc ergo unum cum universis hominibus debeat esse propositum; apertum jam est, nemini licere contrarium optare. Sin cuiquam licuerit; at *Paulo*, tanto doctori, & de infamia illius optationis certissimo, minime omnium licuit. Ergo, ne facinoris istius suspitionis nomen suum contaminaret, necesse fuit, ut, si quid talis optationis ei excidisset, id statim abominaretur. Tantum enim vitium in nomine suo quis Christianus inveterascere velit? Ergo recte nos verba *Pauli* sic interpretamur, ut tantum a se crimen & opprobrium amoliat. Adjuvat hanc interpretationem ipsa sermonis sententia, vis & natura, ut supra jam memoravimus. Video literatissimos interpretes verba: *si fieri posset*, subintellecta hic voluisse. Sed, quod desiderant, id in ipso *Pauli* sermone inest. Non potest ergo requiri, quod sui cuique oculi jam suggerunt.

5. Restat, ut declarem causam, cur verba ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τῷ Θεῷ ita verterim, ut ea nihil cum ceterorum interpretum optationibus commune habeant. Considerate id ego feci, ne diutius lateret Germana verbi ἐκπίπτειν significatio, cum de oraculis, de sermone Dei, de sortibus & responsis Deorum, sermo est apud Græcos. Omnibus literatis & præsertim Græce doctis satis abunde constat, *Paulum* cum de rebus sacris Christianorum loquitur, fere iisdem verbis uti, quibus olim Græci Sacerdotes & initiati de suis crebro uti solebant. Id quod alibi fortasse copiosius disputabitur, si ea non sufficiant, quæ literati homines dudum ea de re disseruerunt. *Εκπίπτειν* ergo Græce dicuntur ea, quæ ex loco in locum transferuntur, quæ mutare locum solent quoquo modo. Quare exules sæpe ἐκπεσῆν dicuntur, & pisces apud *Strabonem* VIII pag. 493 ed. *Almel.* Γεννᾶται τὸ ζῷον ἐν τοῖς ἕλεσι τῆς Μαυώτιδος ἰχθύσαν δὲ μικρὸν ἐκπίπτει διὰ τῆς σωματικῆς ἀγγελῆδόν. Generatur hoc animal Pelavys in paludibus *Maotidor*, cumque paulatim invaluit, per ostium *Ponti Euxini* magno grege exit. Deinde præsertim etiam de oraculis dicitur verbum ἐκπεσῆν, cum jam edita sunt, cum jam e loco, unde proficisci solent, exierunt. *Alian. Hist. Var.* III Cap. 45: Φιλίππῳ Φασὶν κρησῆριον ἐκπεσῆν ἐν Βοιωτῶσι ἐν

ἐν Τροφωνίᾳ Φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἄρμα. *Philippo. ferunt in centro Trophonii in Beotia oraculum datum, oportere, ut caperet currum. Strab. IV pag. 271: Απαίρουσι γὰρ τοῖς Φωκαεῦσιν ἐκ τῆς οἰκείας λόγιον ἐκπεσεῖν Φασιν, ἠγγεμόνι χηρῶσαι δὲ τῆ πλεῖ παρὰ τῆς Εἰφασίας Ἀρτέμιδος λαβῶσι. Rhocaensibus enim abeuntibus e patria oraculum ajunt editum esse, ut navigationis ducem ab Ephesorum Diana sumerent. Idem Strabo XIV pag. 958, Καὶ λόγιον, inquit, ἐκπεσεῖν αὐτῶ λέγεται Φυλάττεσθαι τὸν θώρακα, ὅ oraculum ei datum esse dicitur de thorace cavendo. Livius XXII Cap. 1: Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nuntiata - sortes sua sponte attenuatas, unamque excidisse ita scriptam: Mavoris telum suum concutit. Quid illud est, quod omnis fama, quae in vulgus sparsa ἔ longe lateque pervagata est, ἐκπεσεῖν dicitur? Strabo XIII pag. 924: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλ. λόγ., ὅτι δανεισάμενοι χηρῶματα δημοσία τὰς σοῶς ὑπέδεντο. εἴτ' ἐκ ἀποδόντες κατὰ τὴν ὠρισμένην ἡμέραν εἰργοντο τῶν περιπάτων. ὅτε μέντοι ὄμβρος εἴη, κατ' αἰδῶ τινὰ κηρύττοισιν εἰ δεῦρα καλέοντες ὑπὸ τὰς σοῶς ὑπέρχεσθαι. τῆ δὲ κήρυκος ἔτω φθγγόμενα, ὑπὸ τὰς σοῶς ὑπέλθετε, ἐκπεσεῖν λόγον, ὡς Κυμείων ἐκ αἰθανομένων, ὡς ἐν ταῖς ὄμβροισι ὑπὸ τὰς σοῶς ὑπέλθετέον, ἂν μὴ σημάνη τις αὐτοῖς διὰ κηρύγματος. Est etiam alia fama, quod Cymae publice pecuniam mutuati sint, porticibus pro pignore expositis, quam cum ad diem prestitutam non reddidissent, porticibus sint prohibiti. Verum tamen, cum imber incidisset, feneratorum pudore commodi per pracones jusserunt cives porticus subire. Hinc factum esse ajunt, ut fama extiterit, Cymaeos ingruentibus imbribus nescire porticus esse subeundas, nisi praconio admonerentur. Jam vero notum est omnibus, oracula, praeterquam a Chrysisippo & similibus ejus, fere certissima & maximae fidei habita esse. Inde enim nota sunt proverbialia, ex tripode dictum, & similia. Atque etiam illud satis constat, effata Deorum aliunde immutari non potuisse, ac proinde fidem certissimam merita esse. Hanc ergo firmitatem dictorum Paulus inclu-*

includit, cum oraculum Dei editum esse de Israelitis ait. Et, cum sanctus & justus sit Deus in omnibus rebus suis, nemo sanus de certa dictorum Dei fide dubitabit. Fides autem illa consistit in eo, ut ii modo Israelitæ Israelitarum jure, gratia, felicitate, fruantur, qui præceptis divinis obtemperent, & salutem veram & æternam non in profapia & stirpe Abrahami, sed in Abrahamicæ fidei imitatione, ponant. Nam illa est *προθεσις τῶν Θεοῦ*, quam *Paulus* v. II commemorat. Sanguinem & cognationem nihil valere vult Deus: sanctam cum Abrahamo consensionem & quasi cognationem Deus prædicat & ornat. Si sanguis & cognatio valuisset, jam inde ab ortu & nativitate paria Esavi ac Jacobi jura, gratia, prosperitas, fuissent & mansissent. Sed tale quiddam ne suspicari quidem licet. Nam Deus ipse gratiam suam posteris Abrahami ita propriam & perpetuam fore asseveravit, si vestigiis fidei Abrahami semper institissent, *Gen. XVIII, 18, 19*. Apertum est igitur, de absoluto aliquo Dei decreto nihil hic memcrari, sed de consilio fidem & obedientiam & integritatem animorum approbandi, præoptandi, ornandi. Nimum tribuebant Judæi ortui suo ex Abrahamo, *Matth. III, 9, Rom. II, 17, 18-28, 29*. Ea res officiebat eorum conatui salutis germanæ consequendæ. Ergo insipientiam hanc perstringit hoc Capite *Paulus*. Insimul docet, ut filii Abrahami ex pollicitatione Dei nati Abrahami stirps germana, stirps fortunata, stirps gratiæ divinæ hæres fuerint, ita universos eos, qui pollicitatione præmiorum fidei veræ dignos se præbeant, per veram fidem & vitæ honestatem gratiæ divinæ hæredes certissimos fore. Vid. *Rom. IX, 6, 7, 8, 9, 30, 31, 32*. Hiis igitur versibus convenienter interpretandi sunt intermedii ceteri.

6. Veteres ego hic interpretationes confutare nolo. Tantum dico, *ἐκπίπτειν* posse dici de iis, qui excidunt sine & consilio: sed hic quaeri, quid conjunctim signent verba *ἐκπίπτειν ὁ λόγος τῆ Θεοῦ*. Si *ἐκπίπτειν* excidere sine significare debet; aliquid addendum est, ut Latini quoque facere solent. *Paulus* vero hic nihil addidit. Quisquis autem opinatus fuerit, *ὄχι εἶον δὲ* significare posse non quasi vero,

is, pace dixerim & bona cum venia Auctorum hujus suspicio-
nis, particularum Græcarum usum & vim non perspexit.
Quid enim est & ubi non quasi vero?

M. FRID. LEBRECHT GOETZII, SS.
Theol. Baccal. & Diac. ad D. Cath. Cygn. de Nonis-
mo & Nihilismo, in Theologia ceterisque eruditio-
nis partibus obvio, Tractatus Theologico-Literarius.
Accedit Catalogus Scriptorum de Nihilo & Ne-
mine. Cum Indicibus necessariis.

Chemnitii, sumtibus Jo. Christ. & Jo. Dav. Stœffellii, 1733, 8.
Alph. 2.

Non omnino nihil egisse censendus est Auctor Cl. dum no-
bis *Nonismum & Nihilismum*, h. e. centum & quinquaginta
ἑτημέτετα, quæ ad *Non* & *Nihil* spectant, ex pleris-
que eruditionis sacræ & profanæ partibus multa industria col-
lecta, concinno ordine nec incondito dicendi genere exhibet.
Talja quippe propinat, quæ & prodesse possunt legentibus, &
eosdem delectare. Reddita autem in Præfamine tituli & me-
thodi ratione, dispescit Tractatum in *duas Partes*, quarum
prima Centuriam Quæstionum Theologicarum complectitur,
in qua juxta seriem Articulorum fidei ea, quæ a Theologis
de eo, quod *Non* & *Nihil* est, disputantur, ita exponit, ut, quæ
in scholis Theologorum velut per transennam vel plane non
atinguntur, pluribus argumentis e Scriptura Sacra, Libris
Symbolicis, Patrum, aliorumque, & Theologorum, & Philoso-
phorum, testimoniis confirmet, illustret, vindicet atque refel-
lat, sicque multis sacrarum literarum oraculis lucem affun-
dat, iisque etiam non ingratam operam præstiterit, quibus
scripta recentiorum Fanaticorum, & quæ de annihilatione,
vel quæ his sunt similia, somniant, legere non vacat, cum sci-
licet ex hisce succincte eorum mentem cognoscere, & quam a
sana ratione & Theologia vera remotæ sint eorummet cogi-
tationes, judicare valeant. *Altera Pars* continet Semicentu-
riam

riam Quæstionum non minoris momenti de *Nonismo & Nihilismo*, in Philosophia, Philologia, Historia, Jure & Medicina obvio, quam Autor in *quatuor Capita* dividit, quorum in *primis* Quæstiones Philosophicas ita exhibet, ut, quæ vel Philosophi in genere, vel speciatim Logici, Metaphysici, Physici, Mathematici, Ethici & Politici, de *Non & Nihil* docent, septem diversis Articulis proponat. *Secundo Capite* Philologicas Observationes de voce *Non & Nihil*, cognatisque aliis, offert. *Tertio Capite* ex Historia Ecclesiastica, Politica, Literaria, miscellanea quædam notatu digniora de fati *Nibili* admittitur, inserto simul prolixo Catalogo Scriptorum de *Nihil* & *Nemine*, in quo non solum XXVIII Autores recenset, qui scribendo idem argumentum, sed diverso fine & methodo, occuparunt, sed & *Passeratii, Hutteni*, & quorundam aliorum, Carmina elegantiora de *Nihil* & *Nemine* integra apponit. *Quarto* denique *Capite* de *Nonismo & Nihilismo* juridico & medico pauca subjungit, & voto ardenti Tractatus finit. Præmisit utrique *Parti* Synopsin Quæstionum, & primæ argumentum latinis Distychis operose adstrictum, mantissæ loco p. 416 seq. adjecit, tandemque gemino Indice dictorum Scripturæ & rerum memorabilium libellum ornavit. Ceterum non indignum nobis videtur hoc conamen faventioribus legentium animis, cum novum sit specimen eruditæ diligentiæ, quam S. Rev. Autor editis jam variis Dissertationibus Epistolicis, de *Statura Adami*, de *Doctoratu Theologico*, aliisque, & ante triennium Tractatu de *Pistrinis veterum*, comprobavit.

DIALOGUE SUR L'EUCCHARISTIE, &c.

h. e.

PHILAETHIS ET ANTROPHOPISTÆ
de Eucharistia Dialogus.

Roterodami, apud Abrahamum Acher, 1732, 8.

Plag. 4.

Doctissimus hujus Commentationis Autor, cujus nomen ignoramus, Pontificiorum de transubstantiatione errores

- evertere, & Reformatorem doctorum de sacra cœna sententiam stabilire nova methodo, annitur. Videlicet, dum Philalethem & Antrophopistam de sacra cœna disputantes introducit, Antrophopista Pontificiorum doctorum agit causam, & eorum more in veteris Ecclesiæ consensu suo de transubstantiatione dogmati quærit præsidium. Philalethes contra, Reformatorem sententiam propugnans unice, ad Scripturæ sacræ & rationis iudicium provocat. Quod quidem dum facit, ipsissimis veteris Ecclesiæ doctorum, qui ante seculum nonum vixerunt, verbis utitur, licet ad eadem in sua disputatione non provocet. Dum igitur ex suis principiis derivata argumenta profert in medium, una κατ' ὀρθόδοξον contra Antrophopistam disputat. Neque ab Antrophopista refutari potest, nisi ille & ipsis Patribus una velit contradicere. Nonnunquam Autor doctissimus, ut explicatius animi sui sensa exponat, quædam verba sententiis Patrum addidit. Quæ ut eo facilius ab ipsis Patrum verbis queant discerni, eadem diversi generis imprimi curavit typis, & ipsa quoque Patrum verba infra textum addidit. Quemadmodum Antrophopista ad veteris Ecclesiæ consensum & Dei omnipotentiam præcipue provocat; sic Philalethes tuetur, ipsam Christi carnem non sine summa impietate dentibus mandi. Idcirco cum *Augustino de doctr. Christ. Lib. 3 Cap. 16* Deo indignum iudicat, manducationem carnis Christi præcipere. Eodem *Augustino de Civitate Dei Lib. 22 Cap. 29* & *Tertulliano de Anima Cap. 17* duce propugnat, sensus nos non fallere. Merito igitur de transubstantiatione dogmati contradici, quod sensuum iudicio sit contrarium. Idem ex eo cum *Arnobio Lib. 6*, *Augustino l. c.* & *Vigilio Lib. 4 adversus Eutychen*, confici concludique posse existimat; quod absolute sit impossibile, Christi corpus quoad extensionem uno eodemque tempore in diversis locis esse præsens.
- Pag. 25, 26.
- 28.
- 34, 35.

DISSERTATION SUR LES MIRACLES, QUE
l'on attribue aux Reliques de Monsieur
l'Abbé PARIS.

i. e.

DISSERTATIO DE MIRACULIS, QUÆ
 Abbatis PARIS reliquiis tribuuntur; Autore
 M. A. E. V. DE VOEUX.

Lugduni, apud J. & H. Verbeek, 1732, 8.

Plag. 5½.

Plerique Christiani non dubitant superstitionem incredulitati anteferre. Et recte quidem, modo de hominibus in se consideratis sermo sit. Quodsi autem homines & cives spectentur, fatendum utique est, superstitionem majus publicæ rei afferre detrimentum, quam quidem eadem ab incredulitate patitur. Qui fidem veritati cœlesti denegant, aperte eam oppugnant. Quorum autem animi superstitione sunt occupati, illi, dum causam divinæ veritatis agere videntur, re ipsa eam produnt, quin etiam veritatis hostibus arma suppeditant, quibus contra veritatem certent. Atque hoc ipsum est, quod Cl. Autor noster exemplo superstitionis eximie Jansenistarum, qui, solidis argumentis destituti, Abbatis Paris reliquiis adscribunt miracula, data opera declarat. Tuetur, illos, qui vera esse tradunt miracula Paris, per cuniculos ipsius Christianæ religionis fundamenta evertere. Cum enim Christianæ religionis hostes fallacias in miraculis, quæ Abbati Paris tribuuntur, facillimo negotio possint detegere, de sententia Autoris nostri, detecta horum miraculorum falsitate, idem de miraculis Christi dicendum esse propugnabunt. E re igitur esse judicat Cl. Autor, miracula Christi contendere cum miraculis Paris, quibus pro veritate doctrinæ suæ Jansenistæ certant. Ubi enim constat, miracula, quibus Christianæ religionis veritas probatur, maximopere esse diversa ab iis, quæ Abbatis Paris tribuuntur reliquiis; turpiter se dabunt, qui a falsitate miraculorum Paris ad falsitatem miraculorum Christi ducunt argumentum. Quatuor autem Capisibus Cl. Autor Pag. 7-37. de hoc ipso argumento commentatur. Capite primo characteres externos miraculorum enumerat, & præcipue tradit, quid

478 ACTORUM ERUDITORUM

requiratur, ut manifestum fiat, sanationem miraculi beneficio esse perfectam. Ex quo enim movuit, principe loco de veritate facti constare debere, annotat, tria ad sanationem requiri, quæ omnium iudicio sit miraculum. Primo, ut nulla interposita mora restitatur sanitas, tum ut ægrotus omnino a morbo, quo laboravit, liberetur, & denique ut sanatio imaginationi ægroti nullo modo queat tribui. Nisi enim hæc tria adsint requisita, sanationem vel naturæ vel arti posse tribui, neque rationem esse, quare ad extraordinarias causas confugiamus. *Capite secundo* Cl. Autor ostendit, in miraculis Christi, quibus Christianæ religionis veritas probatur, esse, quibus hi tres characteres competant. Cum enim v. g. Christus mortuos resuscitavit, hoc factum neque arti neque ulli posse tribui imaginationi. *Capite tertio* inquit, utrum hi ipsi tres characteres in miraculis, quæ Abbatis Paris reliquiis adscribuntur, reperiantur. Tuetur, & exemplis in medium prolatis probat, jure meritoque nonnullorum a Jansenistis recensitorum factorum veritatem in dubium vocari, & posse Jansenistis illud Phadri objici: *Quicumque turpi fraude semel innocuit, etiam si verum dicit, amittit fidem*. Sed, si vel maxime concedatur, omnia a Jansenistis recensita facta rectissime sese habere, nondum tamen ex iis factis posse confici, veritatis nomini miracula in tumultu Abbatis Paris evenisse. Omnia enim tria requisita iis deesse. Neque etiam de unica sanatione certo constare, quod nulla humana opera potuerit esse promotæ; & perperam Jansenistas omnes illos morbos dicere insanabiles, ex quibus quorundam Medicorum iudicio ægrotus convalescere nequeat. Quæ ubi copiosius declaravit, miracula, reliquiis Abbatis Paris adscripta, omnia falsi miraculi requisita habere, probare annititur. *Capite quarto*, eoque ultimo, Doctiss. Autor inquit in causas, quare numero multi Jansenistarum de Abbatis Paris miraculis sententiæ accedant. Atque hanc in rem primo ad plerorumque hominum provocat indolem, qui nunquam non nimium ad admittenda miracula voluntatis inclinatione propendent, atque omnia illa facta ad miracula referunt, quorum causa ipsis cognita non est atque

Pag. 31 - 44.

44 - 73.

49.

73 - 86.

que' perspecta. Secundo præsentem Jansenistarum statum multum conferre existimat, ut miracula, quæ Abbati *Paris* tribuuntur, re vera contigisse credantur. Jansenistæ non solum sanctitatis famam dudum sibi conciliarunt, sed etiam in Gallia inter Clericos debiliorem partem constituunt. Quemadmodum autem sanctitatis fama efficit, ut a fallaciis procul abesse judicentur, sic miser eorum status favorem populi illis conciliat, qui imbecillioris partis causam plerumque agere solet. Tertio & illud Jansenistas in rem suam vertere existimat, quod Archi-Episcopus nondum singulari scripto declaravit, quid de miraculis Abbatis *Paris* statui velit. Licet enim Autor noster neget, silentium Archi-Episcopi consensum esse dicendum; de Jansenistis tamen observat, quod e silentio Archi-Episcopi confici posse teneant, eum, de veritate miraculorum *Paris* convictum, publice, quid sentiat, dicere nolle, ne nimis Jansenistarum causam juvet, & suæ parti noceat.

COMMENTATIO DE JEFUNIIS ET SACRIS
Religionis Cæremoniis, ex tribus Christi parabolis, quæ
Capite quinto *Lucæ* extremo memorantur, difficilioribus
visis, exposita, Autore M. JO. GEORG.

ZUR LINDEN.

Jenæ, apud Jo. Frid. Ritterum, 1732, 8.

Plag. 7½.

Post brevem generalem de Parabolis tractationem, ostenditur, propositum locum recte ad parabolas sacras referri, & eam, quæ interpretibus negotium facessivit, obscuritatem ortam esse inprimis ex sensus literalis varia & difficili explanatione. Hoc igitur ante omnia egit Autor, ut externa harum trium parabolarum significatio clara & certa reddatur. Cum prima ceteris sit intricatior habita, evincitur, ejus sensum nullum alium, quam hunc, esse: *Neminem eo insania esse processurum, ut ad resarciendam veterem vestem ipse novum indumentum sciens vidensque dilaceret, & sic graviore se muldet incommodo.* Subjecta accurata, quantum fieri potuit, parabolarum versione, ex similitudine, quæ inter eas ostenditur, tres sententiæ generalissimæ eruuntur; 1) *illis bonis, quibus licet,*

licet, libere etiam fruendum esse; 2) stulte agi, si quis se defraudet perfectissimo bono, ut percipiat id, quod minus aut apparens tantum est; 3) qua minorem utilitatem habent, non esse quidem abjicienda, sed opportune adhibenda; præstantiora autem & perfectiora quam maxime sectanda. Ad hæc regulas universales deinde quodvis singulare argumentum revocatur. Scopus Christi ex data occasione, nempe quæstione Pharisæorum & discipulorum Joannis, hæc referri ostenditur, ut declaret, quid de jejuniis & religionis ceremoniis ipsi videatur. Post recte dispositam quæstionem & responsionem, ubi etiam de disciplina Joannis ejusque discipulorum cum Pharisæis confortio agitur, omnis Tractatio in duas Partes dispescitur, quarum altera vitia jejuniorum & cultus externi notat, altera relictum eorundem usum vindicat. In vitiis habetur a) intempestivum exercitium, quod more veteris & novæ Ecclesiæ refutatur; b) superstitiosa & servilis rituum observatio, contra libertatem Christianæ, cujus describitur nobilitas, & adduntur causæ servilis religionis & quædam de votis; c) hypocrisis; d) opinio meriti, ubi observatur, errores in articulo de justificatione alios omnem Christi satisfactionem tollere, quod Judæis imprimis proprium, alios partim admittere, partim rejicere, ut faciunt, qui satisfactionem pro culpa separant a satisfactione pro pœna, ad quos prima præsertim parabola de laceratione novæ vestis transfertur; d) ficta ceremoniarum obligatio, & aliorum ad easdem servandas coactio. Disquiritur hic, an & quatenus exempla sanctorum hominum obligationem habeant; & subjiciuntur nonnulla de mechanismo religioso. In posteriore Commentationis Parte primo de cultu externo & ejus necessitate generatim traditur, & ostenditur, a necessitate externæ religionis in genere non concludi posse ad necessitatem earum rerum, quæ in illa modorum instar se habent. Ad hos referuntur jejunia, & jejunium dolorem pium esse probatur. Deinde disquiritur, quatenus finis eorum obtineri possit in cupiditatibus carnis coercendis, in adjuvandis sacris meditationibus, & precibus fundendis, denique in præparatione ad res magni momenti suscipiendas. Concluditur, in ipsis jejuniis nullam collocandam esse perfectionem, & epimetri loco quædam insignia Lusberi dicta de libertate Christiana in fine totius Tractationis subjiciuntur.



✻(481)✻

ACTORUM ERUDITORUM,

Quae Lipsiae publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. XI.

*SUECIAE HISTORIA PRAGMATICA, QUAE
vulgo Jus Publicum dicitur, e traditionibus histori-
cis, legibus non scriptis, & scriptis antiquis & recenti-
oribus, provincialibus & communibus, tum pactis conven-
tis, decretis comitialibus, Statutis, Edictis, & Manda-
tis &c. inde a primis Regni initiis usque ad haec no-
stra tempora per rerum temporumque versuras perio-
dicas ingenue & fideliter
deducta.*

Holmiae, apud Jo. Nic. Loffium, 1735, 4.

Alph. 4 pl. 10.

Jus Publicum Sueciae pauci adhuc data opera tractare insti-
tuerunt, & si qui aggressi sunt, in iis aut fides, aut diligen-
tia, aut utrumque, desideratur. Ipse, qui sub *Carolo XI*, ad mo-
dum Germanorum, Jus illud plenius pertexuit, *Claudius J. Prytzius*,
cujus MSC. in manibus plurimorum versatur, Scriptor neque satis diligens, neque satis fidus ac lo-
cuples. Quare hunc laborem, ab exteris desertum, aut ma-
lignis tentatum, ab indigenis adhuc perperam susceptum, fide-
cia virium & amore veritatis accuratius pertractandum sibi
sumsit Vir Cl. *Jac. Wilde*, & specimen hoc, quod in Suecia
primam

Pag. 18.

P p p

primam

primum est in hoc genere, orbi erudito dare constituit. Sed
 Pag. 3 seq. Opus suum maluit *Historiam Pragmaticam* inscribere, quam
Jus Publicum, quoniam status publicus non raro a ratione ju-
 sti longius discedit, & facti potius videtur esse, quam Jris,
 Historia regni cujuslibet comprehensus. Præclare igitur Sta-
 tum regni usque a primis initiis ex Actis publicis & Historia
 omnium seculorum repetit, & mutationes, quotquot sunt me-
 morabiles, imprimisque causas earum, more vere Pragmatico,
 exponit. Hoc autem Opus in universum *tribus* absolvitur
Capitibus, quorum I continet *Præcognita de natura & con-*
stitutione Historie Pragmaticæ, sive Juris Publici in genere,
& speciatim Sueciæ, ubi de Politica Historiæ Pragmaticæ
 innexa, de ratione Status a Jure Publico non separanda, quo-
 modo in Suecorum Academiis doceatur Jus Publicum, &c.
 30. *Cap. II de Initiis, Constitutione & antiquissimis Divisionibus*
ac Mutationibus Status Politici Sueonum, ubi ex Scaldorum
 veterum traditionibus, quæ tunc temporis publicorum Acto-
 rum loco erant, ratione probabili hæc eruit atque colligit Au-
 tor: Suecana civitas non uno impetu constituta, neque subito
 civile atque eminent invaluit imperium. Neque enim est cre-
 dibile, homines primævæ libertatis & æqualitatis amantissimos,
 uni sese patienter subjecturos fuisse, nisi assuetudine, amore,
 107. fiducia reverentiaque, paulatim inducti fuissent. Metus hos-
 tilis & anxium securitatis desiderium ad Suecanam civitatem
 constituendam nihil omnino contulit, sed ipsa natura & conser-
 vatio vitæ naturalis, maxime per venationes, primo protulit
 societatem domesticam inter parentes & liberos, juris & obli-
 gationis reciprocum nexum, ac simplicissimam vitæ civilis
 conditionem, per aliquam multa secula durantem. Patres fa-
 milias plures, jure & autoritate sibi pares, nullum agnoscentes
 superiorem, sibi eligebant arbitrum quendam, Senioreni exper-
 tæ virtutis in qualibet vicinia, penes quem ejusque liberos con-
 sensu tacito manebat arbitrium; unde tandem orti sunt *Lag-*
maduri, i.e. Legum viri, quorum judicata & sententiæ pro le-
 gibus valebant. Atque arbitrium hoc a patribus familias ad
 Reges translatum, qui Regis vocabulo diu abstinentes, *Drot-*
ta,

ta, i. e. viri sapientes, iudices supremique arbitri, itemque *At-* Pag. 107.
tini, sive Patres, & posteri *Atlingi*, antiquo more dicti sunt. 125, 130.
 Primus omnium *Odinus* imperium moderatum ac populare, 178 seq.
 relictis antiquæ libertatis quibusdam simulacris, in absolutum 128 seq.
 atque eminens commutavit, miris atque iisdem fere artibus,
 quibus usum fuisse *Augustum* Imperatorem accepimus, cum Ro-
 manæ infidiaretur libertati: primus etiam populo regnoque no-
 men *Suitbod*, significatum habens religionis & cultioris disci- 131 seq.
 plinæ, imposuit. *Odini* instituta successores, præsertim 140.
Freterus, cognomine *Ynguo*, unde *Ynglingorum* nomen,
 iisdem artibus continuarunt.

Cap. III Sect. I de Forma Reipublicæ antiquæ, Periodi I, II &
III, inscripta est. Philosophi certas classes & formas Rerum publi- 209 seq.
 carum constituunt, & secundum eas de earum (quam vocant)
 regularitate dictatorio spiritu pronuntiant. Sed exigendæ sunt
 formæ illæ ad regulam, quam omnes agnoscunt gentes, i. e. ad
 legem illam naturæ, quæ conservationem sui & publicæ salu-
 tis omnibus præcipit. Hanc unam omnes gentes in consti-
 tuendis civitatibus videntur observasse, licet modi salutem pu-
 blicam obtinendi, & hinc etiam formæ rerumpublicarum va-
 rient. In Suecia primo factum est assuetudine status dome-
 stici, ut æstimatio stirpis & spectata inter bonos moderatio
 uni arbitratori primatum deferret, qui consilio magis, quam
 autoritate, regebat omnes, qui æqualium lites arbitrio dirime-
 bat, cujus etiam sententiæ per solum consensum fidemque
 compromissi servabantur. Quæ *Periodus* dicitur *Atlingica*,
 Deinde *Drotta*, sive Præsides *Ynglingica* stirpis, Seculo II *Ku-*
nung Reges dicti, specie religionis, ob Pontificatum maximum,
 quem gerebant, non arbitri solum fuerunt, sed & legislatores
 & executores omnium sententiarum. Summa quidem po- 179, 207,
 testas publicam salutem procurandi erat: penes Regem Upsa- 225.
 lensem; sed manebant tamen ex superiori statu rerum sex
 provinciarum Reguli, qui territorialem potestatem libere exer-
 cebant, & ad consilia & decreta de summa rerum adhibe-
 bantur. Erat ergo tunc respublica monarchica, sed tempe-
 rata comitali Regulorum potestate, ac plane similis civita-

- Period. III ti, quæ nunc est, Germanicæ. Trucidatis tandem Regulis
 pag. 180 seq. & oppressis, *Ingialdus* circa finem Sec. VI novum regni sta-
 tum orsus est, solusque omnibus æqualiter imperavit, publicato
 281. etiam Codice Legum, non minus firmandæ Monarchiæ cau-
 248. sa, quam ut securitati publicæ caveret. Quæ Monarchia di-
 271. citur *Lodbrochica*. Nulla tum quidem fuit Optimatum auto-
 ritas, quippe qui a nutu Regum pendentes, regiam potestatem
 firmare magis, quam ullo modo restringere, allaborabant. Ci-
 ves autem, ab Optimatibus distincti, ac prisicæ libertatis retinen-
 tissimi, potentiam Regum librabant tenui suo comitali. Rex
 290, 303. Jura publicæ universæ gentis servaturum se jurabat. In comi-
 tiis universalibus plebiscita, pro legibus valitura, decreto civium
 302. & Regis condebantur, quorum executio Regi permessa. Suf-
 280, 285 fragatio fiebat civium per armorum concussionem. Principes
 seq. & quasi Tribuni civium erant *Lagmanni* sive *Legumviri*, qui
 Autores omnis Juris Suecici jam ante leges scriptas & condi-
 tum Regnum fuerant, & adhuc summæ autoritatis habeban-
 297. tur. *Lagmannus* enim in publicis comitiis nomine civium
 303. liberrime, (ut erant tempora,) sine ullis adulationis illecebris,
 Regem adinonebat officii, ex plebiscito etiam, pravo gentis
 234, 309. more, extrema inmemori Regi minabatur. Atque verus hic
 Reipublicæ status multo labore & industria fuit eruendus, quo-
 niam Clerici, Hierarchiæ Pontificiæ studiosi, Codices Legum
 & Historiarum monumenta depravarunt, aut suppresserunt, ne
 sua Regi populoque Jura constarent.
Cap. III Sect. II de Forma Reipublicæ mediæ, Periodi IV, agit.
 317 seq. Regnum Sueciæ miram hoc tempore subiit mutationem, no-
 vamque cum religione Christiana induit formam, dum, inva-
 lescente dominatione Clericorum, ita paulatim extulit caput
 Aristocratia, ut tandem vinceret Democratiam, & sola fere do-
 minaretur. Pontifices enim atque Clerici, pia simplicitate Re-
 gum atque civium abusi, primo potestatem circa sacra Regi-
 bus eripuerunt, deinde hac via, veluti per gradus, astu fastuque
 ad summam in Republica potestatem grassati sunt, tractis ad
 Senatum Regni atque inde ad se ipsos plerisque Regum & o-
 mnibus civium juribus. Artes præcipuas, quibus dominatum

acquiverint, auxerint & stabiliverint, quas Cl. Autor luculentissime ac fideliter ex Actis, magnam partem ineditis, demonstrat, hic per indicem notasse juvat. Jam inde a medio Sec. IX clanculum id egerant Pontifices, ut fundamenta jacerent Hierarchiæ in Suecia, confirmatione Hamburgensis Archi-Episcopatus, cujus spirituali dominationi Septentrionales omnes subiciebantur. Sed non perinde ut in subactò regno Danicæ Pag. 321.
 mox & palam firmari potuit Jurisdictio Ecclesiastica, quod Episcopos in Suecia Rex vel populus adhuc libere constitueret, & Præsules Hamburgenses satis haberent, si ferocissimæ genti unum atque alterum sui ingenii mittere possent Episcopum. Arcanum dominationis primum prodere, & jurisdictionem in universo Septentrione palam sibi arrogare ausus est *Adalbertus* circa medium Sec. XI, quæ † vera est causa odii communis Regum Septentrionalium in eum, & quamobrem, omnes, 329 seq.
 quasi facta conspiratione, Hamburgensem Præsulem recusarent, suamque sibi potestatem circa sacra vindicatum irent. *Sueno*, Rex Danicæ, quem ex eadem causa non solum ob incestum *Adalbertus* acerrime agitaverat, promissis tandem & obsequiis Archi-Episcopi captus, operam ei suam addixit, pro Jurisdictione Ecclesiastica etiam in Suecia Norvegiaque stabilienda. 334 seq.
 Et sane successerunt consilia pietate Regum Sueciæ, qui Clericis in comitia publica receptis occasionem præbebant, cives non quidem, ut alibi, coactos & cruciatos, sed convictos, ad fidem Christianam perducendi. Medio demum Sec. XII 345.
 per Sueciam & Norvegiam agnita & invecata est Hierarchia; quippe tunc *Suercherus Senior*, mansueto usus imperio, paganorum sacra trium marcarum multa prohibuit, cives fidei Christianæ vinculo obstrinxit, ut etiam, supremitate Pontificis agnita, tum demum, nec ante, denarium *S. Petro* decernerent: 346. conf.
 Paulo post e Card. *Nicolai*, Albanensis Episcopi, consilio, ne 324 seq.
 Hamburgensi amplius subesset Ecclesia Suecana, Upsalensis creatur Archi-Episcopus, maximoque potestatis regis detrimento
 P p p 3. fun.

† In Historia illorum temporum *Adamus Brem.* passim malæ fidei arguitur, castigatur, corrigitur & suppletur, v. g. p. 327, 337. & 344.

- fundatur Hierarchia. Jam enim non solum Archi-Episcopus, sed & Clerici omnes, omniaque ejus potestati subdita, regio eximebantur imperio, quin etiam ipsi laici in causis Ecclesiasticis forum Clericorum sequi cogebantur. Ea jura, Rege incscio atque inconsulto, Pontifex addixit Clericis, & manifeste affe-
- Pag. 351 seq. ctatz dominationis indicio, Parochianis Upsalensibus, civibus Regis, observanda præcepit. Nam ignoraverant adhuc boni Sveci Statuta illa Canonica de exemptione Clericorum, & quid sit, habere Archi-Episcopum, sero didicerunt. Inde Archi-Episcopus ejusque Suffraganei, adhuc licet a Rege populoque electi, sese tamen non tam Regi ex homagio, (quod ipsum tandem exigere prohibitum fuit,) quam Pontifici ex jure pallii, obstrictos se credebant.
371. Magna incrementa dedit Hierarchiæ primo alterna Regum *Suercheridarum & Ericidarum* successio, deinde regni inter *Birgeri Jarli* filios divisio, utraque suafu Clericorum decreta. Diffidentia & æmulatione Regum factum est, ut nihil non indulgerent & largirentur Clericis, seque adeo
- 381 seq. & regnum in fidem & clientelam eorum traderent, ut in mil-vii columbæ. Recensentur ex ingenti Diplomatum cumulo ea tantum, in quibus beneficio Regum Clericis aliquid novi
- 358 seq. juris paulatim accessit. Ita A. 1250 *Ericus Balbus*, Ecclesiæ Upsalensi decimas pauperum concessit pro instituendo Canonicorum collegio; ab eoque tempore ceperunt originem Capitula, & electiones Episcoporum, quæ penes Regem adhuc fuerant, in ea sunt translata, ne ulla in posterum ratione Episcopatus juris ac beneficii regii haberentur. In sanctione Skenningensi, quam *Wilhelmus*, Cardinalis, A. 1248 pro Hierarchia stabilienda promulgavit, inter alia singularia, sub pœna excommunicationis præcipitur Archi-Episcopo Upsalensi ejusque
368. Suffraganeis omnibus, ut intra annum habeant & possideant, dum vixerint, *Librum Decretalium*, secundum ultimam compilationem *Gregorii IX*, & ut studeant in eo, secundum quod *Domnus eis gratiam ministraverit*. Omnium Regum liberalissimus fuit in Proceres regni, præsertim Clericos, *Magnus Ladulafus*, ideo dictus *Obedientiæ filius*, eo quod enormia
411. 385 seq. *Gregorii X* postulata confirmaret, & Clericos omni absol-veret

veret erga Regem obligatione, & privilegiorum Clericalium confirmationem honori sibi duceret, interque regales prero-
 gativas numeraret. Ineunte Sec. XIV, *Oligarchia* coepit, quæ
 Hierarchiam ad summum fastigium evexit. Per impubere-
 ætatem *Magnæ II* Senatores, tam Clerici, quam laici, ad jura sua
 contra Regem defendenda conspirare coeperunt. Inde per va-
 rias artes eo rem perduxerunt Clerici, ut non solum Equites,
 sed & præcipua aulæ officia, ad Senatum transirent, omnesque
 Clericis obstricti essent Senatores. Denique, ut universi jura po-
 puli in factionem Hierarchicam transferrentur, tribunitia quo-
 que illa & prævalens potestas Legumvirorum, plebe exultante,
 Senatorio Ordini accessit, præcipuum Hierarchiæ firmamen-
 tum. Jam comitia universalia, per causam publici levami-
 nis, abrogabantur, consensus populi spectabatur in consensu
 Senatorum, quos idem velle, idem nolle, arctissime conjunxe-
 rat. Factio hæc non solum civibus leges tulit, a Rege con-
 firmandas, sed & nomine populi leges imperandi, quæ in rem
 erant, Regibus scripsit, negligentiores harum vel censuris Ec-
 clesiasticis, vel turbis concitatis, coetuit, & aliquando sine am-
 bagibus abdicavit. Operæ pretium est legisse, ut Jus Imperii
 Vicarii & curam regni ordinandi ad se traxerit Senatus, cujus
 usurpationibus origo antiquissima & immemorialis affingeba-
 tur præscriptio. Atque hanc pessimam Reipublicæ conversio-
 nem Cl. Autor vocare solet *Oligarchiam Hierarchicam*, quæ
 ultra sequi alterum floruit seculum, in qua Senatus Regi at-
 que civibus, universis autem dominabantur Clerici.

Cap. III Sect. III Formam Reipublicæ, Periodi V, describit.
 Ventum est ad ea tempora, quibus prævalens ac tandem viribus
 suis impar pessum ire coepit Hierarchia. Enimvero jam dudum
 Reges peregrini variis, quæ exponuntur, arcanis contra factio-
 nem Hierarchicam niti instituerant, & Reges Oldenburgici
 ad subvertendam eam, invento satis mirabili, Hierarchicis usi
 fuerant subsidiis. Christiænus adeo vi aperta, sed plerique
 magnis ausis, aliqui etiam regno exciderant. Nunc fatalis ad-
 erat conversio ex causarum nexu & providentiæ divinæ con-
 sensu; Suecia Lodbrochicæ Monarchiæ formam paulo cultio-
 rem

Pag. 393.

440 seq.

308.

446 seq.

449 seq.

436 seq.

703.

406 seq.

433 seq.

- rem resumere gestiebat. *Gustavus I*, adhuc Gubernator regni, nihil non impenderat patriæ in libertatem vindicandæ, deinde Rex votis & precibus omnium constitutus, & quasi coactus, jamque certior de suorum studiis, primo securitatem publicam præstitit *Olas Petri*, Concionatori Evangelico, sibi que ac Ordinibus regni libertatem conscientie vindicavit. Jam tum A. 1525 in Comitibus Holmensibus nutare cepit Hierarchica dominatio, & cum Clerici calumniis ac turbis Regem ad maturanda consilia impellerent, A. 1527 labefactata est. Nam in Comitibus Arosensibus, omnium Ordinum frequentissimis, Rex gravissime in tyrannidem & insolentiam Clericorum invehitur, regni labem & morbos edocet, de remediis adhibendis singulorum Ordinum responsa, seorsum reddenda, serio requirit. Id vero telum erat fortissimum ad subvertendam Hierarchiam, ut populo Jura Comititalia restituerentur. Decretum fit ad omnem posteritatem oppido memorabile: *Evangelium publice recipitur; autoritas Papæ circa credenda aboletur; abusus Clericorum tolli jubentur; Episcoporum possessas regio imperio subjicitur*. Cujus Decreti executione Rex regia potissimum Jura, a Clero usurpata, sibi suisque successoribus vindicat, Ecclesiasticam Jurisdictionem a civili distinguam tollit, nervosque omnes Clericalis potentie incidit. Simul sua sponte prolapsa erat Senatus autoritas: Rex nova formula, pleno perfectoque sibi, quos vellet, obstringit *Senatores*, qui jam non regni solum, sed & regiminis & ipsius Regis hereditariorumque Principum secretiores Consiliarios se appellarunt. Ita obsequio Procerum & civitate seculi regia potestas aliquanto absolutior facta, quam sub Lodbrochidis fuerat, quippe cum tribunitia adhuc in Senatu resideret, & cives etiam comitalem imprudenter adjicerent. Sed abusus hac Ordinum patientia. *Ericus XIV*, temperamentum imperii, ex testamenti paterni formula constitutum, negligit, ac territorialem fratrum superioritatem tollere conatur, solutusque omni fratrum metu, Ordinum studiis fretus, pro libidine truculentum in modum dominatur. Sed Ordinum obsequio, dolose ac per vim elicito, non abrogatum erat Jus Publi-

Publicum; quin potius penes Ordines ac Senatum de summa rei in commune consulendi ac statuendi potestas manebat. Qua etiam usi sunt in solenni abdicatione Regis *Erici*, nil nisi publicam respicientes utilitatem. Sub *Joanne III*, Pag. 593. salva supremate Regis; magna pariter Senatus & Principum hereditariorum fuit autoritas, nec universi solum Ordines, verum etiam soli aliquando Optimates de summa Reipublicæ & Sanctionibus pragmaticis statuerunt. *Sigismundo* imperante, 617. autoritas regia, Hierarchiæ nimium serviendo, sensim evuluit, comitialis Ordinum potestas convaluit, Senatus obsequium & 603, 605. consilium præstitit, in imperii nullam partem venit, custodia legum & pactorum ad solum regni Administratorem devoluta, vicariumque, quovis regio longe absolutius, esse cœpit imperium. *Carolus IX*, qui sub *Sigismundo* imperium summa administraverat autoritate, postea Rex creatus, regis potestatis eminentiam, quantum ratio status pateretur, ad summum perduxit, & id tandem obtinuit, ut Senatores A. 1602 diserte ab imperii societate excluderentur. Ceteroquin Ordinum Jura, præcipue comitialia, conservavit, deque summis regni negotiis nihil sine illorum consilio statuit. In *Recessu Norcopenſi* de A. 1604 Regi concessum fuit jus, testamento deligendi Vicarium, quin & certam condendi formulam regiminis; simul tamen Ordines jus donandi fundos coronæ limitarunt, diserte restringentes ad confirmationem successoris legesque feudales: id quod legitimæ revocationis regis omniumque vindiciarum fuit fundamentum. Imperium *Gustavi Adolphi* hoc habuit singulare, quod, cum superiores Reges, exemplo *Gustavi I*, paulatim accidendis Optimatum viribus, ad absolutiorem contendissent potestatem, hic diversam iniret viam, & Optimatibus fere omnia jura restitueret. In initio quidem regni secundum legem Norcopenſem feuda & redditus alienatos ubique rigide revocavit: deinde autem mirabili facilitate omnes Ordines ita sibi devinxit, ut aliquoties ei arbitrium rerum gerendarum & liberrimam potestatem circa media publicæ tranquillitatis obtinendæ summa fiducia permitterent, & quamvis jam exhausti creberrimis tributis, subsidia

- dia tot bellis gerendis pæne incredibili alacritate subministrarent. Senatus in primis Regi fuit addictissimus, qui ex mandato ejus regnum administrans, Regalia jura illibata servavit, suasque proprias vires ad publicam patriæ salutem & universæ gentis gloriam contulit. Hinc rara illa regno felicitas ac tranquillitas tandem obtigisse videbatur, ut nullis fere motibus intestinis agitaretur, & renifus Ordinum certo sifteretur æquilibrium. Rex adhuc vivus per *Axelium Oxonfiernam*, Cancellarium, *formulam regiminis perpetui* in casum (ut videtur) potissimum minorennitatis, delineari jusserat, quæ post ejus mortem in comitiis A. 1633 & 1634, quod ad regni administrationem & tutelam Regiæ, tanquam publica lex fundamentalis, statim approbata, & vicarium imperium *Senatus Principi*, seu supremis Officialibus regni, sed ex consilio universi Senatus, non secus ac ab ipso Rege, administrandum decretum est. Ab illo tempore *Senatus* regni proximam regis majestati dignationem obtinuit, & *Regia Majestatis*, vel absente Rege, *uti titulo capis*. Sub *Christina* invalescebant Ordinum dissensiones, a fundorum publicorum alienatione & ab indiscreta Regiæ liberalitate atque timida facilitate partim ortæ, partim corroboratæ, nec nisi conversione Status & Imperii finiendæ.
- 657 seq. Inter Senatores avitæ nobilitatis & novos homines diuturnæ
663. simultates, jurgia, duella, nutantis indicia status. Maxime
658. coloni, cum fundis coronæ alienati, se inusitatis exactionibus per novos dominos vexari querebantur, & vindicationem fiscalium bonorum ardentissime flagitabant. Sed Regina, quamvis necessitatem vindictarum agnosceret, semper tamen a violento illo revocationis negotio abhorruit, & impar tot curis, sponte regno cedens, rem integram una cum imperio ad successores transmisit. Tandem rei necessitas & æquitas ab ipsis fuit agnita Equitibus, & in comitiis A. 1655 ab universis Ordinibus, certis tamen legibus, fuit decreta. Sed, Rege *Carolo Gustavo* foris agente, admodum lente negotium procedebat, & Administratores regni sub ipso revocationis actu fundos bene meritis donabant. Inter hæc dissidia, & vicario duranti Imperio, sua nihilominus Regi constabat autoritas; quamvis

vis inde a *Gustavi Adolphi* tempore per oppositam comitialem potestatem aliquanto magis restringeretur.

Cap. III Sect. IV Formam Reipublica, Periodi IV nobis exhibet. Quam ingenti conatu *Gustavi de Reges* moliti fuerant restitutionem *Lodbrochicæ Monarchiæ*, tandem favore temporum facillime perfecit *Carolus XI*. Civiles discordiæ litesque tantis animorum motibus agitatz, potissimum de fisco regio administrando & fundis publicis revocandis, conversionem status, & Regi potestatem pepererunt, nulla intercessione Ordinum impeditam. Primum Senatores, qui alias in controversiis, Regem inter & plebem, conciliatores esse consueverant, jam, quia ipsi erant inter partes, arbitrio Regis obsequentissime omnia permittere satagebant. Deinde A. 1678 Ordo Equestris, diu satis oblectatus, & publica tandem inopia permotus, sponte sua decrevit, ut Rex alienata strictissime nullaque exceptione vindicaret: cui reliqui Ordines jam dudum consentiebant, & Rex decretum exequi ex pacto tenebatur. Denique A. 1680 Regi data fuit immunitas a foro humano, & A. 1683 potestas libera condendi Statuta, Edicta & Ordinationes. Enimvero per hæc exteri, rerum ignari, & verborum fuso decepti, libertatem *Sueciæ* turpiter proditam, servile jugum temere acceptum, regiam potestatem exlegem factam, nullumque adeo *Suecis* Jus Publicum esse, contenderunt. Quem errorem *Cl. Autor* paulo operosius multis argumentis, Actisque integris infertis, destruere conatur, & id sedulo agit, ut probet, imperium *Caroli XI* fuisse monarchicum idque illimitatum, incredibili in moderatione Regis & benevolentia Ordinum, sed non omni ex parte absolutum, salvis quippe legibus fundamentalibus, salva etiam comitali Ordinum qualicunque autoritate. Simul *Autor Anecdotorum*, qui apertam violentiam aliaque vitia impotentis dominationis Regi moderatissimo exprobrat, multis locis refutatur, sæpeque acri calamo perstringitur, & *Lucifugus Lucilius, tenebrio, vecors, nugivendulus, somniator, audaculus sillographus, maledicentissimusque Historicus* vocatur, utpote qui nulla fide & industria scripserit, rumores solum vagos & suspiciones malevolorum consecutus. Inimatura

Pag. 674.

661.

716.

683, 692.

765.

731 seq.

741, 743.

11 seq. 676.

679 seq. 688

seq. 708, 712

seq. 719, 735

seq. 743, 745.

750 seq. 754

seq. 765, 780

seq. 785 seq.

788.

271, 652 seq.

675 seq. 685.

687 seq. 690.

seq. 699, 702

seq. 710, 722,

755, 775 seq.

Pag. 790
seq.

tura morte ereptus *Carolus XI*, Jus Publicum certis legibus publice confirmatis definire non potuit, & ita quodammodo absolutam sine legibus immaturo hæredi reliquit potestatem. *Carolus XII* coronam quidem sua sibi manu imposuit, neque solenne sacramentum præstitit, sed nihilominus ipsa regni additione adstrictus erat legibus fundamentalibus. Sed, quoniam fere totum ejus imperium fuit castrense, instituere comitiales de rerum summa deliberationes, & statum suæ Reipublicæ perdiscere non potuit. Itaque domi publicæ inter arma (ut fit) fere siluerunt leges, neque tamen (quod perperam creditur) everse & conculcate sunt, sed publica calamitate affectæ aut neglectæ, utcunque perdurarunt, donec diuurna bella, aliaque plurima incommoda, ipsamque illimitatam Monarchiam, pertæssi Ordines, gravi consilio formam Reipublicæ immutarent, novissimasque illas imperandi & parendi leges scriberent.

Hic finem habet Opus, cujus nos tantummodo summas, nec eas omnes, attigimus; ex quo in universum colligitur, ab antiquissimis temporibus in Suecia certas leges publicas fuisse, quibus jura Imperantium & Statuum definebantur, easque mutatas quidem sub imperio *Gustavi I* & *Caroli XI* nunquam vero abolitas. Vicissitudines Reipublicæ, a *Loccenio* & aliis confusius traditas, primus omnium luculentissime ac distincte, fidem historiarum secutus, Autor exposuit. Gessit se pro dignitate argumenti, & par fuit operi, tam arduo, tamque egregio, adornando. Miraberis selectum rerum pulcherrimarum, judicium vere pragmaticum, notitiam antiquitatum patriæ, sermonis ubertatem. Usus est Tabulario regio, & rarissima quæque monumenta magno numero inseruit, multa excerptit, nec pauca fideliter in Latinum transtulit. In Præfatione tamen dolet, Actorum publicorum copiam longe maximam in privatorum scriniis delitescere, quæ peruestigare non licuit. Ceterum hæc Pars est *Generalis*, proxime (ni fallimur) habebimus, quam sæpe quasi jam impressam ellegat, *Specialem*, præterea Ill. Com. *Dahlbergii Sueciam antiquam & hodiernam, cum Geographico Commentario*, propediem edendam.

460 seq.
466.

167 seq.

351 seq.

354. 356

seq. 391.

460 &c.

21.

E. A.

E. A. PAGENSTECHEI, J. U. D. ET IN
 Acad. Herb. Prof. Ord. S. Syndici, Fugillares Institu-
 ziones Juris, continentes non multa, sed multum,
 hoc est, omnem Institutionum Jurisprudentiam, bre-
 viter, certis atque nervosis, vulgo non observatis, fun-
 damentis; catenatam etiam ita, ut deponi apud me-
 moriam sine negotio, atque repeti ab ea sine molestia
 possit. Inter ambulandum traditæ, stilo obiter exce-
 ptæ, compositæ S. editæ ab JO. PHILIPPO JO-
 SEPHO DE PRATO,

JCro.

Herbornæ, typis B. Jo. Nic. Andreæ Viduz, 1733, 12.

Plag. 16.

Antor brevi atque levi via Jurisprudentiam significat. Quæ
 alit regulis pluribus, idque non sine earum exceptioni-
 bus, non certa tamen quidem etiam, habent, ea unica ita pas-
 sim regula tradit, ut & plures aliorum regulas, simul & exceptio-
 nes, unica regula complectatur. Ita v. g. quæstionem, an & quan-
 do matrimonia permilla sint, vel prohibita, ratione sanguinis?
 quam alii tradunt per regulas plures atque exceptiones,
 unica hac regula Autor expedit: *Quoties unus vpl. uterque
 contrahentium stipiti vel generanti proximo immediato sub-
 est, toties prohibitum matrimonium erit; quoties contrahan-
 tium neuter stipiti communi proximo immediato subest, to-
 ties matrimonium licitum erit.* Notanda sane regula, dum
 ita in compendio habet, quod alii per plura habent, &
 juxta quam unicam omnem obvenientem casum decide-
 re quis sine dubio possit. Porro in quocunque Titulo, atque
 Juris materia, id monstrat, quod primum est, quod JCr. ibi ob-

ACTORUM ERUDITORUM

oculos habuerint; & unde sic omnia in promptu decisa habere licet. Ita v.g. primum contractus Societatis momentum est *quæstus*, ut scilicet uterque socius lucrum habeat. Hinc primo Societas bonorum, quia unus a lucro plane removetur, prohibita erit. Hinc porro voluntate unius Societas solvetur. Licet enim Juris reliqui analogia aliud velit, ut ita tamen hic exceptio sit, vult ratio *quæstus*, siquidem cum invito socio lucrum facere non possumus; neque enim est in proverbio, cum invitis canibus facilis est venatio. Et ita alia, in hac & in aliis Juris materiis.

HISTORIÆ LATERALIS AD EXTRA-
bendum calculum sectionis Appendix, sive Cystotomia
Chefeldeniana; Autore JACOBO DOUGLASSIO,
Doctore Medico in Anglia Regio, & S. R. S. Quam,
Anglice conscriptam, Latine donavit PANAJOTA
CONDOIDI, Corcyreus.

Lugduni Batavorum, apud Conradum Wishoff, 1733. 4.
Plag. 9, Tab. æn. maj. 1.

Quoniam Cel. Autor, magni apud Britannos nominis Medicus, Historiam quandam operationis lateralis edidit, qua, quicquid ex libris de noto satis fratre *Jacobo*, ejusque calculum extrahendi methodo, & hujus emendationibus, a *Mery*, *Ravio*, atque ipso, quo usque ea usus erat, *Chefeldeno*, susceptis, cognoverat, complexus est; nunc, postquam *Chefeldenus*, missa ista, aliam deinceps, eandemque novam, substituit, cujus ope etiam a quinquaginta & duobus, quos successu temporis in Nosocomio Divi *Thome* Londinensi hac ratione secuit, quinquaginta ad perfectam sanitatem & integritatem redierunt, de eadem Appendixis loco exponere constitutum habet. Quippe felicissimus methodi *Chefeldeniane* successus adeo

adeo percussit Chirugos quosdam, exteros præcipue, ut Cl. *Morand*, Chirurgus Parisiensis, e Regia Academia Scientiarum, & in secandis calculis solertissimus, Londinum adventarit, operationis *Chefeldeniana* rationem oculis usurpaturus. Ab illo tempore non solum ea methodus Parisiis etiam in usum vocata est, sed varia etiam de exequendi methodo scripta prodierunt. Tria horum quatuorque vidit *Cel. Douglassus*, quæ, etsi plures præcipuasque hujus operationis complectuntur partes, multa tamen, quæ non minus cognitu utilia forent, præmittunt. Quapropter cum Anglicanæ Chirurgiæ nomini, tum ipsi operationi, quocumque demum locorum postea repetatur, consulturus, eandem plenius enarrare, & integram ejus methodum tradere, animum induxit. Qua in re ita sibi versandum esse intellexit, ut non singularia tantum novæ hujus methodi, sed ea etiam, quæ communia habet cum aliis, quæve ex priori sua methodo retinuit *Chefeldenus*, persequeretur. Plura debentur ipsi *Chefeldeno*, qui eadem summa humanitate aperire non dubitavit. Ut vero ejus operationis notitia ad plures perveniret, qui linguam Anglicanam ignorant, laudabili consilio Cl. *Condoidi* libellum latine vertit, prolixiorem haud dubie ab eruditis initurus gratiam, si interpretatio ad Romanæ linguæ ingenium castitatemque exacta magis fuisset. In sua Præfatione interpres extractionis calculorum historiam variasque methodos, inde ab *Hippocratis* temporibus usque ad inventam methodum *Chefeldenianam*, breviter stricimque persequitur. Et, cum Parisienses a posteriori hac methodo huc usque paulo alieniores, magnique apparatus amantiores fuisse constet, felicem eorum in magno apparatu successum enarrat, memoratque, A. 1731 in Nosocomio, quod a charitate nomen habet, septendecim sectos fuisse calculosos, quorum hic nomina, ætatem, & reliqua etiam, commemorat, ex quibus tres tantum perfecte curati discesserint, reliqui vel diem suum obierint, vel prava quædam symptomata exinde retulerint. Ex novem iis in urbe sectis unus tantum perfecte curatus fuit. Et, quantum tum bini methodo *Chefeldeniana* secti, & deinceps mortui

mortui essent, id tamen factum existimat, quod nulla plane accesserit methodus, prout ex Diario publico pateret, nec ipsi ejus inimici negare ausi essent. A. 1732 ex viginti duobus, in dicto Nosocomio sectis, paucissimi fuerunt perfecte curati. Eodem tamen anno quatuor illi, methodo *Cbesfeldeniana* lecti, perfecte omnes convaluerunt. Sed redeamus ad ipsum *Douglassii* Opusculum, in octo velut Capitula divisum. *Primum* agit de Instrumentis. Ad ea pertinent catheter fulcatus, sive itinerarium, ex chalybe potius temperato, quam argento, confectum, ferramentum, vel cultellus, conductor cavus chalybeus, vel semispeculum, forceps, vel tenacula, incurva acus, filocerato armata. *Caput II* apparatus exhibet, qui constat plumaceolis, aqua sliptica, oleo dulci, frusto spongiæ. *Cap. III* omnes mensæ, cui imponendus est calculosus, circumstantias accurate describit. *Cap. IV* præparationem docet, quæ in eo consistit, ut blandum remedium purgans die ipsam operationem antecedente porrigatur. Quod si alvum non sufficienter movit, circa vesperam injicitur clystma. *Cap. V* ipsam operationem explanat. Cujus accuratius cognoscendæ gratia cum hoc Opusculum maxime editum esse, ex superioribus pateat, haud ingratis nos Lectoribus harum rerum cupidis operam præstituros esse existimamus, si universam eam descriptionem hic repetamus, & quidem iisdem interpretis verbis, quod eandem breviorē reddere, ob momentorum copiam difficile, refingere autem & aliis verbis pronuntiare, ob exemplaris Anglicani defectum periculosum videtur. Ita vero, postquam de collocando in mensa, continendoque calculoso, nonnulla præmisit Noster, omnem operandi rationem edisserit: *Tunc Dominus Cbesfeldenus, stans ante agrum ad limen mensæ, assumit catheterem, oleo prius illitur eum dimittit, usitata methodo, per urethram in vesicam; ubi, quæsto, & invento calculo, dat ipsum ad dextram sibi adstanti socio Chirurgo, a quo petit primo, velit explorare, num calculus adsit, nec ne? Hoc facto, & adstante Chirurgo tenente manubrium digitis suis & pollice, inclinatur idem parum versus femur dextrum agri, sursum trahens convexam partem appressam*
juxta

Juxta os pubis proxime ipſius cum ſocio commiſſuram, ad elevandam & dimovendam ab inteſtino recto, quantum licet, urethram. Iterato rogat tunc Dominus Cheſeldenus, ne inferiora verſus pellat, neque ſulcum catheteris hinc & partes ad anteriora aut exteriora verſus perinaum eminere faciat. Quanquam enim, ſic designato loco, externam incisionem aliquo modo certius abſtam, ipſumque catheteris ſulcum facilius inveniendum fore in facienda incisione interna appareat, tamen metus adducendi urethram propius rectum verſus, hujusque tunc vulnerandi periculum facile, eſt longe profecto gravius, quam ut compensari poſſit apparentibus hiſce commodis. Ceterum nec neceſſarium eſt hoc artificium in hac operandi methodo, eſſi nullus periculo eſſet locus, externa plaga exiſtente profunda ſatis & magna. Sic fixe adaptato quoad ſtium catheteris, & ipſius ſulcata parte extrorſum, & ad latus verſa, humiliori ſcamno inſidet Dominus Cheſeldenus, adducitque ad ſe patientem, quo uſque parum excedant ipſius limen menſe clunes, & pedes prorſus non attingant eam. Aſſumit ſerramentum vel cultellum, aliquando obductum pauca ſupra contorta, ne madefacto ſanguine instrumento nimis lubrici evadant ipſius digiti. Tenet autem firmiter id manu dextra, pollice in interiorem lamina partem, indice in exteriorom oppoſitam, medio in externam manubrii partem, & extremitatibus reliquorum digitorum ad ſuperiorem ipſius marginem appoſitis. Tunc diducens tenensque firmiter cutem perinei pollice & indice ſiniſtra manus, facit primam vel externam incisionem per integumenta a ſuperioribus ad inferiora, incipiens in ſiniſtra parte commiſſura perinei inter ſcrotum & anum, ibi fere ubi dilatata perinei cutis format ſaccos vel burſas, continentes teſticulos; inde pergit extrorſum oblique inferiora verſus, uſque ad medium marginis ani, ad diſtantiam circiter ſemipollicis ab eo proximam incutem, & conſequenter ultra protuberantiam magnam offis Iſchii perveniens. Prima vel ſuperior pars incisionis hujus eſt modo ſuperficialis, mox vero ad latus recti longe profundius cultellum ſuum adigit, ſinitque hunc trahendo oblique

se versus. Triplex hoc manus moderamen observari semper potest in ipsius externa incisione facienda; attamen ultimum accurata non indiget attentione, cum nullum sit periculum alicujus assequendi mali. Utiqus ego certe observavi, ipsum minus esse sollicitum de scrupulose determinando loco & limitibus incisionis externa; nam vidi ipsum incidentem cutem modo propius versus anum, in majori alias ab eo distantia, aliquando incipientem incisionem alte valde, alias inferius. & quidem tam diversa in agris ejusdem magnitudinis. Etenim scopus ipseus precipuus est, efficere plagam tam magnam, ac tuto fieri potest; interim semper evitata non vulneranda cellulosa vel vesiculari scroti membrana. Qua eadem opera incisa profunde satis pinguedine maxime prope intestinum rectum, musculus sphinctere & levatore ani tectum, immittit digitum indicem sinistrae manus intra vulnus, retinetque, donec tota incisio interna prorsus perfecta sit, ut dirigat primo apicem ferramenti in ipsum catheteris fulcum, quem nunc digiti pulpa tangit, & simul depressum retineat intestinum rectum, ut mox per ipsius latus transiturum ferramentum intactum tamen relinquat. Requirit hac interna incisio majorem longe circumspeditionem & attentionem, cautelam, quam prior. Ferramentum intrat primo sulcatam rectam rostri catheteris partem per latera vesicae immediate supra prostatam; tunc porro ducta ferramento per eundem sulcum inferiora versus & anteriora vel se ipsum, dividit illam partem sphincteris vesicae, quae supra glandem hanc jacet, cujus dimidia simul externam partem oblique scindit, sequens directionem & totam longitudinem urethrae, quae trans eam meat: tandem finit incisionem internam, musculosam urethrae partem supra convexam sui catheteris dividendo. Quando primo incepit hac methodo uti, incidebat perfecta eadem partes, sed contraria via, scilicet ferramentum intrabat primo musculosam urethrae partem, quam dividebat lateraliter a pendula parte bulbi ipsius ad apicem usque vel prostatae principium; unde porro ducebat ipsum sursum & retrorsum ad ipsam usque vesicam, ut legere est in ipsius Appendice, nuperimo.

rime addita quarta editioni sui de Anatome libri. Sed paulo post observavit, multo esse impedimento bulbum urethrae, sulcum catheteris non facile inveniri, & intestinum rectum facilius posse ladi. Sic sufficienti apertura facta, assurgit Dominus Cheseldenus, tamen ipse digito continuo manente intra vulnus, & petit conductorem, cujus rostrum sulco catheteris immittit, sicque ipsum intra vesicae cavum pellit, ubi saepe ipse calculus mox se offerens dirigit quasi forcipem. Quo facto, extrahit catheterem, & manu sinistra tenens conductorem, introducit prudenter forcipem per conductoris concavam partem, sic, ut sua complanata parte ille emineat, attente observando ipse per vulnus in cavum vesicae transitum. Tunc eximit conductorem, & forcipe clausa manubrii ipse partium altera, alteram apprehendit manu, quaerit sic lenissime calculum, quo invento aperit rostrum, & conatur inferiorem ipsius partem subducere illi; hoc enim modo tutius commodiusque calculus intra rostrum dilapsus prehenditur. Hoc facto, ipsum extrahit ambabus manibus, una quidem extremum ipsius, altera medium amplectens; lenissimo tamen motu, ut exitum successive dilatata permittant partes. Quo maxime pertinet prudens forcipis quaquaversus versus, quantum fieri potest, cavendo calculi lapsum, quem si praevidet, conatur exactius prehendendo evitare, non extracta forcipe. Si lapis est mediocriter magnus & politus, atque jacet in sinu vesicae ejusdem cum vulnere lateris, quam facillime ipsum educit, & quidem in agris omnis aetatis; at, quando lapis est parvus nimis, vel pulchre se non offert forcipi, statim hanc educit, & in vesicam suam digitum immittit, quem vertendo conatur calculum crueri e plicis membrana interna vesicae, ubi aliquando intercipitur. Tunc inducit conductorem supra dorsum sui digiti, & hoc dein educto, vertit conductorem, immittit forcipem, extrahit calculum, patienter tamen, & sine ulla omnino praecipitatione. Ut evitet mollis extrahendo fracturam calculi, ponit unum vel plures digitos inter manubris forcipis alas, ut pressio non major sit ea, qua justa & necessaria requiritur ad adductas has retinendas. At, si, elusa o-

omni hac opera, lapis confringitur, vel plures in vesica extant, singulum lapidem vel fragmentum successive extrahit, repetita introductione sui digiti & forcipis, unius supra alterum, ut fieri potest melius, vel supra conductorem, quantum occasio permittit. Vidi ego aliquando ipsum una vice simul extrahentem binis lapidibus armatam forcipem. Nec miretur quis frequentem introductionem forcipis & digitorum aliquando absolute necessariam, nec enim stipatur periculo quodam aut prava sequela, caute si peracta fuerit, data scilicet opera, ne eo usque irudatur intra vesicam forceps, ut vulneret, contundat, vel etiam perforet ipsam opposito in latere sitam (quod est semper mortale). Maxime quoque attendendum est, ne eadem intercipiatur, vel plicarum propria membrana interna aliqua; quod equidem difficillime vitatur, ubi earum aliqua quam proxime calculo contigua adjacet, quo in casu facile avelli & simul extrahi possunt. Peragit autem hanc operationem tam dextre & celeriter, ut raro excedat minusum secundum, si scilicet ante ipsam lapidis extractionem nullum occurrat necessarie ligandum vas, nec ab ipso lapide singulare aliquod eveniat accidens. Haecenus ipse Autor. Cap. VI

curationem tradit. Eo pertinent 1) quæ accidunt immediate post operationem peractam, vel ante curationem ipsam absolutam; 2) modus curandi vulnus ipsum; 3) regimen vel diæta ægroti perseverante morbo. Quod ad primum, hæmorrhagia gravior sistitur per ligaturam, plerumque post extractionem factam, nisi periculum moræ ante extractionem illam postulet. Si huic non obedit, intruditur plumaceolum, liquore stiptico imbutum. Reliqua symptomata, aliis, quam sectioni, causis adscribenda, tolluntur methodo consueta, quoniam in aliis secandi methodis pariter succedunt. In tensione, inflammatione, vel timore abdominis, immittatur clyster, eoque irritato, lene purgans. Si nec hoc sufficiat, potio propinetur pægorica. Si autem vel post suppurationem pulsus est valde debilis & lentus, brachiis applicetur vesicatorium. In vulnere perquam impuro admiscet parum æruginis communis digestivo. Si vulnus evadit durum, callosum & fistulosum,

sum, obducit illius labia pauculo vesicante emplastro. Vulnus tractatur ut simplex quodlibet, diætaque constat, jure diluto, salviæ infuso, fero lactis cum vino Hispanico præparati, Anglis Sackwhey dicto, mane frustulo panis cum butyro. Post quatuor vel quinque dies, quando, facta rite vulneris digestionē, laudabile pus conficitur, frustulum pulli cocti in diem semel comedatur, & paulatim deinceps alia recens caro. Ad alvum lubricandam decoctum avenæ mundatæ cum corinthiacis uvis vel clystima convenit. Suppuratio circa quintam diem inchoatur, nisi constitutio ægroti id vetet. In infantibus urina per urethram integre trajicitur circa decimum quartum diem, in adultis circæ vigesimum; sed in utrisque per aliquot dies pars per urethram, reliqua per vulnus. Adulti sex hebdomadam spatio. infantes dimidio tempore persanantur. *Cap. VII* partes enumerat, operationi ut plurimum expositas. Eo referuntur communia perinæi integumenta, subcutanea pars sphincteris ani, lateralis pars constrictoris urethræ, ligamentum aliquod triangulare, una cum prostatibus inferioribus, levator ani, varii rami arteriæ pudendæ, nervi quidam; in vulnere autem interno vesica, prostata & urethra, nonnullæque arteriæ & nervi. *Cap. VIII* methodi *Cbeseldeniæ* præstantia præ *Mariana* ostenditur, quam ipsi videant, quorum interest. In Appendice disquiritur, quid in hac operandi ratione jam aliis ante *Cbeseldenum*, quidque ipsi *Cbeseldeno*, debeatur.

JOANNIS POLENI, IN GYMNASIO PATAVINO
Matheseos Prof. Petropolitani Prof. honorarii, & Scient. Societatum, quæ Londini & Berolini sunt, Sædulis, Epistolarum Mathematicarum Fasciculus.

Patavii, absque mentione Typographi, 1729, 4.
 Plag. 23, Tabb. æn. 10.

Quæ in hoc Fasciculo continentur Epistolæ, sigillatim singulæ jam publici juris factæ fuere. Primum locum occupat Epistola, ad *Gabrielem Manfredium* perscripta, in qua

agitur de Mercurio in Sole viso A. 1723. Legitur eadem in *Actis A. 1724 p. 71 & seq.* Secundum locum tenet Epistola ad eundem *Manfredium*, in qua exhibetur methodus inveniendæ rationis inter duas indeterminatas quantitates in nonnullis algebraicis æquationibus. Ex hac excerpta dedimus in iisdem *Actis A. 1725 p. 121.* Tertio loco comparet Epistola ad *Jo. Jacobum Marinonium*, in qua agitur de Solis defectu, A. 1724 Patavii observato, & de aliquibus experimentis, pertinentibus ad aquas fluentes. Accedit eidem *Joannis Buteonis* de fluentis aquæ mensura libellus, cum aliquot Annotationibus. Et de hac Epistola ejusque additamenti diximus in *Actis A. 1725 p. 377 & seq.* Quarta est Epistola ad Abbatem D. *Guidonem Grandum*, in qua proponuntur nonnulla de telluris forma. Id potissimum agit, ut adstruat, quæ de figura telluris huc usque tradita fuere, nondum esse satis certa atque explorata. Cumque *Cassini* figuram telluris ex inæqualitate graduum in Meridiano elicere voluerit, contrariam prorsus ei, quam *Hugenius* atque *Newtonus* ex vi centrifuga, a motu vertiginis telluris pendente, deduxerunt; Noster ostendit, quantum huic controversiæ dirimendæ conducatur, si graduum differentię in circulis parallelis investigentur, utpote quæ multo majores esse debent, si terræ non fuerit figura spherica, quam in Meridiano. Docet etiam, quamam causa physica effici possit, ut, non obstante vi centrifuga, in motu vertiginis terra tueatur figuram sphericam. Sub finem Epistolæ adjicitur Observatio defectus Lunæ, qui continebat pridie Calendarum Novembris A. 1724, habita Patavii. Epistola quinta, ad eundem *Grandum* perscripta, quædam de causa motus muscutorum proponit. Refellit primum eorum sententiam, qui sibi persuadent, solum sanguinem musculis contrahendis sufficere, cum omnem motum a musculis, corde nimirum & carneis annularibus fibris tunicæ muscularis arteriarum, habeat sanguis. Deinde id potissimum agit, ut Problemata *Bernoulliana* de motu muscutorum per experimenta ad examen revocet. Differentiæ inter experimenta Cel. Autoris & calculos *Bernoullianos* exiguæ sunt, ut hos illis confirmari nullus dubitet. Epistola sexta,

sexta, ad Abbatem *Antonium Co. de Comitibus* scripta, agitur de viribus vivis motorum corporum ab experimento æstimandis. Sub finem libri de castellis mensuram *Leibnitianam* virium vivarum experimentis confirmare conatus fuerat Autor. In hac Epistola experimenta sua tuetur non modo contra *Cribellium* atque *Crosam* seu *Crusatium*, verum etiam contra *Pembertonium*, qui data opera in Transactionibus Anglicanis eadem impugnaverit, quasi inde mensura *Leibnitiana* confirmari minime posset, atque contra *Desagulierium*, qui in iisdem Transactionibus calamum in Nostrum strinxerat. Enimvero, cum de hac virium mensura multa jam legantur in hisce *Actis*, operæ pretium minime nos facturos existimamus, si in enarranda hac controversia prolixiores esse velimus. Ultimo denique loco comparent Epistolæ ad *Jacobum Hermannum*. Prior harum de organica curvarum tractoriæ atque logarithmicæ constructione agit. Et de hac abunde dictum est in *Actis A. 1730 p. 202 & seq.* Posterior perbrevis est, & nonnullas Observaciones eclipsium Solis & Lunæ, Patavii habitas, continet.

LES TEMOINS DE LA RESURRECTION DE JESUS Christ. examinez & jugez selon les regles du
Barreau &c.

h. e.

TESTES RESURRECTIONIS JESU CHRISTI
*examinati & judicati secundum regulas forenses; ad
accurrendum Objectionibus Cl. WOOLSTONI, & alio-
rum quorundam Autorum. Convertit ex Anglico, du-
ce sexta editione, ac Dissertationem historicam, scripta
Cl. WOOLSTONI, ejusdem condemnationem, & scri-
pta, contra ipsum publicata, continentem, adjecit A. LE
MCINE, Minister Ecclesie Anglicanæ, ac Ducis
Portlandiæ Capellanus.*

Hagæ Comitum, apud P. Goffe & J. Neaulme, 1732, 8 maj.
Plag. 16..

Differ.

Differtationem, Anglice conscriptam, in qua *Sberlockius*, Episcopus hodie Bangoriensis, divinos homines, qui resurrectionem Servatoris testati sunt, occasione litis *Woolstoniae* sub accuratius examen revocavit, in linguam exteris cultioris Europæ gentibus notiozem eo libentius transtulit Cl. *Moinius*, quo exploratius habuit, eam, in Anglia sexies jam formis descriptam, avidissimos invenisse lectores. Atque hac elaboratissima sane conversione tantam ille gratiam ab iis, qui primo Autoris exemplo carent, iniiit, ut, cur illud desiderent, ne habeant quidem. Illustris autem Episcopus ea usus est tractandi ratione, quæ per se quidem nova plane atque inusitata, causæ vero, quam perorandam fuisse, si rem ipsam bene putes, convenientissima esse videtur. Adoptavit nimirum formam, quam vocant, Juridicam, seque legibus fori adstrinxit Anglicani, cujus hanc rationem esse reperimus. Ita Jus Civile habent constitutum Angli, ut causarum decisio capitulum in iudices haud cadat ordinarios. Anniversarii provinciarum præfecti, qui *Sberifs* dicuntur, in sua quisque provincia duos supra decem eligunt cives, seu privatos homines, qui in separata conveniunt domo, sententias laturi ultimas, quas definitivas Jurium appellant consulti, easque testium confessioni accommodant unice. Hi ipsi *Jurati* solent nominari, appellatione inde haud dubie ducta, quod, simul ut ad hoc officium admittuntur, jurejurando sancte spondent, se in omnibus judiciis suis nil, præter conscientiam, consecuturos. Quo facto, locum occupant in curia, & si qua causa criminalis cognoscenda, quousque eam hactenus perduxerit *Judex Pacis*, qui reum in vincula conjici jussit, ipsis ordine prælegitur. Hic vel ipse, vel per Advocatos, ad causam suam postea dicendam admittitur. *Jurati* illi audiunt testes ac rationes, quæ in utramque partem dicuntur; his auditis, judex, qui præsidet, accuratam totius causæ repetitionem & enarrationem instituit, quid sibi de ea videatur, ipsis declarat, eosque exhortatur, ut argumenta cum cura ponderent, & conscientiam in judicando ducem sequantur. Facto igitur deliberatione, hominem in jus vocatum, aut *pæna dignum* aut *indignum* censent; atque

que hoc eorum iudicium ante oculos habet Iudex in sententia ei sua secundum leges regni pronuntianda. Hæc *Alfredo Magno* instituta debent Angli, qui circa noni finem seculi eorum sese præbuit autorem. Nos jam satis habemus, hanc fori Anglicani formam leviter adumbrasse, ut manifestum inde reddatur, qua ratione in commemorato scripto sanctos ab inferis excitati Servatoris testes examinaverit *Sherlockius*. Dicitur non potest, quantum inde lucis ac roboris veritas ipsorum capiat testimonii. Rationes utriusque partis verbis clarissimis exactissimæque propositæ sunt ratione; objectiones ac responsiones, nullis ambagibus, se invicem consequuntur, quo ipso lectores evadunt idonei, ut sine negotio de rebus suo uti iudicio valeant, atque perspiciant, *Woolstonum* causa cecidisse, contra vero Christi amicos eandem vicisse. Ex reliquorum autem numero miraculorum, quorum nervos incidere molitus est ineptus homo, resurrectionem Jesu Christi sibi vindicandam delegit illustris Scriptor, eo quod, omnes res ejus gestas hujus unius niti veritate, sagacissime intellexit. Verum operæ pretium erit ipsam Dissertationis summam propius intueri, ut, quo modo, dicta methodo, bonæ causæ præstita sit advocatio, ex nostra breviori appareat recitatione. Inducuntur hic duo Advocati loquentes, quorum alter causam *Woolstoni* desperatam coram Iudice, inspectantibus Juratis, exponit agitque, & contra Resurrectionem Servatoris dubia movet, alter vero, qui a testium Christi stat partibus, convellit ac diluit omnia. Iudex, autoritate Juratorum commotus, in mandatis utrique dat parti, ut altera objectiones suas separatim, & altera responsiones etiam sigillatim proponat, quo cuncta debito fiant ordine. *Tria* sunt accusationis capita, quæ *Woolstoni* patronus, duce *sexto*, quem is edidit, *Discursu*, in hanc producit scenam. *Primum* huc redit: omnem resurrectionis Jesu fidem antiqua niti narratione, cascos Judæorum libros, si hodieque superessent, multo rem aliter nos educturos, credulam semper fuisse ac supersticiosam Judaicam gentem, fabulosis traditionibus nimis addictam, ex his etiam unis derivandas spes esse fallaces, quas de magno Principe Ro-

manos devicturo jam dudum concepissent, unde multos impostores occasionem nactos populum credulum decipiendi; Jesum facile prævídísse, se Romanas copias haud futurum; hinc sensum prophetiis antiquis alium affricuisse, easque de regno quodam spiritali accepisse; quoque caveret, ne hæc impostura enuntiaretur, duodecim ipsum sibi discipulos sumfisse, homines ineptos, nullo sagaci ingenio prævídítos, quos vana ducisset persuasione; tum vero Salvatorem receptæ Judæorum opinioni de miraculis serviísse; cum vero tandem res ei adeo male cessisset, ut mortem suam præfensisset certissimam, necessitate ipsum coactum, ut funus ipse suum supremamque indiceret horam, addita resurrectionis pollicitatione. His dictis, testium Christi advocatus causam pro iis accurate eleganterque dicit. Monet generatim, novum systema contexuisse illum, propriasque opiniones suas ac fictiones attulisse, in quibus ne minima quidem veritatis umbra infit. Sciscit, unde ipsi constat, antiqua Judæorum monumenta, quæ sacræ adveniuntur historiz, unquam extitisse, & si qua fuerint, unde, quid iis contineatur, norit, cum perdita sint. Speciatim singulas considerat reclamaciones, & ultro libenterque concedit, fidem resurrectionis Jesu Christi antiquam esse. Inde vero concludit, historicam veritatem, a multis inde seculis corroboratam, eo majori valere certitudine. Primos testes certis ad eam credendam documentis inductos, & qui hos consecuti sint, homines omni ea exceptione majora invenisse. Dat, gentem Judaicam haud parum credulam. Negat autem, quod ille hinc ducit, consecarium. Qui impostorem agit, ejus est, popularibus sese accommodare opinionibus. At Servator iis se objecit omnibus, atque in iis explodendis, dum his in terris versatus est, tantum operæ posuit, quantum nulla in re alia. Unde omnis prava suspicio, in quam Christum adducturus est *Woolstoni* amicus, cadit in irritum. Noluit Servator Rex magnusque Princeps salutari, omnia, quæ in sacris historiis commemorantur, media cum isto pugnant sine. Alienum est plane ab impostoris cujusdam indole, socios sibi adfiscere simplices, & ab omni remotos calliditate. Non queritur

tur jam, utrum vates antiqui Christum vaticinati sint in vitam revocatum iri, nec ne. Hanc rem qui negare audeat, ejus est, veritatem facti, quæ nunc in lite vertitur, penitus destruere. Id quidem certum, Jesum re vera mortuum, publiceque terræ mandatum. Quod si eo tempore, quo funus sibi indixit, seque ad vitam redituum minatus est, Enthusiastico quodam correptus, aut desperabundus locutus est, dubio caret omni, ejusmodi infirmum hominem corpus suum vita carens nunquam rursus erigere valuisse; hocque adeo si in sepulchro mansisset, incertum prædictionis se ipsum palam prodidisset. At enim vero, cum veritas facti clarissima splendeat luce, corpusque Christi in sepulchro non amplius sit inventum; consequitur, ut aut grande quoddam miraculum hic admitti postulet, aut magna, quæ subsit, fraus aperienda videatur. Hæc omnia multo efficacius, quam a nobis hic dicuntur, urget, qui sanctis excitati Servatoris testibus patrocinatur. *Woolstoni* advocatus leviora, quæ his denuo opponat, habet. Nunc eo jam adactus est, ut Jesum ab omni fraudis absolvat suspitione: ejus autem discipulos vult esse impostores. Hoc consilio ad alterum accusationis caput, venia prius exorata, procedit. Assumit, Christum & mortem & resurrectionem suam, etiamque tertio a morte die futuram, verbis perspicuis prædixisse. Prius illud re ipsa contigisse, extra litem ponit, resurrectionis autem significationem per se ipsam adeo fuisse absurdam atque inauditam contendit, ut, simul atque data esset, se sponte confutaverit; cum in Lazari excitatione magistratus jam insignem detexisset fraudem, ejus fuisse, pergit, ut hoc etiam tempore ab omni sibi præcaveret illusionem vivorum adhuc Servatoris amicorum, quorum haud exigua fuerit caterva. Idcirco factum ait, ut milites Romani sepulchri darentur custodes; additque demum, sigillum, eidem impositum, tacite ejusdem conventionis, principes inter populi atque Christi Apostolos erectæ, fuisse indicium. His ordine explanatis, observat, discipulos Christi contra omnem fidem dextra datam rupisse sigillum, idque nocturno fecisse tempore, altera parte, cum qua convenissent, absente; milites custodes, i-

p̄s utranvis in aurem dormientibus, hos clam furripuisse
 magistri sui corpus, disertis p̄ se tulisse verba. Addit, hoc
 omnium gravissimum crimen esse; quod ante diem tertium
 abstulerint Dominum, hoc uacuo consilio, ut fraudem lon-
 ge jam lateque diffusam propagarent. Quibus Christi in vi-
 tam revocati testium patronus ita facit satis: si Judæorum pro-
 ceteres prædictionem illam vanam censuissent, credibile haud
 esse, ipsos de ea nimis laboraturos fuisse; inde vero, quod in
 mille constitui fuerint angustiis, vero fieri simile, ipsos ali-
 quid excelsius in ejus animadvertisse vita, a quo vita sancto
 adeo grandia vererentur. Negat, in Lazari excitatione ullius
 imposturæ vestigium sacras commemorare tabulas; unde con-
 cludit, hanc ex ingenio, causæ suæ juvandæ ergo, præclare
 subtiliterque ipsum confinxisse accusatorem. Ostendit, indi-
 catum sigillorum usum longe petatum esse, atque ab hac om-
 nino abhorreere historiam, utpote quæ doceat, ipsos discipu-
 los, Domino mortuo, animum plane despondisse, & fuga pe-
 tiisse salutem; custodes autem ne dolo quodam uterentur,
 Judæos cavere sigillo voluisse, sibi poscit dari. Rejicit testi-
 monium militum dormientium, & ex indole discipulorum
 Servatoris demonstrat, eos magistri sui haud abstulisse corpus.
 Erant enim, ex ipsa ejus, qui *Woolstonum* tuetur, sententia,
 homines rudes, inepti, popularibus gentis suæ opinionibus ad-
 dicti. Nemo, qui sapit, animum inducere potest, ut credat,
 homines hæc indole præditos tam grande facinus, sine ulla
 spe, ausos. Fac, obdormivisse custodes: nonne vero hos
 eo somno excitassent discipuli saxum volvantes, corpusque ef-
 ferentes? Erant idem præsumta regni Jesu mundani opi-
 nione imbuti: anne, quæso, a mortuo corpore id, quod spe-
 rabant, expectare poterant? Fraudem aliquam propagan-
 di consilium hos simplices cepisse homines, ipsi huic adver-
 satur indoli. Firmissima causæ testium Christi præsidia di-
 vinx continent tabulæ. Custodes, qui suo satis officio facie-
 bant, nil contra divinam omnipotentiam poterant efficere.
 Angelus Domini patefaciebat sepulchrum, milites suis id oculis
 usurpabant, in summum inde stuporem conjecli. Abiunt, ac-
 cedunt

cedunt ad Judæorum principes, rem eis nuntiant. Hi obstinati jubent eos hanc aliis enarrare fabulam, se alta quiete sepultis, discipulos Domini clam illius surripuisse corpus. Sit ita, hos abstulisse Dominum antea, quam prædictum erat. Sufficit, resurrectionem intra hoc tempus, quo custodes aderant, accidisse. Verum hæc loquendi ratio Judæis & olim erat, & hodieque est usitata, ut certum numerum dierum aut annorum significaturi, primum & ultimum diem sive annum nominent, quo totus hinc numerus eluceat. Hanc rem declarant loca, *Jo. II, 19, Luc. XXIV, 7, Marc. VIII, 31, Matth. XII, 40. Grotius ad Matth. XXVII, 63*, annotavit, locutionem, *μετὰ τριῶν ἡμερῶν, tres dies* inclusive designare. Itaque secundum prædictionem Servator debuit resurgere *tertio die*; id quod accidit. Judæi infantem recens natum octavo die jussu divino solebant circumcidere. Primum diem incipiebant numerare, licet, solè ad interitum vergente, natus esset puer. *Ptolemaeus*, antiquissimus *Chronologia* scriptor, eandem computandi rationem adoptavit. Consimilem in modum Judæi non ignorarunt, Dominum ipsum mortis suæ diem primo numerasse loco, tum vero sequentem Sabbathi diem alterum appellasse, ac tertium eum fuisse diem, quo in hanc lucis rediit usuram. Gravius hic aliquid, idque testatissimum, non erit silentio prætergendum: Judæorum proceres Romanos milites pecunia corruppebant, ac subornabant, quo dictam evulgarent fabulam, reique gestæ sicerent veritatem. Nam multo post Servatorem in vitam revocatum, discipuli divino quodam instinctu excitati, Hierosolymis publice Christi resurrectioni perhibent testimonium. Audiunt rem, qui Jesum cruci affigendum curaverant. Quid fit? Jubent, hos male accipi testes: vetant, quo minus rem amplius evulgent. Cur eos non postulant fraudis, quos jam in sua tenebant potestate? Cur hos populo non proponunt tanquam impostores? Plus sane hoc ipso, quam minis, quam plagis, profecissent. Sed nihil ejus rei factum legitimus. Vide *Act. XXIV, XXV, 19, XXVI, 28, 30, 38, 39*. Objicit his pauca quædam *Woolfsoni* Advocatus. His autem dictis, *tertium* accusationis caput libere sumit de-

clarandum. Ubi quaerit, quare non nisi certis designatis testibus post resurrectionem apparuerit Servator, *Act. X, 41*, Judaeorum proceribus exclusis, ad quos tamen praecipue missus fuisset? Habet etiam, quae in ipsis desideret testibus: hos fuisse Angelos, ac, praeter hos, feminas credulas; discipulos, quibus se socium in via adjuuisset, eum haud cognovisse; corpus excitati, ut putetur, Servatoris non fuisse verum, reale, ac naturale, sed merum spectrum, quippe quod per portas intraverit clausas, oculis sese interdum subduxerit celeriter, & a nemine palpari contrectarique potuerit; testibus ejusmodi in ea causa, quae ordinario naturae cursui repugnet, hoc minus fidem adhiberi posse. Respondet his alter, qui eos defendit, qui vitam Christi post resurrectionem actam testatur, atque ab ultimo capit initium. Negat, impossibile esse, ac naturae legibus omni ex parte contrariam hominis mortui resurrectionem. Ostendit, Deum, qui corpori antea non vivo largiri vitam potuerit, corpori etiam mortuo vitam reddere valere. Fixum vult esse, hominem in vitam revocatum sub sensu aequae cadere, quam hominem adhuc vivum, nec unquam mortuum. Jam vero, pergit ille, certissime ex sacris constat annalibus, visu, tactu, ceterisque sensibus Christi excitati corpus explorasse discipulos. Loca *Jo. XX, 17, 25, 27*, coll. *Matth. XXVIII, 9*, *Luc. XXIV, 13*, non satis dextre explicantur; unde & male concluditur: Dominus se hoc tempore, certas ob causas, tangi noluit, oculis se iterum subtraxit; E. non habuit verum ac naturale corpus. Quod non nisi certos designatos adscivit testes, id quidem pro ea, qua valuit, sapientia convenientissimum, ipsorumque testimonium locupletissimum existimavit. Neque Judaei jure videntur conqueri posse, ipsis defuisse testes. Milites etenim, quos ipsimet custodes sepulchri delegarent, testes rei gestae habebant certissimos. Non sane unus, sed omnes Apostoli, inter ipsos Dominum testabantur surrexisse, suamque miraculis corroborabant testificationem. Ad Jesum quod attinet, is jam, antequam moriebatur, istud inter illos finiverat munus, quod ei a Patre suo caelesti commissum erat; id quod ultima, quibus Judaeis

dæis valedixit, verba declarant, accurata contemplatione digna, *Matth. XXIII, 37 - 39. Luc. XIII, 34*, ubi negat, se a Judæis iterum visum iri. Postquam igitur uni, ad quod explendum in hunc orbem missus erat, officio fecerat satis, legationem ad Judaicum populum fideliter obeundo; alterum supererat, Pontificatus summus totius mundi, quo devinctus erat, testes resurrectionis suæ ad omnes ablegare gentes. Neque forsitan pauci, sed bene multi, erant, qui veritatem hujus miraculi in universo, quam latissime patet, orbe testificabantur, *Luc. XXIV, 23. Act. I, 15, 21, 22, 1 Cor. XV, 6*. Hæc testium Domini Advocatus ad postremum, quæ diceret, habuit. Prima dubia sic pellit. Nemo potest serio negare, naturas Deum inter & homines medias dari, aut eas Dei esse ministros, aut incommode ipsorum opera in re adeo miranda usum Deum. Angeli erant ministri Dei, non resurrectionis testes. Neque fides nostra credularum fœminarum nititur enarratione, sed Evangelistarum scriptis, in quibus, Angelos adfuisse, legimus relatum. At præterea fœminæ oculis & auribus fuerant instructæ, idque, quod & viderunt & audiverunt, potuerunt referre. Ideo vero, quod visa & audita narraverunt aliis, inter testes resurrectionis nemo eos numeraverit. Contra ea Apostolorum, genuinorum testium, is in dubium non vocaverit sinceritatem, qui secum consideraverit, eos, hujus defensæ causa veritatis, omnes miseras, & ipsam denique mortem, sicut antea minatus erat Dominus, animo præsentis vicilique subiisse. Sed divinæ non ita visum erat voluntati, ut non nisi humano fides resurrectionis Jesu Christi testimonio niteretur. Spiritus veritatis debebat de Servatore ab inferis excitato perhibere testimonium, atque Apostolos idoneos reddere, ut & ipsi testes se præbere possent, *Jo. XV, 26, 27. Act. I, 4, V, 32. Luc. XXIV, 49*. Hac eos mente donis miraculosis extraordinariisque instruxit *1 Jo. V, 9, 10*. Exigua sunt, quæ ad hæc denuo monet *Woolstoni* amicus. Causa ita utrinque cognita, Judex, more in foro Anglicano consueto, singulas objectiones ac responsiones accurate repetit, & quid sibi videatur, exponit, novasque res addit circumstantes, quæ

Apo-

Apostolorum testimonio patrocinantur. Omnibus rite peractis, idem quaerit ex Juratis: an, rebus ita se habentibus, Apostoli in causa resurrectionis Domini falsi testimonii jure ac merito postulentur, nec ne? Respondet horum princeps nomine omnium, rationibus utriusque partis haud segniter ponderatis, dignissimos esse Christi legatos, qui ab omni falsi testimonii absolvantur suspicione. Hanc ultimam sententiam laudat Judex, & abit, totaque scena finitur. Juvat ex Praefatione, quam eruditus conversionis Gallicae Autor praemisit, nonnulla excerpere, quae ad recensitam pertinent Dissertationem. *Woolstonus* pra se tulit, *quasdam* objectiones suas hic *plene* dilutas esse. Verum, omnes explosas, ipsum in animo credidisse, vel inde apparere videtur, quod nihil huic Dissertationi ausus est opponere. Quoniam ea sine Autore publicae exposita luci fuit, accidit, ut variis doctissimis hominibus illius elaborationem attribuerent dubii ancipitesque Angli. Forma, qua conscripta est, Juridica nonnullis causam dedit credendi, virum quendam in Jure versatissimum eam composuisse; quo nomine Ill. *Kingium*, Magnum Angliae Cancellarium, genuinum Autorem esse, divinarunt plerique omnes. Tum vero criticae oraculorum quorundam sacrorum enodationes, & nonnullae observationes minime vulgares, alios induxerunt in opinionem, ab homine sanctiori Theologiae addictissimo adeo limatam profectam esse Commentationem. Hodie quidem apud omnes in Anglia in confesso est, Ill. *Sberlockium*, Episcopum Bangoriensem, verum esse illius Autorem. Id quod ex Commentariis Anglicanis, *The present State of the Republick of Letters* inscriptis, ad *Mens. Januar. 1730 p. 12*, confirmavit *Moinius*.

ANTONII DRIESSEN, S. S. THEOL. DOCT. ET
 Professoris in Academia Groning-Omlandica, & Concionatoris Academici, Jesus nascens, patiens & moriens,
 resurgens, in caelum adscendens & ad dextram
 Patris sedens, Spiritum S. effundens.

Gronin-

Groningæ, apud Jo. Cost. Viduam, 1732, 4.

Alph. 2.

Premitit Vir doctissimus hunc librum, quod ipse titulus indicat, aliis, ita inscribendis: *Jesus doctor per parabolæ & absque parabolis; Jesus rediturus in nubibus cælestium phænomenis illustrissimis, antecedentibus, comitantibus, insequentibus; rationem ita redditurus quasi, cur in hoc libro analyfes in Jesum doctorem, eundemque judicem, quas nexus doctrinarum videbatur suo quodam jure sibi vindicare, omiserit. Has autem analyfes ut luci committeret publicæ, non adduci potuit nisi ab amico rogatus, easdemque in vita velut renascente pulchras, exultavit, esse fueras studiorum suorum primitias, postquam, uti Cl. Autor ipse loquitur, clutatus esset illarum corporis animique egritudinem, ex qua exitum dari, vel in hac vita, vel post hanc vitam, non crederet; quin ino, ut sibi daretur, Jesum Christum non tantum vivo sermone in Ecclesia Academiaque, sed & calamo posthat exhibere, sibi tam visam fuisse paradoxum, quam si infelicitum spirituum aliquis ex inferis præco Jesu Christi exciteret. Ut autem lectori statim pateat, quo respiciant durities illa, in ipsa S. Rev. Autoris verba: *Longa lucta & omnigena vexatione exercitus, decernebam aliquamdiu me abstinere ab opere privato & publico, quasi vero sic recen-tatus animosior ad labores rediturus. Alio me recipiebam, sed, cum subducerem me velut Jona, invalescebat procella, qua graviores expertus nunquam fueram; projiciebar in mare, absorbebat me monstrum, in cujus visceribus longum tempus continuos inter diurnos nocturnosque cruciatus degebam, in eo miserimus, quod in ventre bellua cum Jona orare longum tempus non potuorim, sed eheu! alia omnia, horret animus meminisse, mihi contigerint. Quæcumque vexationes omni curriculo ministerii mei subieram, nihil erant ad vel unius horule angustias, quibus tunc volut continuo suffocabar. Tandem inopinato ex mari in aridam projectus, ad me moaque redii. Conferri cum his debent, quæ in antecedentibus habet: *Ejusmodi infernum, qualem nuper in me ingressus fueram, ha-***

Et enus ignorabam, dari in hoc mundo; nemo etiam ejus sibi conceptum formet, neque ea, qua in tali statu sunt corporis, quaque sunt ipse spiritus, recte discriminet, nisi illum ingrediatur ipse, quod omni afflictione in hac vita deprecandum magis est. Quare & ego de eo tantum generalius dico aliquid; neque narro, quam tempestatem, insomnia egerim inter nocturnos diurnosque angores ineffabiles, contemplationisque terribilissimas (ne alia allegem,) ad quas finitum intellectum imaginationemque assurgere posse, nunquam credidissim, & tamen orci velut faucibus creptus, & vivo, & scribo ore calamoque Jesum, infernalium potestatum domitorem, angelum illum ex omni malo assertorem celeberrimo. Meminit etiam Theologia Historica per omnia capita deducta, ab se concinnata, interque Lutheranos fratres Joannem Franciscum Budaeum, Theologum Celeberrimum, in verae doctrinae successione, singulis Capitibus systematis hujus adjecta, plus praestitisse fatetur Henrico Altingio, statim tamen esse eundem subicit parum æquum in rebus cum Reformatis controversis, additis variis, quibus Virum duriuscule habet. Praesentem operam quinque Sectionibus absolvit, inque prima Jesum nascentem; secunda Jesum patientem; tertia Jesum resurgentem; quarta Jesum in caelum adscendentem, & ad dextram Patris sedentem; quinta Jesum Spiritum Sanctum effundentem, expendit. In qualibet Sectione literam textus solite, brevibus licet, exponit; veritatem narrationis cum cura docet, narrationis cum vaticiniis, cum rei permittit conditio, consensum declarat, & applicationem practicam, qua potuit fieri brevitate, annectit. A perspicuitate etiam laudem insignem Vir doctissimus meretur. Nec dubitandum, quin, quos pollicetur, labores reliqui, facta eorum publicatione, experturi sint approbationem eruditorum.

MEMORIA B. THEODORI BERCKELMANNI,
S. Theol. Doct. & Prof. in Acad. Julia, &c. scripta a
JO. HENR. STUSS. Accedit D. HENR. PHIL.
GUDENII, Consilarii Consist. & Ecclesiarum Du-
catus

*catus Gottingensis Superint. Gen. Commentatio Episto-
lica de origine & progressu Inspectionis Gottin-
gensis, ejusdemque Ephoris.*

Hanoveræ, sumtu Jo. Jac. Fœrsteri, 1733, 8.
Alph. i pl. 4.

Alios esse majores, alios clariores, vere dixisse *Plinium*, ex-
emplo quoque suo docet *Theodorus Berckelmannus*, cu-
jus quippe cum late vagata sit fama in Saxonia inferiore, tam
parum tamen is cognitus est hodiernis Vitarum Scriptoribus;
ut pulchrum duxerit Cl. *Stuppius*, Gymnasii nunc Rector Go-
thani optime merens, singulari libro ejus virtutes factaque
exponere orbi, qua literatus est, universo. Ac primum qui-
dam is exhibet p. 5 - 40 brevem vitæ descriptionem, politis-
simo usus dicendi genere: ex qua discimus, natum eum esse
Neostadii, Ducatus Calenbergici oppido, A. 1576 d. 9 Novem-
bris; in Academia Julia juvenem variaz doctrinæ thesaurum col-
legisse, duce potissimum *Caselio*; A. 1602 scholæ Cœnobii Rid-
dagsbusani præfectum fuisse; triennio post evocatum hinc a
Duce *Henrico Julio*, stipendioque literario auctum, in Acade-
miam se contulisse Tubingensem, præclareque ibi se gessisse;
A. 1609 Extraordinarium, A. 1612 Ordinarium: factum esse The-
ologiz Professore Helmsstadii; A. 1625 creatum esse Abba-
tem Amelunxbornensem; A. 1630 suscepisse Ephoriam gene-
ralem Ducatus Gottingensis, una cum Professione in Gymna-
sio Theologiz; denique A. 1645 d. 30 Julii pie hac ex vita
excessisse. Reliquit is & liberos & libros, utrosque magna
virtute conspicuos. Qui superest, nepos Viri optimi, *Jo.
Justus Berckelmannus*, Ollerodæ vivit Regis Magnæ Britan-
niæ Consiliarius Consistorialis, & Generalis Principatus Gru-
benhagensis Superintendens. Libros alios edidit, alios edi-
tioni paratos reliquit hæredibus suis. Edidit scilicet *Isagogen
Theologicam*, quo in libro luculente præscribit & ingrediendi
rite & perficiendi studii Theologici rationem; *Dissertatio-
nes Biblicas*, quibus observatu digniora de singulis sacri Co-
dicis libris exponit, juxtaque illustrat loca difficiliora; & *Com-
menta-*

mentarius in Epistolam ad Galatas. Edenda sub titulo *Ky-
sti poetici* reliquit Carmina plurima, luce comamuni dignissi-
ma. Superest item in scrijjs Summe Reverendi nepotis, quem
diximus, *Commentarius* ejus in *Confessionem Augustanam*, &
Syntagma univ[er]sa Historiæ sacre, continens primum Geo-
graphica sacri utriusque Codicis, dein Chronologica, tum
Genealogica. denique res gestas inde ab ortu mundi usque
ad Hierosolymitanum excidium.

Sequuntur p. 49 - 224 illustrationes hujus Biographiæ,
eæque admodum luculentæ. Plura hic exhibentur Car-
mina *Berckelmanni*, cum heroica, tum elegiaca, quo-
rum in his *Qvidiam*, in illis *Virgilium* feliciter ab ipso
empriani, facile assantiaris Cl. Editori: qui & acrosticha
ejus Carmina aliquot repræsentat, & alia ingeniosissimo
textu artificio. Nos, ut ex ungue quasi quodam Lectores co-
gnoscant nostri hunc virum, ac simul filium ejus judiciumque
videant, ex Dedicationse, *Isagogæ Theologicæ*, quem librum Cl.
Autor jure meritoque appellat *aureolum*, præfixa, hæc depra-
minus: *Est admodum difficile est, literarissimo hæc seculo
in tanta librorum & ingeniorum varietate, ubi multi sive
natura sive fortuna modo ad hunc, modo ad alium scripto-
rem evolvendum impelluntur, certum discendi modum velle
prescribere, & forsitan non minoris laboris sit, recte præ-
monere, quos libris cavere, a quibus abstinere, quos & qua-
las vesire, quos colere, quam quibus acquiescere optime ac
felicissime possimus; quia tamen nullus est ordo, qui non ha-
beat certas aliquas studii sui regulas stricte observandas, ad
officium meum pertinere existimavi, ut optima & generalia
quædam præcepta, ad studium Theologicum accommodata, fi-
deliter monstrarem, & ideam informandorum studiorum citra
cujusquam præjudicium sine offensione quæ contentione
brevitè delinearem; quam qui mediocri saltem diligentia
constanter fecerit fuerint, a janua aut scopo, ut spero, baud-
quaquam aberabunt. Libet etiam repetere Carmen Itali cu-
jusdam Poetæ, in quendam calculo laborantem, (quo morbo
Berckelmannus exhaustus est,) a Cl. Editore Latine reddidit:*

Hæc

Pag. 141.

217.

*Hæc mihi! Suntne meis prædura in venibus ergo
 Condita me vristi saxa datura noci?
 Quæ sunt semper graviora magisque molesta,
 Quæque tenent vita fata notata mea.
 Si faustos alii numerant meliore lapillo,
 Tot mihi funestos his ego signo dies.
 Exstruitur duris alias domus integra saxis:
 Destruitur nostri corporis hisce casa.
 O durum fatum, mea quod mihi viscera duros,
 Quæis lapider, lapidos progenerare jubet!
 His in me saxis acuit mors horrida relas
 Dant marmor tumula viscera nostra meo.*

Annectitur huic libro p. 225 - 353 D. Gudonii liber, niti-
 do item stilo exaratus, de Ephoris Gottingensibus Diacæscas. Hos
 inter eminent Joachimus Morlinus, Theodorus Fabricius,
 & Godofridus Sluterus. Ac Morlini quidem vitam S.
 Rev. Autor exponit p. 239 seq. ejus quoque scripta recen-
 sens p. 243 - 260. Fabricii vero de vita librisque disserit p.
 278 seq. & de Slutero p. 293 seq. Commemorabilis inprimis
 est Morlini Epistola excommunicatoria, cujus partem
 hic p. 241 offendimus. Nos totam dabimus ex *Dranfeldti*
Prodromo monumentorum Gottingensium p. 31: Ego Joachi-
 mus Morlin, S. Theol. D. Superintendens Gottingensis, mando
 tibi Joanni Wigando (Pastori Ecclesie in pago Gronensi, qui
 urbi Gottingæ adjacet,) autoritate ministerii mei, quo ego in
 presentia tanquam legatus fungor, ne in Ecclesia Gronensi,
 qua ad meam inspectionem pertinet, quam accepi a Domino
 meo, Jesu Christo, vel docere, vel ministrare Sacramenta præ-
 sumas. Ad quam, non vocante Domino, tanquam fur & la-
 tro, mendax & perfidus, ut tibi pulchre demonstrare possim,
 solummodo ventris causa intrasti. Mando igitur tibi & præ-
 cipio ratione mei officii, ut ab alieno grege abstineas, in quo
 me posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, quam acqui-
 sitis sanguine suo. Dabam 8 Julii A. 1547. Illud adjiciendum
 putamus, Historiam Ephorum Gottingensium non esse
 hic ad finem usque suum portexam, sed S. Rev. Au-
 torem

torem nunc in eo esse, ut universam componat Ecclesie Gottingensis historiam sermone patrio: de qua, ut primum prodierit, (prodibit autem brevi,) more nostro dicturi sumus. Illud postremo loco monere debemus, quod nos ipse docuit Cl. *Stussius*, ipsius libro inserta nonnulla esse ab amico quodam, quæ ipse mallet exarata esse stilo puriori: quale est, quod p. 134 legitur de *Petro Valentino*.

BIBLIOTHECA CYPRIANICA, SIVE CATALOGUS Librorum Historico-Theologicorum, quos ERN. SAL. CYPRIANUS, Theol. D. Consiliarius Consistorialis & Ecclesiasticus Gorbanus, sibi undecunque conquisivit. Editio auctior, ad Theologiæ & Historiæ Ecclesiasticæ studiosorum utilitatem priore multo accommodatior.

Lipsiæ, sumptibus Ge. Marci Knoch, 1733, 8.
Alph. 2 pl. 21.

Bibliothecam hanc qui perlustrare volent, haud dubie existimabunt, Theologiæ cultoribus eam ad comparandam librorum notitiam mirifice profuturam esse. Continet enim fontes ac historiam, si minus Orientalium, certe Occidentalium cœtum ad unum omnium, in quos Christi Ecclesia scissa est. In primis autem Diplomatum Ecclesiasticorum, eorumque Scriptorum, quibus sub censuram vocata sunt pleraque, magna hic copia reperitur, nec minor est documentorum reformationis Ecclesie, quæ A. 1517 exorta est, collectio. Adversariorum *Lutheri* etiam, & monumentorum, initia Academiæ Wittebergenis ac reformationis Helvetiæ illustrantium, tanta seges se offert, ut vix in privata Bibliotheca locupletiore inventum iri arbitremur: quod & de Vitarum ac Epistolarum scriptoribus non immerito quis dixerit. Insunt etiam multi libri vetitæ, ut dici solent, lectionis, *Vaninus*, *Spinoza* & alii, quos enumerare longum foret. Adjecit S. Rev. Possessor notulas literarias bonæ frugis plenas, v. g. p. 2, ubi ad oculos demonstrat, Latine versioni, quæ in *Harduina* Conciliorum Collectione

tionem habetur, aliquando bonam fidem deesse. Deteguntur & Anonymi quidam, sistunturque in omnibus Theologiæ partibus libri utilitate ac veritate maxime commendabiles. In fine reperias licet Indices quatuor, Theologicum, Historicum, Antiquarium, ac denique Autorum notabiliorum. Sed ita confecti sunt, ut diligens Operis Lector multa prætermissa supplere possit.

IUSTI CHRISTOPHORI BOEHMERI MEMORIA Professorum Eloquentiæ, quos habuit Academia Helmstadiensis, nunc primum editæ a CHRISTOPH. AUG. HEUMANNO, D.

Gottingæ, literis Hagerianis, 1733. 4.
Plag. 34.

Inter artis dicendi magistros Academicæ Helmstadiensis haud ultimum locum tenuit Cel. Autor noster, qui postea ibidem Theologiæ fuit Professor, creatus ad ultimum Cœnobii liberi & Imperialis Loccumensis sive Luccensis Abbas, ac A. 1732 d. 31 Aug. Hanoveræ extinctas. Ei moris fuit, publicas utriusque semestris academias exordiri allocutione oratoria: qua occasione vitas exposuit Professorum Juliæ illius Academicæ. Descripsit autem eas & accurate & quam fieri potuit plenissime & comatissimo dicendi genere. Qui labor cum dignus esset luce publica, jam A. 1729 edidit *Memorias Medicorum Academicæ Helmstadiensis*. Postea emittere animum induxit *Memorias Collegii Philosophici Professorum*, non minori quippe cura nec minus terse ab se compositas. Verum obstiterunt graviora postremi muneris negotia, quo minus id, quod volebat, efficeret. Nunc, eo defuncto, prodierunt in lucem, obstetriciam operam navante Cel. *Heumanno*, Vitæ Professorum eloquentiæ, qui fuerunt *Hartvicus Smidestetus, Theodorus Adamus, (Jo. Casp. gener.) Joannes Pozinius, Christophorus Heidmannus, Christophorus Schraderus, Henr. Christoph. Jani, Caspar Corberus*: cui successit *Bahmerus* noster, huic *Erhardus Reuschius*, adhuc fungens isto munere præclarissime. Sunt inter septem illos, quos hic liber

90 ACTORUM ERUDITORUM

Liber exhibet, uti dicitur nominis, *Heidmannus, Schraderus*, & qui *Schraderianae Tabulae Chronologicae* usque ad A. 1698 productas edidit, *Corberus*: de quibus nonnulla commemoranda ducimus. Ac *Heidmannus* quidem A. 1626, vix quadraginta quatuor entensus annos, diem obiit supremum, idque in Academia Sorana, quo ipsum Rex Daniae evocarat. Vix autem semestri elapso, vitam ibi cum morte commutavit, relictis ingenii sui monumentis eximis. *Schraderus*, ejus successor, A. 1639 (nam diu vacuofacta manserat Eloquentiae Professio,) cepit tradere dicendi artem, in eoque studio decessit annos quadraginta quatuor, rebus humanis creptus A. 1680, cum vivendo progressus fuisset ad annum septuagesimum nonum. Index Operum ejus, inter quae erinet Commentarius inclytus in *Aristotelis Rhetoricam*, adjunctus est Orationi *Melch. Schmidii*, memoriae ejus & honori dicatae. *Corberum* eo liberalius laudamus, quod Collegam nobis se praebuit in scribendis his *Actis Eruditorum*, ergodiocta usque *Carpzovio* nostro *Frid. Benedicte*. Convertit is Latinum in sermonem atque edidit *Emanuelis Thesauri Ideam arguta & ingeniosa dictionis*, *Joaquimi item Boussi Ivonem regiam Monarchae Sinarum nunc regnantis*, neutri Operi, qua erat modestis, nomen suum adscribens. Edidit quoque Opera *Anae Sylvii Geographica & Historica*, *Epistolas* item *Conringii ad Furstenbergium & Baluzium*: editurus etiam *Conringii & Boineburgii* commercium Epistolicum, nisi malo quodam fato fuisset prohibitus. Discimus vero hinc, has duorum excellentium virorum Epistolas nunc asservari Hanoverae in Tabulario Electorali. Superest, ut cum Cel. Editore optemus, ut etiam ceterorum Ordinis Philosophici ejusdem Academiae Professorum vitae, vinculis suis ruptis, exeant in publicum, tamque illustri Academiae Rhetores reddantur illustriores.

Aufrichtige Nachricht ic.

h. e.

SINCERA RELATIO DE VITA, SCRIPTIS AC
Doctrinis Patrum Ecclesiae quarum priorum Saeculorum
Autore GOTTLIEB STOLLIO,

Jenae,

SUPPLEMENTA Tom. X Sect. XI. 37

Jena, in officina Meyeriana, 1733. 4.
Alph. 3 pl. 4.

Difficile est, Historiam scribere Patrum Ecclesie. Ob id ipsum enim, quod *Patrum* nomen gerunt, impium videri possit, quidquam minus honorificum de iis exponere. Imo illi, qui ex lege secte suae pro Divis eos colunt, nec in sapientia, nec in virtute & meritis ipsorum quidquam desiderari posse, habent persuasissimum. Nemo igitur ex vero descripsit priscos illos Theologos, nisi qui similes existimaverit eos nostrae aetatis Theologis, hoc est, eos pro hominibus habet humanis erroribus humanisque vitiis obnoxios, & nec affectui, nec praesudicio ulli succumbens, ex ipsorum libris de eorum eruditione, ex factis de eorum animi habitu sincerum & oculatissimum fert iudicium. Accedat vero necesse est generosa libertas id, quod sentias, hoc est, quod satis exploratum sit, docendi alios, & publicis mandandi literis. Agnovit haec difficultatem contexendae Patrum Historiae Cl. Autor, haud injuria se metuere professus in Praefatione, ne suum hoc Opus compluribus sit displiciturum: quibus tamen opponit clypeum autoritatis *Lutheri*, & rem ipsam sine longiori prooemio strenue aggreditur. *Pars prima* dicata est primi Seculi Patribus, cujus *primum Caput*, quod sinit *Barnabam*, cum in modum est adornatum, ut primo illi nominentur, qui antea scripserunt de *Barnaba*, ejusque scriptis; deinde ex *Actis Apostolorum* res ab eo gestae describantur; tum incertae de eo narrationes, vel manifesto falso, proferantur in medium; hinc de scriptis, ei injuste tributis, disseratur; postea de superstite Epistola, cujus is Autor esse fertur, exhibeantur opiniones contrariae; denique rationes afferantur, quibus Cl. Autor permotus, credit, adulterinam esse illam Epistolam. Adjicitur & argumentum hujus Epistolae, nec mentio omittitur de Latina ejus versione, deque variis editionibus. Constat nunc de methodo Cl. Autoris: nisi quod, cum eos considerat, quorum plures supersunt sunt libri, hos una cum editionibus suis diligenter recenset, & ultimo loco singulares ac paradoxas, vel etiam heterodoxas, cujusque sententias exhibet. Agitur igitur

ACTORUM ERUDITORUM?

*Libri primi Parte prima de Barnaba, Clementi Romano, & Hermo; Parte secunda de Ignatio, Polycarpo, Justino Martyre, Tasiato, Melitoni, Athenagora, Theopido Antiocheno, Irenaeo, Clemente Alexandrino, Hermia; Parte tertia de Tertulliano, Minucio Felice, Hippolyto, Julio Africano, Origene, Cypriano, Gregorio Thaumaturgo, Dionysio Alexandrino, Methodio, Nepote, Novatiano. In secundo Libro differitur de quarti Seculi Patribus, Arnobio, Lactantio, Eusebio, Athanasio, Antonio Eremita, Julio Firmico, Cyrillo Hierosolymitano, Hilario, Eufimio, Didymo, Theophilo Alexandrino, Prudentio, Dionysio Arcopagita, (hoc enim sub nomine editos libros Noster ante quartum Seculum compositos esse non putat.) Epiphano, Optato, Ebreimo, Basilio M. Gregorio Nysseno & Nazianzeno, Amphiloquio, Macario, Ambrosio, Hieronymo, Evagrio Pontico, Nemesio, & Philastrio. Hae excerptae hinc nonnulla, facile invitatura Lectores ad totius Operis sedulam perlustrationem. Partis II Cap. I §. 7 dubitat, an ulla Ignatianarum Epistolarum sit genuina. Nec Capite proximo sequenti satis certa est ejus sententia de Epistola Polycarpi nomen praferenti. Qui exhibitos Cap. VIII §. 8, 9, 10, 11, & Cap. IX §. 15, errores Irenaei & Clementis Alexandrini inspicit, is multo tenuius, quam antea, fontiet de eorum & ingenio & doctrina. Partis III Cap. IV §. 5 rejicit Cl. Autor Acta martyrii Symphorosa, quae vulgo tribuuntur Julio Africano, tanquam supposititia. Cap. V §. 25, postquam narrasset, Origeni multos tribui errores, sed simul mores Christianissimos, scite observat, veteres Theologos magis pios fuisse, quam orthodoxos, hodiernos esse magis orthodoxos, quam pios: apprecaturque Ecclesiae doctoribus suavem orthodoxae & pietatis concordiam. Cap. VII non veretur in censum fabularum rejicere miracula pariter ac revelationes, tribui vulgo solitas Gregorio Thaumaturgo. Libri secundi Cap. II §. 15 errores aliquot Lactantii producens, ait, totum se librum scribere posse de naveis ejus & erroribus. Cap. VI §. 4 notat G. Arnoldum, qui Vitam S. Antonii retulit inter cimelia Christianae antiquitatis, cum sit opus fabellarum refertissimum: De
Cyrillo*

Cyrillo Hierosolymitano Cap. VIII §. 11 approbat iudicium *Joannis Claudii*, pectenuiter de eo sententia. *Hilarii Pictaviensis* invectivam in Imperatorem *Constantinum* orationem Cap. XX §. 7 Theologo Christiano indignam, & ipsi *Hilario* partem honorificam esse, judicat. Cap. XIV de *Dionysio Areopagita* studiosius agit, addens coronidis loco *Lutheri* & *Chomacii* de scriptore illo iudicia, valde eum contemnentium. Nec minori cura profequitur Cap. XXIV Historiam *Hieronymi*, quadraginta videlicet implens paginas: & initio quidam tredecim laudans Auctores, in Historia *Hieronymi* describenda veritate; hinc ipsam ejus vitam exponens; tum de Operum ejus editionibus differens, ac speciatim recensens illam, quam *Martianus* debemus, ex ordine Tomorum, subindeque interspergens de ceteris *Hieronymi* libris iudicia. Ut vel unum proficemus exemplum, librum illum, quo *Vigilantium* impugnavit *Hieronymus*, cum *Jo. Clerico* habet pro eximio specimine inepti pariter & injusti Zelotæ, quem vulgo vocant hereticem. Ultimo loco exhibet *nuptias Hieronymi doctæ*, inter quas hic eminent, quod omne jusjurandum sit peccatum, quodque vita conjugalitatis sit fugienda.

Die Evangelische Lehre von der allgemeinen Gnade &c.

h. e.

JOACHIMI LANGII, S. THEOL. DOCT. ET
Prof. Publ. Ordin. in Academia Hallensi, Doctrina
Evangelica de universali Dei gratia ex Scriptura S.
suffragio sanæ rationis adstructa, & contra objectiones
vindicata. Editio secunda,
auctior.

Hale, apud Jo. Ernest. Fritschiam, 1733, 8.
Plag. 21.

Illud sibi datum hic existimavit Summo Rev. Langius.
ut, edito lingua vernacula libello, qui perspicuita-

te imprimis brevique concinnitate se commendaret, salutarem de universali Dei gratia doctrinam declararet. Nec displicuisse eruditis hoc consilium, satis comprobatur hac altera libelli, eaque auctior, editio. Facile patet Lectoribus, Opusculum Instructivum, non hic ad pristina bella restituenda denuo conclamari, sed veritatem ipsam in arduo hoc argumento quæri, ex Scripturis erui, & sine felle vindicari. Dedicatio, potentissimo Prussie Regi inscripta, voluntatem Regis causam editi libelli allegat, & incomparabile illius in ornanda doctrina de universali gratia exemplum, receptos tanta cum indulgentia Salisburgenses, prædicat, simul vero egregia fidei Evangelicæ in iis documenta commendat. Præfatio, Opusculo præmissa, sententiam S. Rev. Autoris de ~~hæc~~ hujus doctrinæ ad salutem exponit: quo in argumento medium tenet, ita quidem, ut doctrinam de particulari gratia periculosissimam omnino charybdin esse judicet, quæ multos vel in securitatem, vel in desperationem præcipites agat; quæ tamen a quibusdam ex Reformatis, via ad salutem sollicitè iacendentibus, evitetur, ut ipsis quidem actu ipso damnationem non inferat. Habet altera hæc Opusculi editio illud præcipui, ut non tantum objectionibus, quæ in prima classe enodantur, novi cujusdam scrupuli solutio accesserit, sed etiam ex speciali Regis voluntate Appendix de origine & permissione peccati contra *Petrum Balianum* adjecta fuerit. Præmissa est summa totius Opusculi, quam brevis Introductio excipit. Tria sunt, quæ hoc in argumento a lectoribus Autor postulat, nempe, ut veritati sine præjudicio locum relinquunt, loca pauciora & difficiliora ex facilioribus, iisque plurimis, interpretentur, nec doctrinam satis fundatam, eamque necessariam, ob residuos quosdam scrupulos in dubium vocare atque rejicere audeant. Ipsa Tractatio *Scilicet I* argumenta exhibet, quibus gratia Dei in Christo universalis demonstratur. Primum argumentum, quod ex ipsa Dei natura & perfectionibus ejus essentialibus petitur, monstrat, quod Deus & possit & velit omnibus gratiam suam exhibere. Secundum cla-

Pag. 15.

22 - 26.

ris & in classis suas accurate digestis Scripturæ S. testimoniis nititur. Horum prima classis loca exhibet, quæ gratiam & amoris Dei in Christo erga mundum, imo totum mundum, adstruunt, quo pertinent *Jo. I, 29, 36, III, 16, 17, IV, 42, VI, 51, XII, 47, 2 Cor. V, 19, 1 Jo. II, 2, IV, 14.* Alteram classem constituunt loca Scripturæ, *Jes. LIII, 6, Matth. XI, 28, Act. XVII, 30, Rom. V, 18, VIII, 32, XI, 32, 2 Cor. V, 25, Col. I, 19, 20, 1 Tim. II, 4, 5, 6, IV, 10, Tit. II, 11, 2 Petr. III, 9,* quæ, addita vocula *omnis*, gratiam universalem prædicant. Tertia classis loca exhibet *Rom. XIV, 15, 1 Cor. VIII, 11, 2 Petr. II, 1, Ebr. X, 29, Ezech. III, 17, Matth. XXIII, 37,* in quibus & illi, qui pereunt, a Christo redempti nobis sistuntur. Tertium pro universali Dei gratia argumentum ex necessitate & utilitate doctrinæ, quam in ipsa præxi verbi doctoribus & auditoribus præstat, oppositoque animarum periculo & damno, ducitur. Quartum denique argumentum petitur ab indole hujus doctrinæ, quippe quæ omnino ad systema religionis, quod sapientia, valore & perfectione se commendat, naturæque Dei & hominis ex æsse conveniat, pertinet. Succedit *Sect. II,* quæ doctrinam de universali Dei gratia contra objectiones, quæ in tres potissimum classes digestæ sunt, defendit. Prima classis duodecim objectiones contra supra adducta argumenta exhibet. Objicitur quippe 1), non tantum ad gratiam Dei, sed etiam ad justitiam, quam in rejiciendis plurimis demonstrat, attendendum esse. Respondetur, illud vero ita fieri debere, ut æquilibrium & harmonia gratiæ & justitiæ, docendo, plures ex numero æqualiter lapsorum absoluto decreto damnari, non aboleatur. Objicitur 2), libertati absolutæ voluntatis divinæ tribuendum esse, quod paucos eligat, plures rejiciat: sed respondetur, hanc non tolli, verum perfectionibus suis, potentia imprimis & benignitati congruenter operari. Objicitur 3), mundum, imo totum mundum, notare electos, primitias generis humani, diversæ gentis, conditionis & ætatis homines. Responsione contra docetur, nusquam in S. Scriptura solos hæc voce electos significari, cum & alienum a re ipsa sit, hu-

- jus generis denominationem a paucioribus, licet nobilioribus.
- Pa. 79 - 83. peti. Excipitur 4), vocem *omnes* non singula generum, *alle und jede*, sed genera singulorum, *allerley*, & quidem electos ex omnibus populis, denotare: cui, quod neq; totius humani generis, nec amoris Dei erga homines indoles, nec *omniseae* circumstantiarum in locis S. Scripturae, quae huc pertinent, tale quid permittat, opponitur. Ad objectionem
- 83 - 85. 5), Deum velle omnium salutem, sed posita conditione, si omnes credant, respondet Autor, imo vero Deum & illud velle, ut omnes ad cognitionem veritatis perveniant, nec dici posse, quod finem serio velit, si quidem media dare non
- 86 - 88. lit. Responsio ad objectionem 6) docet, vocem *multi*, pro quibus Christus vitam posuisse perhibetur, multitudinem hominum, cui ab unico redemptore Christo salus parta est, innuere, neminem vero illi numero eximere. Responsio ad ob-
- 88 - 90. jectionem 7) ostendit, *oves* in similitudine Jo. X. 11, 15, idem
- 90 - 94. notare, ac homines; nec magis obiectio 8) de precibus Christi non pro mundo, sed pro discipulis, locum habet, cum speciales illae pro conservatione discipulorum in bono, aliam Christi pro mundo intercessionem non aboleant. Neque vero
- 95 - 96. 9) argumentari licet: Si Deus omnium hominum salutem serio vult, sequitur, quod omnes salventur; atqui non omnes salvantur; E. omnium salutem non serio vult. Hoc enim tantum valeret de voluntate Dei absoluta, minime vero de voluntate secundum conditionem causae liberae, qualis homo
- 97 - 102. est, ordinata. Obiectio 10), qua doctrinam de universali gratia vel praevisioni Dei contrariari, vel libertati voluntatis humanae nimium tribuere, objicitur, diluit Autor, dum Pelagianismum non in eo, si quis voluntati libertatem ipsi essentiali relinquat, sed si vires ejus proprias ad spirituale bonum extollat, quaerendum, praevisionem vero, actum quippe non voluntatis operantis, sed intellectus cognoscentis, nullum praevisionis actionibus hominum liberis necessitatem imponere, solide
- 102 - 109. ostendit. Ad objectionem 11), quod foederis gratiae promissiones sub conditione factae quosdam tantum tanquam salutis haeredes respiciant, atque adeo gratiam ipsam particularem esse ostendant, respondetur: distinguendam esse universalem regulam,

gratiam, & specialem ejus ad individua hominum applicationem; hanc vero non ab absoluto decreto, sed a constituto divinitus ordine salutis, quem alii ingrediantur, alii sua culpa non ingrediantur, derivandam esse. Denique & objectioni 12) satisfacit Autor: dicunt, expositam hoc modo de universali gratia doctrinam esse rationi satis consentaneam, at vero sic aboleri mysterium fidei, quod tamen Apostolus *Rom. XI, 23*, tantopere in doctrina de electione miretur; respondetur: imo vero nostram doctrinam recte se ex eo commendare, quod nihil sane rationi adversum complectatur, saluum tamen esse mysterium fidei, quippe in quo ex Scripturis cognoscendo dijudicandoque multa rationi impervia nihilominus supersint. Secunda classis objectionum illas, quæ ab induratione petuntur, continet, quas ita diluit Autor, ut ad exemplum *Pharaonis*, qui *Exod. IV, 21*, a Deo induratus dicitur, respondeat: indurationem, Deo tributam, non operationem indurationis in animo *Pharaonis*, sed permissionem ejus, notare, quæ more Hebræis usitato hic loci verbo actionem alias significantem exprimitur, quod hæc permissio simul actum aliquem judicalem Dei, gratiam sæpius contemtam, & quam porro contemtum iri novit, subtrahentis, constituat. Tum vero ad objectiones, quæ ex *Rom. IX* petuntur, hunc in modum respondet, ut ex integra *Cap. IX, X & XI*, theoria, ductu *Rom. XI, 31*, ostendat, *Paulum* causam electionis & reprobationis non in absoluto Dei decreto, sed in fide gentium & incredulitate Judæorum; querere, nec ea, quæ de libera Dei in eligendo voluntate proponat, ordinem salutis a Deo constitutum, sed vanam Judæorum propter externas prærogativas meriti opinionem, impugnare. Pari ratione ea, quæ ex *Matth. XIV, 13*, & parallelis, item *Rom. I, 24 seq. 2 Thess. I, 7*, de induratione & excæcatione objiciuntur; non de divina effectus hujus operatione sed de eventu, culpa incredulorum contingente, Prophetica prædictione & permissione, intelligenda sunt: locus vero *Deut. XXIX, 4*, non quod Deus propter suum absolutum decretum noluerit, sed quod propter contumaciam Judæorum cor ipsorum ad intelligendum inclinare non potuerit, innuit. Tertia objectionum classis illas exhibet, quæ a defectu mediæ gratiæ universalium & sufficientium petuntur. Contra vero Ven. Autor, qua ratione oralis traditio defe-

Pag. 107.

109.

110 - 122.

122 - 154.

154 - 163.

163 - 175.

Pag. 175 -
209.

- defectum Scripturæ a tempore lapsus usque ad diluuium, imo usque ad tempora *Mosis*, compensaverit, erudite docet: porro solide evincit, Deum inde a *Mosis* temporibus populum Judaicum in peculium selegisse, non ut reliquos terræ populos gratia sua excluderet, sed ut gentem, ex qua *Messias* nasciturus erat, accurate designaret: simul vero luculenter ostendit, quæ ratione providentiæ divinæ populi Judaici fata omni tempore sic dispensaverit, ut verus Israelis Deus etiam hominibus extra Ecclesiam innotescere potuerit. In quo argumento expediendo & illam sententiam, quæ salutem gentibus extra Christi cognitionem addidit, & alteram illam, quæ salutaris doctrinæ manifestationem angustiis Judææ limitibus circumscribit.
- 209 - 213. solícite cavendam esse monet. Denique, nec Christo nato ad nostra usque tempora sufficientia salutaris cognitionis media gentibus defuisse, e præconio Evangelii, ubi vis terrarum juxta
- 213 - 219. *Col. I, 23*, pervulgato, probat: porro vero, ut, qui supersunt, serupulos amoveat, gentes quasdam contemptu gratiæ, illius ulteriori promulgatione semet ipsas indignas reddidisse; aliis commercia, cum Christianis instituta, viam ad doctrinam salutarem aperuisse: nonnullis cognitionis mensuram nostra gradu inferiori suffecisse: denique vero & alios forte, cum ordinaria media habere non potuerint, prævio loco *Jobi XXXIII, 16*, via extra ordinem ad Christi agnitionem pervenisse, tutius credi, quam si omnibus ad salutem mediis absoluto quodam Dei decreto prorsus excludantur, existimat. Succedit *Soct. III*, quæ practicam doctrinæ de universali gratiæ applicationem ex *Jo. I, 16*, *Matth. XIII, 12*, *2 Cor. VI, 1*, *Tit. II, 10, 11*, *Hebr. XIII, 9*,
221. serio omnibus inculcat. Subjuncta Tractationi Parænesis tum Salisburgenses in Prussia Ecclesias, tum earundem Pastores & Scholarum Magistros ad solícitam gratiæ divinæ observantiam & usum hortatur. Appendix de origine peccati, calci Tractationis annexa, scrupulos, a *Petro Bellio* in Dictionario Historico & Critico Art. de Manichæismo contra lapsum Adami motos, solide excutit. Quo in argumento ita versatur Ven. Autor, ut, præmissa theoria de *Christi* intellectus naturalis & voluntatis humanæ ad res spirituales ipsam de origine mali controversiam distinctis hæc de re quæstionibus evolvat. Adjectus est colophonis loco brevis Elenchus introductionis in Scripturam & revelatam in illa secundum utramque Oeconomiam religionem Messianicam & Christianam, ex *Isagoge*, Commentario in Pentateuchum præmissa, repetitur. His jam scriptis, editionem tertiam libelli de universali gratiæ proditiæ, videmus.



(529)

ACTORUM ERUDITORUM,

Qua Lipsia publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tomus X Sect. XII.

**F. IGNATII HYACINTHI AMAT DE GRA-
VESON,** *Sacrae Facultatis Parisiensis Doctoris, &
Collegii Casanatensis Theologi, Ord. Praedicatorum,
Epistole, ad Amicum scriptae, Theologica-Historico-Pa-
lemicae, in quibus doctrina de gratia se ipsa efficaci, &
de praedestinatione gratuita ad gloriam ante omnem
provisionem meritorum, contra Scholae Thomisticae
Adversarios asseritur ac vindicatur.*

Tomus III.

Romae, ex Typographia Rochi Bernabo, 1728, 1729, 1730. &
Tom. I Alph. 2 pl. 7, Tom. II Alph. 2 pl. 11, Tom. III
Alph. 2 pl. 14.

Augustinus Lib. I contra Pelagianum Caelestinum Cap. 49
Tom. VII Op. f. 737 edit. Frabeq. ex rei veritate, Qua-
estio, inquit, quando de arbitrio voluntatis & Dei gratia dispu-
tatur, ita est ad discernendum difficilis, ut, ubi descenditur li-
berum arbitrium, gratia Dei negari videatur, quando autem
asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putatur auferri, ut,
sicubi contrariis occurrendum est morbis, sic etiam in diversis
zate opinionum non aperta, difficilis ad veritatis portum via.
Neque enim solum ipse Augustinus, ubi contra Pelagianos
dispu-

XXI

disputat, Prædestinarianus, ubi vero Manichæis contradicit, Pelagianizans multis videtur, verum etiam hujus doctrinæ difficultas omnibus seculis gravissimis contentionibus aperuit occasionem. Ex iis, qui ad hunc usque diem de hac materia summo cum fervore disceptant, Dominicanos & Jesuitas nunc tantum nominamus. Videlicet nemo est, qui ignoret, *Thomam de Aquino*, Dominicanum, tertio atque decimo seculo Pelagianis erroribus gravissime contradixisse, atque data opera propugnare, ut sic summi Numinis gratiam conversionem hominis peccatoris esse adscribendam. *Thoma* discipuli sequenti ætate cum *Joanne Duns Scoto* de hac materia gravissimas habuere controversias, quæ *Scotistarum* atque *Thomistarum* nominum causa fuere. Sec. XVI vero *Prudentius de Merata Major* primus e Sociis Societatis Jesu, nulla *Thomæ* doctrina, *Scoti* Pelagianam opinionem ex instituto tuitus est. Non defuere e Dominicanis, qui ejus ausus improbarent. At vero nullo propemodum loco habenda est hæc controversia, si comparetur cum gravissimis illis, quæ post editum *Ludovici Molinae*, Jesuitæ, librum de concordia liberi arbitrii cum gratia donis inter Jesuitas & Dominicanos sunt agitatae, Jesuitis *Molinae*, Dominicanis *Thomæ* de gratia Dei sententiam defendentibus. Qui modo e Jesuitis Dominicanis præcipue publicis scriptis contradicunt, *Molinae* causam quoad omnia agere reformidant. Illud enim, quod *Suarezus*, Societatis Jesu Theologus, excogitavit, de gratia Dei systema jam inter Jesuitas maximum plausum consecutum est. Quod etiam *P. Daniel* in suis ad *P. Natalem Alexandrum* datis Epistolis, *Levinus de Meyer* in Dissertatione de mente Concilii Tridentini de gratia per se ipsa efficaci, aliique Jesuitæ, contra Dominicanos disputantes, suum fecere. Atque, cum hi ipsi etiam sint, contra quos Cæl. Autor noster in Epistolis suis præcipue disputat, hoc *Suarezianum* systema singulari industria sub examen vocat. Non solum vero Cæl. Autor Jesuitarum errores refutare studet, sed id etiam omni agit solertia, ut ostendat, *Thomistarum* de gratia Dei doctrinam *Jansenistarum* perperam dici. Hoc nomine enim Jesuitæ *Thomistarum* systema in invidiam addu-

adducere, & *Jansenista* suis commodis consulere voluerunt. Quo autem melius declaret, *Thomista* cum *Jansenista* non communem facere causam, probare auctur, ex *Thomistarum* principis non sequi theses, libertatem hominis everteutes, quæ ex *Jansenistarum* doctrina non possint non sequi. Eam in rem in tres Partes Epistolas suas divisit. In prima Classe illas collocavit, quæ vel ad adstruendam, vel ad vindicandam doctrinam scholæ *Thomistica* de Præmotione physica, seu de gratia per se efficaci, vel ad conciliandum liberum hominis arbitrium cum eadem gratia, referuntur. In altera Classe locum obtinent Epistolæ, quibus declaratur dissensus inter *Concilii Jansenii* & *Thomistarum* positiones. In Epistolis vero, quæ P. III. extant, Jesuitarum de scientia media & gratia congrua systema evertere studet. Existimamus, nos brevius harum literarum rationem exponere non posse, quam recensendo, quem de triplici de gratia Dei systemate Jesuitarum, *Jansenistarum*, & *Thomistarum*, sibi conceptum Cl. Autor formavit. De hoc enim ubi constat, de reliquis ejus Annotationibus inde poterit conjectura fieri. Antequam autem hoc faciamus, cum Cel. Autore observandum erit, omnes Theologos catholicos consentire, Deum movere voluntatem & liberum hominis arbitrium non tantum per auxilia extrinseca, v. g. per legem, doctrinam, prædicationes & exempla bonorum, verum etiam Deum movere liberum hominis arbitrium per auxilia intrinseca. De eo vero movetur controversia, cujus generis & virtutis sint illa auxilia, quibus Deus liberum hominis arbitrium interiorius movet? Jesuitæ contendunt, divina illa auxilia intrinseca non esse ex se ipsis efficacia, nec per se hominem convertere, sed pendere a libero hominis arbitrio, & a consensu & determinatione voluntatis humanæ suam haurire & habere efficaciam, Deumque non aliter prænoscere, istiusmodi auxilia intrinseca fore aliquando efficacia, quam quia per scientiam mediam prævidit & exploravit, voluntatem hominis his divinis intrinsecis auxiliis, moraliter solum moventibus, consenturam. Ad *Jansenistarum* doctrinam quod attinet, Cel. Autor, Primum, inquit, doctrina

Jansenii quæque discipulorum principium in hoc sermo est, quod velius, gratiam in statu natura lapsa, quando superior est gradibus cupiditatis, tunc esse per se & ab intrinseco efficaciæ, eamque necessario per indeliberatam celestem delectationem, victricem determinare voluntatem humanam ad bonum; sed versa vice, quando terrena concupiscentia, seu cupiditas, domi natur, & superior est gradibus celestis delectationis, tunc voluntatem hominis per victricem carnalis concupiscentia delectationem necessario determinari ad malum, idæ, ut in homine sub motione gratia per se efficaci, seu sub motione indeliberata celestis delectationis victricis, & gradibus cupiditatis superioris, vera sit non quidem absoluta, sed relativa impotentia ad male agendum, & similiter in homine, sub concupiscentia dominante, & gradibus celestis delectationis superioris, sit etiam vera impotentia non quidem absoluta, sed relativa, eliciendi bonum, sicque humana voluntas per illas delectationes indeliberatas, celestem videlicet & terrenam, alternatim rapiatur necessario ad bonum vel ad malum. Ab hoc Jansenistarum de gratia Dei systemate Thomistarum doctrinam maximopere dissentire, Cel. Autor teneatur. Thomistarum autem sententiam sequentem in modum edidit: *Docent, inquit, Thomistæ, intrinseca illa auxilia, quibus Deus movet liberum hominis arbitrium, esse per se atque ab intrinseco efficaciæ, quæ per virtutem, sibi ab omnipotentia divina inditam, efficiant, ut voluntas hominis ad eliciendum bonum vel illum actum sese libere instectat, eaque inflexio talis sit, ut hominis voluntas, remota non coactionis modo, sed necessitate, his divinis intrinsecis auxiliis, per se & ab intrinseco efficaciæ, impulsæ sese determinet, suamque cogitationem indifferentiam activam, seu potentiam agendi, vel non agendi, fortam tactamque conservet.* Contradictionem involvere, utique videtur, gratiam Dei in convertendo peccatore per se atque ab intrinseco esse efficaciæ, & tamen eandem non impedire, quo minus voluntas hominis sese libere instectat. Sed Cl. Autor existimat, rem secus se habere, & magnam navat operam, ut declaret, Thomistarum positionem libertati

bertat hominam nihil detrahere. Quo successu hoc preslitterit, illi iudicent ipsi, qui hunc librum evolvere e re sua ducunt. Nos tantum illud animadvertimus, Cl. Autorem in eo præcipue differentiam systematis *Jansenistæ* & *Thomistæ* collocare, quod *Jansenistæ* defendunt, gratiam sufficientem a Deo tantum quibusdam concedi, in his autem, quibus gratia sufficiens concedatur, eandem semper quoque esse efficacem, eam contra *Thomistæ* propugnant, gratiam sufficientem omnibus concedi, illique homines posse malitiose repugnare, cum gratiam efficacem illi tantum accipiant, qui gratia sufficienti non repugnant malitiose, & re vera convertuntur.

P. I
pag. 20.

POETÆ MINORES SELECTI ET EMENDATI
in usum Scholarum.

Londini, impensis Guil. Jany, 1728, 8.

Alph. 1 pl. 7.

Esset in hac Poetarum minorum editione parum præstitum est, quippe in usum scholarum tantummodo procurata; tamen, ut quodammodo appareat, quæ Poetæ & quales in Anglia discipuli in Lyceis a præceptoribus explicentur, non potuimus hujus libri in nostris *Actis* non facere mentionem. Poetæ, qui in ipso titulo vocantur minores, & in hoc Volumine pueris in manus traduntur, ab uno sunt octo, inter quos primum locum suo jure obtinere videtur *Hesiodus*, ejus Opera, quæ extant, omnia, scilicet *Opera & Dies*, *scutum Herculis*, & *Theogonia*, quibus alia ex alijs quibusdam *Arcæi* Poematis Carmina, *ex Eois*, & *ex Melampodia*, accedunt. *Hesiodi* Opera excipiunt *Theocriti Syracusani Idyllia* & *Epigrammata*, *Mosebi Idyllia*, *Didoni Smyrenæ Idyllia*, *Musæi de Hippone & Leandro*, *Theocritidis Magerensis Sententia*, *Phocylidis Poema Admonitorium*, ac denique *Pythagoræ abroa Carmina*. Cumque hi Poetæ, ut ipse præ se fert titulus, in usum scholarum editi sint, omnibus fere paginis subicitur vocum difficiliorum explicatio grammatica, qua de re ut unicusque liberam judicandi potestatem faciamus, hanc grammaticam

num saponem requiruntur oles destillata teneriora, ex resinis, aromatibus, & plantis odoratis, item oleum expressum nucis moschate, balsamum de Copaiha Indicum nigram, Tolutanum, & loco Salis alchimi caustici, Sal Tartari in igne fulur. Primus e-
 us inventor *Georgius Sarchanus*, Medicus Anglus, hic ab Autore celebratur, varisque parandi saponis modi per viam siccam & humidam, & ex postrema in prius *Stahlianus* & *Conradinus*, adducuntur, & istoque ad confectionem saponis calcem vivam non esse necessariam, & demonstrata oleorum destillatorum, ad coeundum cum alcali proclivitate, ipsa illa, qua Autor ibi consuevit, methodus declaratur. Nimirum Tartarum crudum cum nitro ana pulverisatum in mortario ferreo, inserto candente baculo ferreo ex tempore detonavit. Massam in mortario relictam griseum, calentem adhuc, confectam contudit in pulverem, & superfudit oleum terebinthinæ non admodum recens ad supereminentiam duorum digitorum, & reposuit in cella ad deliquescendum. Ibi ubi per mensem steterat sine ulla massæ agitatione, nihilominus Sal in deliquium superstante cremore eiusdem grisei coloris, ex oleo cum sale concreto abierat. Eandem hanc massam ex cella depromtam, postea in aliori ædium conignatione reposuit, ubi partes saponem constituentes porro tam prompte cum oleo coiverunt, ut oleum denuo affundere necesse haud fuerit. Alio tempore rursus Tartarum cum nitro equali portione in ferreo mortario detonavit, massam inde natam griseum contusam statim fudit in crucibulo candente, salque in mortarium calidum effusum iterum contudit, & oleum terebinthinæ infudit. Stetit illa tantum per mensem extra cellam; interea autem sæpius per bacillum agitata fuit, & coivit sic jam tum in saponem, qui omnia saponis requisita, scilicet solutionem promptam in aqua, cutis equalidæ absterisionem cum spumescencia, possidebat. Repositum est residuum hujus saponariæ massæ, sicutque per integram hyemem. Ipsam hanc saponis confectionem continua agitatione evadere faciliorem, mensibusque vernis, utpote spiritus mundi, qui acidum ferat primum genium, feracioribus, admodum juyari, iisdemque mensibus

in sapone aliquam velut fermentationem sive effervescentiam esse. Autor continet. Videtur hic sapo alcalicus a *Starckey* detectus, inter ceteras res quae in ipso admiscetur, quae nonnullis ut *Starckey* asque extollitur, sine discrimine tamen attribuit, nihil enim de his rebus effert. Videtur esse, Autor observavit, in mulieribus variis principatibus, ut imprimis senem, qui ex retrocedente podagra affectu vesicae dyfuriode inflammatoris diu liberaverat, acris omnibus gradatim succo harum pilularum esse perhiberi. Neque tamen & passivam, ut vocant, operi ferunt in enormibus caliditate vesicae doloribus, habituales quoque febrium intermittentiura motus coercent. In ulcerosis vero renum & vesicae vitis frustra adhibetur, atque in dyfuria & gonorrhoea inveterata non sine noxa. Vini habet imprimis affectivo-tonicam, quae acali debetur, sapo supra commemoratus, solatioque eius spiritu vini facta. Elixir parvam sapientum a *Boerhaave* male tamen secundum Autorem vocatur, & velut quinta quaedam essentia collaudatur, cum interne sumptis tactum non semper noxae pariat; externe autem in partium ariditate, quae anchyrosam causam habent, in junctura artuum praclarissimum edidit effectum. Remanet ab hac solutione oleum aliquod alcalinum, quod insitum terrae albae fert in sinu, incerti tamen usus. His peractis, progreditur Noster ad eam disquisitionem, an sapo alcalicus subministrat Sal volatile Tartari? & per elixirii quidem saponis distillationem elici Sal volatile, aut ante hujus preparationem in sapone alcalico praerexistisse negat, aborum procedendi modos, imprimis *Cassianum*, *Ludovicianum*, *Strabianum*, *Bechirianum*, *Hoffmannianum*, *Conradinum*, enarrat, de iisque fert sententiam, ac tandem ita concludit, *Helmontium* & *Starckeyum* per saponificam vendam revelasse Salis Tartari volatilis genitum, quatenus esse debet in hac liquoris alkaholici pro universalis regni vegetabilis reclusionem.

Art. II extat exemplum singularis convulsivae polymorphae, in puella Gallica *Munchbergensi* ex subito terrore ortae. Vidit Autor in puella illa novam semper convulsivorum motuum speciem, nunquam vero talem inferarum sensuum suspensionem, qualis vere epilepticis familiaris esse solet; rarissime

sine pollicem in pugnam collexit, nunquam ore spumavit. Aliquando invenit illam, ubi lingua intra dentes sine morfus periculo sita pedesque, & manus laxae erant, & puella illo, quo prehensa erat, in situ incurvata jacebat. Mox autem, mutata rerum facie, artus extendebantur, cum mutatione situs. Alter tempore vidit illam instar catalepticam prehensam, tetram rigidam, & in eo situ detentam & immobilem, ipsa etiam lingua rigente. Alio vice phantasmatibus exercebatur terrificis, ut ne parentes quidem internosceret, sed pro feris animalibus haberet, quae se impetitura essent. Medicus quidam Antistes lodovicensis, cujus hic consultum reperitur, remediis suis ad uterum in tam tenera aetate respexisse videtur. Facultas autem Medica Lugdunensis magis ad vermes, quod Nosser potius probat. Omnibus autem inefficacibus, accessit ea ad fontem sacrum Freienwaldensem, ubi Cl. Autor, qui morbum hunc non veram fuisse epilepsiam arbitratur, usu cum evacuatis ex melle Mula. cum res. gal. ppt. & sacchar. quod dicitur Trochisc. Alhand. acris, saepius repetiti, tum ipsius fontis interte externeque sub balnei forma adhibiti, restituere puellam laboravit, sed sine praesenti levamine. Domi autem deinceps sensum sensumque sine ulla medicina alia restituta fuit. Ad adjuncta epicrisi, animi pathemata non esse morborum causas physicas, Autor probatum ixit.

Art. III. de Epilepsis gravidarum, gravida cum foetu convulsa, ante partum mortua, alia ex convulsionibus obiens, filium tamen superstitem peperit, tertio coagulata, foetu mortuo, & febris putrida lochii retentis superveniente, nihilominus conservata, comeniorantur. addiditque, motus convulsivi in primiparis posse rationem difficultatis dentitionis per analogiam habere, & motus esse arbitrarios, antepileptica vero caute esse ponenda. Pulvis quoque pilularum, & Bals. coacti, ea occasione praeditatur, non quod interea situm est.

Art. IV. ubi casus quidam Chirurgici admodum commemorabiles sistantur, agitur de efficacia crysippi in sanandis scirrhis, affectibus mammae tum cancri, & vaginam uteri scirrhis, incontinentia urinae, & difficili partu. Quae occasio-

ne simul refertur, feminam, rupto vesicæ collo præternaturali ratione, artretam factam & Chirurgi Opera restituendam, sub ipsa autem operatione ex utero ejectum fuisse embryonem, forte trimestrem, inscia factæ conceptionis matre, & simul alia quædam atretæ illegitimæ & gravidæ historia ex Bibliotheca Anglicana repetitur; denique etiam de extracto globo plumbeo, per triginta annos in pede gestato.

Art. denique *h* binas dispositiones Medico-legales, nimirum de homicidio ex rapto melancholico, cum Responsis Collegii Medici Regiomontani & Berolinensis; & de suffocatione a carbonum vapore, annectit. Ceterum, cum constet, edito hoc Volumine Cl. *Goblium* diem suum obiisse, e re Medicorum erit, si Vir quidam doctus eo, quo decet, argumentorum selectu, eruditionisque medicæ apparatus, cœptum Opus persequatur.

LETTRE DE Mr. L'ABBÉ S** A Mad. DE G**
Beguine d'Anvers, &c.

b. c.

EPISTOLA ABBATIS S** AD BEGUINAM
Antverpiensem G** de Origine & Progressu
istius Instituti.

Parisius, apud Girardum, 1731, 8.

Plag. 4, cum Tabb. æn. 2.

Pervulgatum per omnem Italiam, Galliam, Alemanniam, atque etiam Saxoniam, Beginarum inde a Sec. XII est nomen, adeoque crevit numerus, ut legibus cavendum esset publica, ne cœli æt deliciasum illecebris irretiti complures, iusto nimis numerum Beginorum Beginarumque auferent. Neque tamen uno eodemque veniant nomine apud Scriptores. Itali *Beschor* appellant, quasi novum sectæ genus, ignari scilicet vernaculi sermonis, quo a visitandi ægros officio denominabantur, *Sesfræsin* appellationis non impar erit ratio.

Ham-

Mammaburgi Leccarios audivisse, tanquam a delictis cupeditaque, docet Max. Rev. *Nic. Stapborf* in Hist. Eccles. Hamb. Diplom. ad A. 1287, cum qua appellatione ubi *Felicis Mallooli*, insectatoris istius religionis acerrimi, *lusus* comparentur, quibus ut rufi ac pulchri aspectu, decori a facie, tanquam crapulati a vino, tumentes buccas, rubentia ora habentes, describuntur, res erit omnis in propositulo. *Brunonenses* ac *Magdeburgicas* notat R. P. *Eustachius Jancku*, Continuator Compendii Annal. Ecclesiast. *Odorici Raynaldi*, Tom. XVI p. 86. In *Brunonis* civitate complures *Beginarum* domos nominat Max. Rev. *Rothmayerus*; *Martisburgensium* meminuit Chronicon Episcoporum istius civitatis. Saxonia Electoralis eadem vidit Lipsiæ, quarum tandem domos in vultum olim reformavit olim Virde hac Academia æternum promeritus, D. *Caspar Barnerus*, hõspitiæque Doctoribus inde paravit, teste Lic. *Joach. Feller* in *Memoria Barneri redduiva* p. 39. *Iltenburgum*, decora amplaque civitas, suas olim habuit *Beginas*, quarum Hospitale ad portam, qua *Torgaviam* itur, pontemque prope situm, peregrinos infirmosque suscepit, quod inter *Annales* loci reperitur. *Roswin* pars sylvæ, ad *Sanctimontales Debelenses* olim pertinens, nomen a *Begynin* hodiequum obtinet.

Noster Auctor, Abbas Gallus anonymus, circa Belgicas sigillatim *Beguinæ* versatur; qua in regione maxima earum copia reperitur, numero, ædificiis, opibus florens. Et originem quidem status *Beginalis* non audeat ex Veteri Testamento cum aliis quibusdam repetere, ex *Judithæ* scilicet, *Debera*, *Jephtha*, *Hanna*, *Hulda*, divinæ vatis, ædibus, neque ex Novo *Martham Tabitham*que in consortium trahere, cui sufficiat, ultra quingentos annos natales earum repeti non posse. Quanquam speciosum aliquod Diploma de A. 1065, ex Archivo *Beguinæ* *Wilvordienfis* a *Ryckelio de Orbeck*, Abbate *San- Gertrudensi*, protractum, antiquitatem longius protendere videatur, in quo *Magistra* totusque *Conventus Beginarum de salario B. Mariae juxta Filvord*, pauperibus *Beghinis*, in curia ista residentibus, duos modios *filiginis* in Natali Domini perpetuo sel-

videtur prœmittit, quod legitur integrum p. 3. Obſtare autem huic ſilentium Scriptorum. Ut varius ſit, ante finem Sec. XII illas non inclariſſe, adeoque non *Beggam*, filiam *Pipini de Heriſſal*, circa A. 686 mortuam, (a qua non niſi gratis & ex nominis quadam ſimilitudine ſe fundatas credant,) ſed *Lambertum de Bague*, Patriarcham earum eſſe, cum cujus inſtitutis magis, quam cum linguae, quæ illis minimè alligata videatur, eas convenire, jocatur Gallus Abbas. Eſſe non minus alios, qui fundationem adſcribant *Beatrici*, Bohemix Reginae, ac utriusque ejus filiarum, *Gbiſſelle* & *Nazarone*, quas priores ſyllabas qui conjunxerit prius, ex tribus nominibus unum, ſcilicet *Be. Gu. Na.* eum conſiſſe. Haberi etiam apud Flamingos vocem *beginnen*, quæ auſpicari, incipere, notat, qua argutiores initium ſaltem viæ ſpiritalis, mundi que abdicacionis, non progreſſus, indicant. Alios a ratione totam componendi, caputque velandi, quæ illis plane ſingularis eſſet, ut a fronte roſtri inſtar deſcendat ſacris tanuis liateæ intra menſuram, quod genus *beguinne* vocatur, nomen derivare, cum tamen illud potius ab illis dictum videatur. Reliqua, quæ Panegyricæ huius Inſtituti, quod medium forte quid tenet inter Regulares ac Sæculares, propiusque ad tertium Franciſci Ordinem accedit, præſent in ejus antiquitatem, fruſtra diſc. Nunc definienda erat *Beguinæ*, quæ ob *Perſona libera certo reſpectu, faciens votum ſimplex caſtitatis & obedientiæ, de cetero ſe ad ſtatuta & regulas, aliunde ipſi præſcriptas, componunt.* Proluxior eſt deſcriptio *Eryci Purcenti*, ipſa tamen elegans, omnemque *Beguinæ* rationem abſolvens, quæ ex p. re. hic adducimus: *Nullis alligata votis, niſi que loco & tempore continentur, libertatem Deo conſecrant, & ſic val maximo ſervitutem evadunt: divinis quotidie curis occupata, utiles tamen Republicæ ſunt: dominibus magis, quam humanis officiis, mortua, quæ annis ſimplicitate & ſimilitate exercent. Nec rejiciunt fortunæ bona, ſed modèſta habent, & pie occupant. Mirantur æteteri, & ſub calidiori ſole conſtituti hanc in libertate innocentiam, in familiaritate ſanctimoniam, in communionem di-*
ſci-

Pag. 7.

*scripturam; faciunt libere, quod ab adstrictis alibi claustra necessitas exigit; simplices veste, & tamen civiles: satis ostendunt, cujus alumna sint, & qua maiestate modestia colatur. Fortuna, cum cuique propria ac separata sit, nullo cetum suum onere gravant; quando etiam parvum vidunt sumptibus, sua vicissim industriam ac diligentiam parentes subleuant; faciunt patrimonium, nisi accipiant. Si habere quodque necessitas suadet, possunt ad nuptias vite ratione transferre, sed raro admodum, raro, hunc frigora Belgica ignem sentiunt. Hæc ille. Habitus & vestimentorum ratio quatuor colorum olim fuit, cœrulei, albi, fusci & castanei: qui nunc ad nigrum reducti, modestiam commendant, Ordinemque decent, hac & Comendi ratione a reliquo sexu distinguendum, Formula receptionis, fideique data, hæc est: Ego N. promitto tibi, meo Pastori, & vobis, meis Dominabus, presentibus & futuris, obedientiam & castitatem tam diu, quam diu in hoc Beguinagio sum commoratura. Ita me Deus adjuvet, Qua tamen cerimonia non ubique est opus, cum presente saltem Confessionario votum fieri sufficiat. Ceterum subjectæ sunt Jurisdictioni Episcopali, ita, ut Politicum forum tantisper non agnoscant. Desponsatæ legitime ex cellula possunt a sponso peti, cum neque professio solennis, neque consecratio intercesserit, sed persona sit libera. Nulla etiam gaudent *regula*, a sede Romana approbata, sed simplicibus saltem statutis, a diversis Episcopis in suis Diocesis, bus descriptis, illis præterea, quæ Parochus eorum, ex consilio devotissimarum prudentissimarumque inter Beguinas, observari jubet. Cujus generis sunt 1) Si quæ vel committendo, vel omittendo, peccaverit, campanula vocatur ad istud (quod Abbas ridendo vocat) tremendum tribunal, Pastoris scilicet, ac Magistræ & Domine suæ, nisi per viam censuræ, ut veniat, cogi velit. De reliquo de poenitentia imposita neque verba facere ad alias, neque conqueri, est permissum. 2) Omnium criminum maximum est amissa pudicitia, cujus si convincatur, lectisternia optima amittit, & cum infamia e Beguinagio ejici-*

ejicitur; 3) vetitum est illis cantillare, aut instrumentis musicis cantare; 4) sine permisso superiorum domos Magnatum ingredi, nefas habetur; 5) juvenes tecto mensaque pacta mercede secum habere, catellos item alere, nulli liceat, sub muka trium florenorum; 6) de suo labore ad ornamenta nuptiarum & festorum aliquid conferre prohibetur, sub multa duorum florenorum. *Visitationis* officio per singulas domus Beginales Dominæ & Præpositæ annuatim binis vicibus fungi debent, & pro lubitu disciplinam in integrum restituere; sigillatim super novitias vigilare, ut cardinalibus virtutibus, humilitati & poenitentia, quantocyus adfuescant.

Ornat tandem Autor Epistolam suam a p. 22 ad 53 serie ac syllabo *Beguinagiorum Belgicorum*, Alphabetico ordine constructo, seque purgat Beginae de eo, quod non plura adducat, ex Gallis, Alemannia, &c. Diabolum enim, addit, non ubivis locorum adeo esse phlegmaticum, uti quidem in Belgio, sed calidiori inservire temperamento, adeoque perdidisse innumeras colonias, famamque Beguinarum in Francia & alibi, utpote osorem bonorum operum, & earum, quæ ea parent. Quo factum sit, ut Papa *Clemens V* in Concilio Viennensi A. 1311 condemnarit eas, plurimasque ejece- rit. Qui quidem malus genius ulterius & porro insidietur imbelli sexui; at enimvero superesse in provinciis Belgii ad quinquaginta Beguinagia, quæ venerandum quoddam corpus ac communitatem constituent, numeroque decem millium Beguinarum censeantur, numerosarum satis ad debellandum malum ac infernalem hostem: quibus id quoque laudi detur, quod merita adeo *S. Ursula* sororumque pietate sua ac prudentia facile æquent. *Series Civitatum Belgii, in quibus Beguinagia hodiernum florent: Aquisgranum*, urbs imperialis, duo habet, alterum *S. Stephani*, alterum *Masthai*. *Alostum*, *Anderlacum* ad Bruxellas, ubi Hospitale in locum Beguinarum successit, mansit tamen bonis vetulis hoc nomen ex prima fundatione. *Angia*, oppidulum *Mannoniæ*. *Antverpia*. In suburbio magnæ urbis magnam

gnum olim Beguinagium, titulis Decanissæ, Cantatricis, Scholasticæ, Procuratricis, olim superbiens, A. 1494 combustum. Cujus loco sub *Carolo V* Imper. aliud optimo successu extractum. *Atrebatum. Ascoitium* multa tulit durantibus bellis civilibus, quæ fata reliqua etiam Beguinagia uferunt. *Aldenara. Bebbunum. Bruga*, quarum Beguinagium nomen habet vineæ. *Bruxella*. Vetus Beguinagium templum habet vastum & spatiosum, Epitaphio Beguinæ perillustris, *Lamberta de Croy*, notabile. *Cameracum. Colonia* ostendit adhuc antiq. domus Beginalis vestigia, licet ante memoratis multo imparia. *Curtracum*, ubi *Joanna*, Comitissa Flandriæ, fundavit Beguinagia, eademque, & alibi, est tuita. Hic loci illud habetur singulare, quod Beguinis confiteri liceat, ubicunque voluerint. *Diestra*. Ejus directorium gessit olim *Eschius*, Sacerdos juratus, a *S. Bernardo* Papæ *Eugenio* admodum commendatus. *Duacum. Gandavum. Grandimontium. Hasseltum*. Beguinagium originem debet antiquis Comitibus *de Loos*. *Herentalia. Hochstratum. Huum. Ischia. Leva. Leodium* fertur habere primum Beguinagium, utpote ab ipso *Lamberto le Begue* A. 1183 cum templo in honorem *S. Christophori* extractum. Ob pietatem spectatam a Pontifice Romano *Urbaño VI* A. 1261 Privilegiis ornatum. Dantur autem ibi plura ejus generis domicilia, ac curiæ. *Lira. Insula. Loosa*. Seculo XIII a *Ludovico*, Comite *de Loos*, fundatum Beguinagium. *Lovanium* duobus Beguinagiis inelytum. Illud, *ten Hove* dictum, comprehendit IX domos conventuales. Numerant ibi præterito Seculo ad duo millia Beguinarum. Habent Sacerdotem cum titulo *Plebacci*, & sex Presbyteros, qui loco Vicariorum divinis vacant officiis. Notari meretur, Papam *Adrianum VI*, antequam solium Pontificale adscenderet, *Curatum Sacerdotem* hujus Beguinagii fuisse, eundemque titulum in omnibus Indultibus ac Privilegiis retinuisse, neque Sacerdoti, in ejus locum succedenti, alio, quam *Vicariis*, uti titulo licuisse. Aliud de *Beguina* quadam sancta refertur, pelvim eam habuisse, quam, quoties pisces voluerit pro se & aliis habere, in flumen immiserit, ut pisces eo invitarit, e quibus, quan-

quantum in præsens opus esset, depromserit, reliquos dimiserit, addito voto: *Crescite, & multiplicamini.* *Mechlinia.* Circa A. 1595 *Maschius Hovius*, Archi-Episcopus, præscripsit illis regulam & statuta, majus erexit ædificium, *Dealogus* appellatum, ideo, quod redditibus istius Prælati, ac bonis operibus, decem Beguinæ sustentarentur. *Montes.* *Namurcum.* *Nivogella*, oppidulum, tantum non ex Beguinis constatum, quarum aliquando ultra tria millia fuere, ut Rex *S. Ludovicus* inde coloniam deduceret in Franciam, religionis transplantandæ ergo. *Orchesum.* *Ruremonda*, ubi in manus Episcopi votum præstant. *Teneramunda.* *S. Troni*, in cujus festo Magistra domus Beguina annuatim Reктору Altaris se sistit, auri-que denarium offert. *Tungri.* Valetudinarium ibi perpulchrum visitur, domusque pro novitiis separata. *Tornacum.* *Tournhout.* Rectrices vel magnæ Dominæ istius loci, vigore Bullæ Papæ *Eugenii IV.* datæ A. 1431, potestatem habent Sacerdotem curatum denominandi & eligendi, quam Bullam explicat & sigillat *Felix Hemmerlin*, raro istius ævi veritatis confessorum exemplo, in Glossa Bullarum, per *Baghardos* impetratarum, Edit. Opp. A. 1497. *Valentiane.* *Venloa*, ubi mensa communi fruuntur, sed intransibus certa dos solvenda. *Vilvordia.* Hoc Beguinagium antiquissimum omnium foret, si quidem chartæ donationis supra allatæ fides constaret. Vivit sub titulo *de Solatio B. Mariae*, a *Sophia*, Hassiæ Landgravis, extructum. Claudunt Opusculum Approbatio Superiorum, ac Privilegium Regium; idem ornant duæ figuræ Beguinarum, æri incisæ, *in civitate deambulantis*, & alterius *ad Ecclesiam procedentis*, ex quibus omnis vestiendi ratio constare potest. Ad p. 20. factem notamus; digitum intendere Autorem ad facta Beguinismi; quæ cum per aliquot secula durent, multique explicentur memorenturque libris, Lectorem remittimus ad fontes, Acta scilicet Concilii Viennensis, ipsumque damnationis Decretum, in *Clementin. Lib. V Tit. III de Hæret. Cap. 3.* in quo octo præcipui errores recensentur. Distinguendæ tamen ab istis Beguinis impuriæ sunt *innocentæ*, quibus favet ipse *Joannes XXII. Clementis* successor, in Extravagant.

Com-

Commun. *Lib. III Tit. IX* de Religiosis Domibus. Moderate de iis scribit, & delectum Autorum habet *P. Antonius Pagi* in Breviar. Pontif. Rom. *Tom. IV Sec. XIV, §. LVI*, sub *Clemente V*. Addimus ex *Heliosi Historia* Ordinum monasticorum, Gallice scripta, (in qua de *Lamberto* plura ac suaviter habentur) quosdam, qui ex instituto in hoc argumento versati sunt: *Petrum Coens*, Canonic. Antwerp. in Disquisitione historica, de Origine Beghinarum, A. 1629 edita, *Riksum ab Oorbeck* in Historia Beguinagiorum Belgii, *Philippum d'Outreman* in Historia Valentianæ, *Aub. Miræum* in Chron. Cisterc. *Thomasinum de Disciplin. Ecclesiast. Lib. I Cap. 62*. Dogmata earum examinarunt *Conradus de Monte Puellarum* in libro de erroribus *Beghardorum*, a *Gretsero* edito, *Alvarus Pelagius*, Minorita, in libro de Planctu Ecclesie, *Tit. II Cap. 52*, & *Reginaldus Pavo* contra *Lollhardes. Malleolus*, vel *Hemmerlin*, multis Dialogis falsis & festivis eos infectatus. Dogmata falsa perstrinxit *Petrus van Mastricht* in Theologia Theoretico-Practica *Lib. VIII Cap. 3*. Vera a falsis, qua solet, integritate judicii acrimonia discrevit *Cel. Christ. Eberb. Weismannus* in Hist. Eccles. N. T. Sec. XIV §. 10, qua, vix unum idemque de omnibus ferri judicium posse, exacte illustratis Actis, arbitratur: cetera historiam errorum, notato excessu ac defectu, in misero hominum genere corrigendo, explicat, eruitque accurate. Perfectionismum ac Quietismum passim denudarunt *Casp. Calvertus* in *Fissuris Sion. Cap. de Beghardis*, *Jo. Henr. Foussingius* in *Gynæceo Fanatico, tit. die heiligen Bagisman*. Alii pro Confessoribus veritatis eas habent, quo referri meretur *Georg. Henr. Gøzif* Dissertatio de Lutheranism. Beghinarum, Lybec. 1719, 4. *Frid. Spanhemius* plerasque abominationum monachalium testes, plura etiam in odium earum confecta, putat in Hist. Eccles. Sec. XIV. Earum interim vitam iam multis profligatam, erroresque Quietisticos, ideo non negat *Zacharias Grapsus*, existimans, utrumque esse posse, Anti-Christo contradicens, & pessime vivere, in *Diss. de Philtris Enthusiast. p. 7*. De quibus & aliis forte doctus quidam Vir in Historia, quam de Beghinis, olim in Saxonia commorantibus, con-

scripsit, uti compertum habemus, uberius exponet, remque gratam Historiæ Ecclesiasticæ amatoribus faciet, siquidem res sparsas, nominaque Beghinis vere falsoque imposita, & vago disiecta, colliget in unum, perspectisque summa ratione actis, gesta priorum temporum nova luce collustrabit.

C. C. Restels Vernunftmäßiger Beweis des Alterthums,
der Wahrheit, und Göttlichkeit der Heil. Schrift, &c.

h. c.

CAROLI CHRISTIANI RESTELII DEMON-
stratio Antiquitatis, Veritatis ac Divinitatis Scri-
ptorum V. & N. Testamenti, ex principiis
sanæ rationis ducta, &c.

Tomi II.

Lipsiæ, impensis Michaelis Blochbergeri, 1733, 8.
Tom. I Alph. 2 pl. 2, Tom. II Alph. 2.

Premittit Autor Præfationem lectu non indignam, in qua propriam religionis investigationem, secundum principia sanæ rationis instituendam, omnibus modis commendat. In primis magnitudinem operæ declarat, quam nullus non homo, sigillatim eruditus, maxime vero Theologus, in sacrarum literarum studio rite versaturus, ea in re ponere debet. His declaratis, in Introductionis Sect. I moralis, quam vocant, certitudinis naturam generatim, & historicæ spectatim, explanat, atque generalem quandam res gestas demonstrandi viam aperiens, extra litem ponit, tam res historicas antiquas omnes certas & exploratas esse, ut ne minima quidem dubitandi ratio, quæ sufficiens sit, superesse queat. Tum vero in Sect. II genuinum veritatis amatorem describit, ac tria ei suppeditat Principia, omni exceptione majora, quibus eruditur, quem ad modum in veritatum, moralem certitudinem præ se ferentium, exploratione versari, iisque assentiri, vel non assentiri, conveniens

eus sit. Fractationis ipsius, quæ nunc sequitur, ea est ratio, ut Autor ordinem, quem humanæ mentis accurata convictio poscit, in connectendis ratiociniis suis per totum Opus exacte sequatur, & omnes argumentationes ita concinne dirigat, ut ipsum rei cardinem contingant. Et quidem *Caput I* demonstrationem existentie Dei, magnam ad convincendum vim habentem, continet; *Cap. II* exhibet argumentum de necessitate peculiaris divinæ revelationis, quod partim ex essentiali & immutabili Dei erga se ipsum amore, partim ex innato hominibus omnibus summæ perfectionis desiderio, quod ex nullius animo evelli eradicarique potest, ducitur. Addimus specimen prioris demonstrationis. Deus, cum summæ infinitæque in eo fulgeant perfectiones, quas omni ex parte perspectas ipse tenet, non potest non tanto sese amore prosequi, nihil ut supra sit. Ergo nihil unquam extra & præter se amat, nisi quantum aliquid refertur ad ipsum. Ergo nec potest alium finem ultimum & summum in omnibus actionibus suis, nisi sui amorem, sibi præfixum habere. Ergo sequitur, ut omnia, quæcunque creavit, eo creaverit consilio, ut ad se, tanquam ultimum finem, referantur. Ergo & in hominis mente ratione ornanda eundem sibi finem habuit propositum. His positis, certum est, finem Dei summum atque ultimum, ad quem in orbis opificio omnia revolvit, eum fuisse unum, ut homo, in beatissima cum ipso constitutus unione, infinitas & admirandas perfectiones divinas cognosceret ac veneraretur. Jam vero omnis finis ea est natura, ut sine sufficientibus mediis nequeat obtineri. Itaque non potuit Deus, quin hominem necessariis ad hunc excellentem creationis finem mediis exornaret. Quandiu igitur Deus hunc finem suum, qui immutari non potest, consequi cupit, tam diu sui ipsius causa media, quæ ad illum requirantur, conferre debet. Jam per lemma quoddam metaphysicum assumitur, finem conservationis eundem, quem creationis, esse. Ex quo concluditur: Si Deus genus hominum in existentia sua conservat, necesse est, ut continuo sufficientia ipsi media largiatur, quæ ad finem illum conservationis sive continuatæ creationis obtinendum pertinent. At-

qui experientia declarat veritatem antecedentis. Itaque propter nexum essentialem consequens nulla potest ratione negari. Necessaria hinc est consecutio, ut Deus propter se ipsum, respectu hominis ex mera gratia, alia, quae sufficiunt, media statim hominibus suppeditet, simul ac forsitan initio concessa facta sint invalida. Haec autem cum re vera reddita sint infirma, perspicuum omnino est, & res ipsa loquitur, alla hominibus collata divinitus esse media, fini ex omni parte respondentia. Ista vero mediorum divinatorum communicatio nulla commodius ratione fieri potuit, quam per specialem revelationem. Ergo existit necessario specialis quaedam revelatio divina. I. Q. E. D. In *Capite III* Autor naturam & qualitates hujus exponit revelationis, quae ex totalibus & partialibus, ut vocat, naturae & rationis defectibus ducuntur. Qua oblata occasione, sufficiens, quod vim placandi habet, medium, ex praedagogia rationis certis characteribus designatur. *Cap. IV* modos evolvit omnes, quibus divina specialis revelatio fieri potuit. Est hic imprimis accurata, quae instituitur p. 190, traditionis & per literas factae revelationis comparatio, notatu quam maxime digna. Ex his praemissis principiis *Cap. V* universalis & omnibus numeris absoluta divinae alicujus revelationis iratio ducta ante oculos ponitur. Quomodo antiquitatis considerato rectam ducat rationem ad revelationem investigandam, *Cap. VI* docetur. In *Capite VII* multis ostenditur verbis, singularique argumentandi modo, in gente Hebraica antiquissima eam ipsam revelationem, & primam ejus originem, necessario inventendam esse. In nota hujus Capituli, littera P signata, *re dicitur* istud singulare, quod in hoc populo & in sacrosanctis ejus scriptis elucet, cum cura evolvitur. *Cap. VIII* rationes ex Historia & Chronologia petite adducuntur ad probandum, *Mosen* legislatorem ultimis temporibus in gente Hebraica vere vixisse. Ipsum hunc Virum divinum quinque Voluminum, quae ejus honestat nomen, Autorem re vera esse, *Cap. IX* declarat; & eorundem *γνηϊστῆρας* singulari argumentandi ratione demonstrat. Eiusdem *Μοϋϋσῆως* summam enucleat *Cap. X*; quemadmodum sequens *Cap. XI* ostendit, libros V. T. historicos & genuinos & veros esse. Hoc modo viam sibi

sibi paravit Auctor *Cap. XII* antiquitatem reliquorum librorum sacrorum vindicandi, & *Cap. XIII* *ὑποτίθη* eorundem ex principiis, in Introductione positus, generatim deducendi. In *Capite XIV* efficit, *sanam rationem* Hebraica V. T. Volumina in magno pretio & præ ceteris omnibus lectu dignissima habere, & ad ea diligenter evolvenda hominem devincere. *Cap. XV* veterum Judæorum convictionem, quam de divina V. T. origine habuerunt, recta prælucente ratione vindicat. In *ultimo* demum hujus Partis *Capite* plenius & curatius docetur, divinam librorum V. T. originem hisce Novi Fœderis temporibus multo certius ex vaticinationibus, olim a Deo datis, cognitam perspectamque esse. Hoc consilio Philosophica quædam Theoria præmittitur, quæ indicat rationem generalem vaticinia definito distincteque dijudicandi.

Alterius Partis summam breviter, more nostro, recensituri, Præfationem primo loco commemoramus; in qua de nexu atque consensu veritatum naturalium & revelatarum, nec non de necessitate usus rectæ rationis in rebus, quas divina pandunt oracula, cum cura exposuit Auctor. Hanc sequitur in *Capite I* demonstratio de Jesu Nazareno Christianæ religionis auctore, qui *Tiberii* Imperatoris ævo in Judæa vixisse probatur. In *Capite II* Scriptorum N. T. omnium *ὑποτίθη* duobus maxime argumentis extra controversiam ponitur, quarum unum ex Historia, alterum vero ex ipsa rei natura petitum est. *Cap. III* eorundem Scriptorum Veritatem ex tribus historicis argumentationibus, quas sana ratio ubivis explorat, studiose vindicat. Hujus Capituli, in *tres* quidem *Sectiones* distincti, *Sectio I* ea nititur theoria, quæ primam exhibet argumentationem, quam in Introductione ad *Part. I* fixam esse jussit Auctor. Illud imprimis vim addit demonstrationi, quod convictionem primorum Christi testium non imaginariam, sed veram, mentique humanæ convenientem fuisse, secundum omnes, quibus eam obtinere illi potuerunt, modos ac rationes examinatur. Altera argumentatio, in *Sectione II* prolata, ex summa eorum, qui Scripta N. T. literis mandarunt, *αξιωματικῶς*, duce severa meditatione, arcessitur. *Sectione* denique *III* Veritatem horum ipsorum N. T. librorum in eum cer-

certitudinis gradum, qui summus est, deducitur, clarissimorum ipsorum hostium testimoniis in auxilium vocatis. In *Capite IV* divinitas sacrorum Novi Fœderis Voluminum quatuor demonstratur argumentis, inter se comparatis. Et quidem *Sect. I* ex characteribus Messianis, scite probatur, Jesum Nazarenum verum esse Messiam, eundemque verum Deum. In *Sessione II* iis, quæ ad vera miracula requiruntur, ex Philosophia præmissis, Christi & ejus Apostolorum miracula vere divina esse, ac divinam eorum legationem certissime testari, ostenditur, Tum *Sect. III* ratio ex divinis vaticinationibus Christi ejusdemque Apostolorum ducitur; sicut *Sect. IV* celerissimam rerum Christianarum receptionem propagationemque, vi veritatis & hostium copiis, ea, quam Philosophia poscit, accuratione, in utramque partem ponderatis, enucleat. His finitis, *Cap. V* manifestum reddit, hanc ipsam Scriptorum V. & N. T. collectionem, eandemque solam & unam, veram a Deo datam continere revelationem. *Cap. VI* aperte demonstrat, omnes hactenus adductas demonstrationes, quas sana ratio dedit, maxime sufficientes esse, tantaque valere virtute, ut mentem humanam a præjudicatis opinionibus vacuum convincere queant. *Cap. VII*, idemque ultimum, veluti prædicum est, eaque plene inculcat officia, quæ in hominem sana ratione instructum cadunt, ex mutuo, quæ rationem inter ac revelationem datur, respectu emanantia. Accedit Index, qui utriusque Partis exhibens contenta, toti Operi imponit finem. Ceterum non dubitamus, quin omnes feræ meditationi adfueti ex hujus lectione scriptionis eam sint utilitatem percipienturi, ut Christianam, quam adhuc, de ea satis incerti, temere spreverunt & contempserunt, religionem, in posterum, de ejus indole ac veritate majorem hinc nacti convictionem, sanctius venerentur.

LAUR. REINHARDI INSTITUTIONES THEOLOGICÆ dogmaticæ, ex Mandato Serenissimi Principis ERNESTI AUGUSTI, &c. conscriptæ; cum Præfatione

tionem JO. GE. WEBERI, Consil. Eccles. &
 Concion. Aul. Supremi, & Superint.
 Generalis.

Lipsiæ & Vinariz, apud Sig. Henr. Hoffmannum, 1733, 8.
 Plag. 18.

Transit a Philosophia Cl. Autor ad Theologiam, quam eadem fere methodo, eadem certe brevitate, perspicuitate, & candida quodam simplicitate, pertractat. S. Rev. *Weberus* libentius se iustis ex causis declinaturum fuisse præfandi laborum professus, nisi imperata facere suavisset obsequii pietas, eam quaestionem tractat, *quenam tractandi Theologiam methodus rebus divinis maxime sit accommodata & optima?* & post brevissimam de Theologia catechetica, acroamatica, fœderali, disputationem eo evadit, uti dicat, *optimam esse, qua omnem veritatem ex solis fontibus verbi divini demonstrat, non solum ad gratiam per Christum fide apprehendendam consequendam, sed ad illum quoque finem deducit, secundum quem in religionis negotio gratiam obligam & acceptam in vacuum non recipimus, sed amicum, fidei verae charitatisque conjugium fixum & constantissimum stabilimus.* Hac deinde methodo usum prædicat Cl. Autorein, & addit: *Sin quædam forte quis deprehendat novo plane exemplo hic proposita, acius ne ruat in contrarium iudicium, sed ea omnia ipsi Autori doctissimo tribuat, ad defendenda, qua statuit, paratissimo.* Poterant ista secus accipi, quasi nova dogmata hic tradantur: sed præter mentem certe Viri S. Rev. & res ipsa loquitur, caute admodum versari ea in re Cl. Virum, non modo, ne quid proponat ab ea, quam vocamus, analogia fidei recedens, verum etiam, ne in Controversiis recentioribus partium aliquod studium prodar. Itaque laudat Theologos promiscue, *Tros Rutulusve suat*, & v. g. ne attingit quidem Controversiam de Descensu Christi ad inferos, quæ viciniam illam nuper exercitam habuit. Ubi sententiam de obsessioibus & spectris expectabas, *scite*, inquit, *de his exponunt Hol. lazius*

lazius & Buddeus. Illuminationis tres gradus proponit, fundamentum conciliandi controversias, ea de re motas; tacet de ipsis controversiis. De peccato in Spiritum Sanctum post definitionem consuetam addit, esse, qui putent, hoc peccatum a solis Judæis, Jesum respuentibus, perpetratum. Sed *novò* forte *exemplo*, bono quidem, hic proposita sunt argumenta XVI pro veritate religionis Christianæ, in quantum ea Augustana Confessione continentur. Illud videmur liquido confirmare posse, dogmata Ecclesiæ nostræ in hoc libello ordine admodum concinno atque dilucido proponi, & Autores laudati plurimos, ut non scholis tantum humilioribus prodesse queat, sed iis etiam, qui recentiores de unoquoque argumento Scriptores sibi indicari cupiunt, majoris momenti Operibus, *Buddeanis* præsertim thesauris, carere coguntur.

ELOGIUM ROSINI LENTILII, CONSILIARII & ARCHIATRI WÜRTEMBERGICI.

Natalem is lucem adspexit Waldenburgi in Comitatu Hohenloico die 3 Januar. A. 1657. Patrem habuit *Davidem Samuelem Lentilium*, Cancellariæ Illustrissimi Comitatus Hohenloici Directorem. Abavus ejus inter Theologos Ratisbonenses Formulæ Concordiæ subscripsit sub nomine *M. Linschbarth*, quod postea in *Lentilii* appellationem commutatum. Matrem nactus est *Annam Rosnam*, cui pater erat *Sebastianus Albertus Sartorius*, Minister Verbi Divini Elrichshusii, ditionis Brandenburgico-Onoldinæ, qui tori sociam habuerat neptem Præpositi quondam Stuttgardiensis, *Cel. Joannis Brentii*. Jam A. 1661 Noster, nondum quinque annorum puer, patre orbatus, Crailsheimii, quod oppidum est Marchionatus Brandenburgico-Onoldini, ætatem egit apud *D. Maierum*, hujus civitatis Medicum Ordinarium, & loci scholam haud ignobilem frequentavit, donec A. 1668 *Maierus* inter mortales esse deïneret. Hoc mortuo, delatus est Noster Onolsbacum, hospitio & convictu usus *D. Rehmii*, Consilarii & Archiatri Onoldini, penes quem triennium commoratus, ibidem in Gymnasio

n. natio illustri literis, quibus ad humanitatem juventus formatur, operam dedit, animumque primis Philosophiæ rudimentis inbuit, & quoniam a quinto ætatis anno Medicorum fuerat alumnus, hujus studii amorem hausit, nec non in Physica & Botanica progressus fecit non contemnendos. Anno 1671 sub initium Septembris eum sibi vindicavit & Heidelbergam venire iussit vitricus, *Erichius*, J. U. Licentiatus, & D. Casterii Aulici Serenissimi Electoris Palatini Advocatus, ubi statim animum ad studium medicum excolendum adjecit, ac nondum 14 annos natus, in Disputatione Inaugurali D. *Jungken*, qui paucis ante annis apud Francofurtenses Præsidii militaris Medicus septuagenario major obiit, cum is die 8 Febr. A. 1672 ad capessendum Gradum Academicum cathedram conscenderet, Opponentis partes in se suscipere & tueri sustinuit. Die 20 Nov. ejusdem anni sub Professore Medicinæ famigeratissimo, D. *Franchio*, qui tempore insequenti a Potentissimo Danorum Rege. Consultarius Justitiæ ac Archiater constitutus, equestri insuper dignitate auctus, Hafniæ obiit, Sætyram defendit medicam, *de Restitutione in integrum*, in qua de Chirurgia Curtorum tractatum, & die 2 Aug. A. 1673 aliam Dissertationem, proprio Marte elaboratam, sub ejusdem Professoris Præsidio habuit, *de Saliva & vasis salivalibus*. Tunc Academix Heidelbergensi valedicens, per Onolsbacum & Noribergam curru publico vectus, Jenam se contulit, ubi necessariis præsiidijs destituito parce & tenuiter vivendum erat. Celeberrimo tamen *Wodelio* duce studii medici cursum continuavit, & ultra annum ibi commoratus, sub ejusdem Professoris moderamine ex *Rolsincii* Ordine & methodo cognoscendi & curandi affectus corporis humani particulares, Dissertationem decimam quartam, *de Dolori hepatis, affectione Hypochondriaca, & Scorbuto*, respondendo defendit. Cum vero vitricus ejus, mense Februario A. 1674 Spira Heidelbergam iter faciens, fatali casu interciperetur, ut, quid de eo factum, ad cognatorum ejus notitiam nondum pervenerit, ejusque matri carissimæ, cui sex erant liberi nondum adulti, res esset angustior, & proli alendæ vix sufficiens, de Pædagogii domestici munere obti-

nendo Noster dispiciebat, cui etiam adhibitus est a Viro Generosissimo, *de Schenfeld*, *Loebnitz*, pago tribus milliaribus Lipsiæ distante, ubi usque ad A. 1677 hærens, præxi etiam medicæ operam dare cepit, & primam remedium formulam conscripsit die 26 Aprilis A. 1675. Post triennij moram inde pedem promovens, ad oras magis remotas excurrere statuit, & post nundinas Lipsienses plaustris onerariis se comitem adjungens, pedestri itinere Rostochium contendit. Inde per Wismariam Lubecam profectus, quia navem expectare non poterat, Regiomontem Borussiae, quam urbem adire constituerat, solventem, celoci se committens, per mare Balticum Gedanum navigavit, inde per sinum aquæ dulcis ad montem regium pergens, ubi circa festum Joannis Baptistæ dicti anni 1677 appulit. In hac urbe erudiendi pueros occasione inhaucupabatur, sed voto non respondit eventus. Describendis itaque Collegiis vitam tolerare, ac tam duriter vivere necesse habebat, ut longo temporis spatio cocto cibo vesci non daretur; tandem sollicitudo animum ejus invasit, cum crumenæ ære vacuæ fundum conspiceret. Casu autem accidit, ut in popina quadam innotescere: Scribæ legionis cujusdam e munimento Memel, qui mandato instructus, ut ephorum quaereret tribus juvenibus, nobili loco natis, filiis Baronis *Labelii*, Præfecti ejus loci, Nostro hanc provinciam obtulit, cum quo etiam lætabundus, per Lacum Curlandiæ, qui in mare Balticum prope Memelium exoneratur, eo profectus, quod eodem anno circa diem Divo Martino sacrum fiebat. Sinistro autem & plane adverso ejus fato tunc factum videbatur, ut Præfectus ille cum liberorum suorum ephoro, cum quo lites ei intercesserant, rursus in gratiam redierit. Noster enim, partim pudore ductus, partim vivendi præfidiis destitutus, Regiomontem redire neque voluit, neque potuit, & ita cum magna rerum suarum difficultate conflictabatur. Venit autem ibi in familiaritatem studiosi cujusdam Theologiz, qui ex Livonia duos juvenes nobiles, Barones *de Tauben*, in Academiam Regiomontanam deduxerat, quique jam in reditu versabatur. Hic a Duce Curlandiæ literis munitus erat, quibus ditionis suæ subdi-

subditis inunctum de equis rheda; eius iungendis, & de com-
 mentu libero illi prospiciendo. Tam commoda occasione
 Noster usus, per vicum Lithuaniae Bulangen in Curlandiam
 delatus est, ubi apud Centurionem quendam *de Candau* &
 apud Dominum *de Falckerfam* ad tempus subsistit, tandem a
Murmanno, indigenarum apud Doblenes Pastore, qui locus
 tertio lapide Mitavia, Ducis sede, distat, liberis eius instituendis
 adnotus, apud quem per biennium hæsit, & Medicinam ibi
 feliciter exercens, tantam nominis famam assecutus est, ut
 Pharmacopola Aulicus Mitaviensis, *Albertus Konberger*, victum
 & totum gratis ipsi offerret, ut ægris sanitati restituendis
 operam daret; unde factum, ut fama ejus latius dimanante, ad
 viginti millia ad opem ægris ferendam evocaretur. Hoc
 successu permotus, constitutum apud animum suum habebat,
 in hoc Ducatu fortunarum suarum sedem figere. Mater au-
 tem illius carissima, ceterique cognati, ægre ferentes, eum tan-
 to locorum intervallo ab ipsis sejunctum, de illo propius arces-
 sendo consilia agitarunt, & cum Medici Ordinarii locus
 mortis *D. Hornungi* Crailsheimii vacaret, precibus a Serenif-
 simo Marchione Onoldino impetrarunt, ut in locum illius No-
 ster surrogaretur, & ei vocationis tabulæ Mitaviam mitterentur.
 Quanquam vero admodum reluctante animo multis nominibus
 carissimam sibi regionem relinquebat, gravissimæ tamen cau-
 sæ ei non permittebant, cognatorum voto ac voluntati deesse.
 Hinc igitur discessum meditans, vere incunte A. 1680 inter
 communes prolixissimi amoris & favoris significationes di-
 missus, comite & auspice Deo, primo terrestri itinere usque
 ad portum Curlandiæ Windaviam pervenit. Inde navem o-
 nerariam Batavicam conscendens, versus fretum Sundicum na-
 vigavit, & ad Insulam Danicam Amaken fausto itinere con-
 tendit; curru tandem Hafniam vectus, ubi decora & lumi-
 na hujus urbis salutavit, doctorumque hominum favorem sibi
 collegit. Postea iter per mare Lubecam profectus est, ubi
 cum ob luem pestiferam in Saxonia grassantem viæ publicæ
 essent interclusæ, societas abeuntium ipsi expectanda, & jura-
 mentum sanitatis præstandum erat. Hinc equo vectus per
 pla-

placitum Eusebargensem Helmstadium, agrum Mansfeldensem, Erfordiam, Sonnebergam, Coburgam, Bambergam, Noribergam, transiens, Altorfium petiit; & ex omnibus ibi exantlatis, *de febre tertiana intermittente, præterito vero septentrionem & sub eo Carlandiam infestans*; pro Licentiæ Gradu disputavit; mox per Onolsbacum Craibhemium attingens, mandatam sibi spæram adiit, ibique degit usque ad A. 1685, quo Medici Ordinarii provinciam in libera Imperii Romani civitate Nordlinga suscepit, & ægrotorum sanandorum cura nimis distractum, imo fere obrutum, se sensit, longisque itineribus corpus fatigavit. Exactis ibi tredecim annis, A. 1698 se Stuttgartiam contulit, per biennium ibi subsistens, & præxi medicæ liberiori intentus, mox Archiatri dignitatem, a Serenissimo Marchione Durlaco-Badensi elementissime ipsi oblatam, suscepit. Cui vero Marchio Serenissimus eum familia ob irruptionem à Gallis factam solum vertere, ac, relictis provinciis suis, Basileam migrare cogeretur; Nollet, Stuttgartiam reversus, Medici Ordinarii provinciam cepessivit, quam etiam, anno elapso Archiatri titulo & loco auctam, usque ad A. 1711 administravit. Postea, jubente Serenissimo Wurtembergiæ Duce, Principi ejus hæreditario Medicus itineris additus, ad eum profectus est Augustam Taurinorum, Italiæ civitatem splendidissimam. Circa idem tempus constitutus est verus Consiliarius, & Archiater Wurtembergicus. Cum hoc Serenissimo Principe rediit factus est in patriam A. 1712 præcipite. In autumno sequentis anni autem eodem munere fungens, denuo adjunctus est Serenissimo huic Principi, & cum illo iter fecit per Hollandiam, Belgium, Hispaniam & Galliam. Tandem enim cum comitatu suo A. 1716 saluum & incolumem Serenissimorum Parentum amplexibus restituit. Bis Noster matrimonium inivit, primo cum *Maria Elisabetha Stüberia*, quæ patrem habuit Cl. *Joannem Ernestum Stüberum*, Membrum Senatus archiepiscopalis, Censorem mortuum, & Præfectum rei frumentariæ, in libera Imperii civitate Eslinga; in matrem vero *Annam Mariam*, natam *Kielmanniam de Kielmanseck*, cujus avus tribus Wurtembergiæ Ducibus a Consiliis intimis fuerat.

fuerat. Ex hoc conjugio filium suscepit, adhuc superstitem, *M. Wilhelmum Fridericum Lonsilium*, qui Diaconus olim fuit Ecclesie Metropolitanae Stuttgardienfis, nunc Professoris supremi mittere in Gymnasio, quod Stuttgardis dicitur, *Magistri* fungitur. Altera conjux erat filia Professoris Medici celeberrimi Academiae Giesensis ac Tubingensis, nec non Academiae Naturae Curioso, tum Erdalis, *Gregorii Bahhafaris Mezgeri*. Mater ejus *Anna Casarina*, filia *M. Kufatri*, Suinfectentium olim Superintendentis. Hæc ejus conjux posterior jam antea juncta fuerat *D. Hillero*, Physico Marpacensi, cum Nostro autem matrimonium per 23 annos improlis voluit. A. 1681 Comes Francie Orientalis, *de Geyer*, cum Archiatrum suum constituit, ac Regi Borussiae *Friderico* ita enixe commendavit, ut titulo Medici Aulae Regie eum ornaret, addito promisso clementissimo, ut, si ob belli Imperio Romano à Gallis illati tempestatem se minus tutum in terris Suevicis crederet, confugeret in regnum suum, tanquam in portum, aliori muneri in quadam Academiae suarum, aut in Aulæ regia, admo- vendus. A. 1683 membrum Academiae Leopoldino-Imperialis Naturae Curiosorum adscriptus est sub nomine *O. thassi*. A. 1693 functionem obtinuit Medici Ordinarii Abbatie Neresheimensis, & eodem anno elogium Archiatri Serenissimi Principis Oettingensis, anno vero subsequenti ipsam hanc dignitatem, non mutata tamen sede sua, A. 1696 collata est in eum sparsa Medici Ordinarii in Monasterio *Mariae Mubingen*, & A. 1697 in Abbatie *Keyfersheim*. A. 1698 interrogatus fuit de suscipiendo loco Medici Primarii apud Francofurtenses ad Moenum; A. 1700 de loco Medici in Aula Electoris Palatina; A. 1704 de loco Archiatri apud Illustrissimum Comitem Nassovio-Weilburgensem; A. 1721 de eadem dignitate apud Marchionem Brandenburgico-Onoldinum, & quidem sub conditionibus admodum optimis; quæ vero mutata omnia Noster modeste dechnavit. In quot doctrina eminentium & celeberrimorum Virorum notitiam Noster itineribus suis pervenerit, paucis pagellis enarrari non potest. Fidem facit ingens Epistolarum numerus.

quae ab illis ad eum scripturae, & in scriptis defuncti
 relictae sunt. Scriptorum, ab eo in publicam lucem editorum,
 Catalogum qualemcunque hic exhibebimus. In Ephemeridi-
 bus Naturae Curiosorum Observationes et bene multae debentur,
 etque admodum eruditae & lectu dignae singulae, sed quas
 sigillatim hic enumerari non sinit paginae angustia.
 Praeter has sequentia eruditionis specimina idem luci publicae
 exposuit: 1) *Consilium ingenium de vena sectionibus ver-
 nicis & autumnalibus, praeservanda sanitatis causa, ut pluri-
 mum intempestive susceptis, ac opportuniori tempore adhiben-
 dis.* Ulmæ A. 1698 vernaculo sermone editum. 2) *Topographiam
 recentiorum, i. e. Tabulam consultatoriam medicam, exhiben-
 tem Quaestiones maxime necessarias, agrorum, consilium exqui-
 rentibus, a Medico proponendam.* Ulmæ, 1696, 8. In Prae-
 fatione Quaestionem decidit: An & quomodo eruditus Theo-
 reticus infelix in arte medendi Practicus esse possit? 3) *Mi-
 scellanea Medico-Practica tripartita.* Ulmæ, 4. 4) *De
 Hydrophobia natura & cura Dissertatio Epistolica ad Du-
 Guckelinum, Practicum olim Mæno-Francofurtensem.* 5) Rus-
 sius in vernacula scripsit ediditque iussu Serenissimi Marchionis
 Badeno-Durlacensis *Informationem de Febris acutis, A. 1703
 grassantibus;* Durlaci, 8. 6) *Escodromum Medico-Practi-
 cum A. 1709, exhibentem, quid singulis diebus per integrum
 illum Annum in functione sua medica, tam in Praxi, quam
 rebus ad Physicam pertinentibus, actum sit, in usum Prae-
 ticozum juniorum.* Stuttgardiae, 1711, 4. 7) *Interrommata
 Medico-Practica.* Stuttgardiae, 1711. 8) *Novam acidularum
 Geppingensium Descriptionem, ita adornatam, ut ab
 omnibus, ejusmodi fontes medicatos alibi locorum frequentan-
 tibus ac potantibus, pro norma esse queat.* Stuttgardiae, 1725, 8.
 9) Anonymus elaboravit A. 1710 sub titulo: *Fons aquae vitae
 Canstadiensis, Descriptionem istius Balnei & aquae salinae, in a-
 gro Wurtembergico non procul a Stuttgardia scaturientis.*
 10) Celebrissimi D. Pelargi *Observationum Clinicarum Escodromo III ad peti-
 tum Autoris praefixit Anteloquium, in quo*


Quæ-

Questionem arduam: *An Medicum libros praxi Clinica inservientes in lingua Germanica divulgare deceat?* (ne scilicet auxilium quid inde sibi parent Medici Latinitatis expertes,) in utramque partem ingeniose ventilavit & affirmative judicavit. Lipsiæ, 1726, 4. In affectatis adhuc habuit Noster


- 1) *Tractatum integrum de omnibus, quæ Medico in arte sua scitu sunt necessaria;*
- 2) *Medicinam moralem, aliquot Centurias Casuum conscientia Medicinalium complectentem, a demortuis aut adhuc viventibus Theologis, quibuscum Auctor literarum commercium super illis instituit, decisorum;*
- 3) *Postillam Harmonico-Medico-Physicam, quæ ex Pericopis Evangelicorum ac Epistolarum totius Anni ea seliguntur, quæ Medicis præcipue in usus suos convertere potest;*
- 4) *Acoluthum Lentilianum, seu Lentilii Pæde, medicum Itinerarium, quo continentur, quæ Practico, iter facienti, & alia librorum suppellectile destituito, inservire possunt;*
- 5) *Solipsimum animæ rationalis, ubi de abstractionibus ejus a corporis commercio & inde oriundis contemplationibus profundis ac sublimioribus multa curiosa proponuntur;*
- 6) *Itineraria sua curiosa per Italiam, Galliam & Hollandiam.*

Efflagitata etiam fuit multorum precibus *Continuatio Eteodromorum*, ubi si duorum modo annorum curricula conficere ei licuisset, facile praxin Medicam perfectam, & nullius morbi defectu laborantem, sistere potuisset. Sed hæc, cum nondum satis exasciata sint, lucem publicam forte non adspicient. Noster enim, partim negotiorum multitudine obrutus, partim senectutis imbecillitate fractus, & se decertando cum iis committere renuens, qui juvenes gloriæ sibi ducunt, adversus Medicos seniores calamum stringere, his ultimam manum non imposuit. Ceterum Noster a teneris usus est corpore robusto & valetudine satis firma, adeo, ut nullo unquam morbo, exceptis iis, qui infantibus sunt communes, tentatus fuerit. Exacto ætatis anno sexagesimo demum nonnullis insultibus arthriticis, utut levioribus, subinde infestari cepit. Post autumnum vero anni præteriti sensit asthma spasmodico-flatulentum, quo tamen non obstante, negotia domi & foras in agro Wurtembergico, visitando

tando pharmacopolia, examinandoque Chirurgos & obstetrices, obire poterat, ægrisque curationi ipsius se committentibus, mederi. Anno vero novo incunte, morbus invaluit, medicamentis, ab eo ipso, aliisque experientissimis Medicis ordinatis, haud quidemquam valentibus, adeo, ut lecto cubare & somno frui plane non liceret, sed ex una sella gestatoria in alteram immitti necesse haberet. Accessit tandem ascites & febris inflammatoria, quæ Nostro vivendi finem attulerunt, ita tamen, ut placide, sine motibus convulsivis, aut alia ratione vehementibus, exspiraret die 12 Febr. Anni 1733, cum paulo ante ipsi a filio recitatus esset *Jubilus Bernbarði*, cumque a Theologo, qui confessiones ejus excipiebat, interrogatus, an etiam reliquis tentationibus a Deo immittendas forti & patienti animo perferre vellet, respondisset: *sine omni exceptione*. Annum ætatis septuagesimum septimum complevit, & natalem celebravit precibus & bene faciendo orphanis, quibus pecuniæ summam satis largam legavit, ultimo nativitatæ die, quo jam emortuali lecto erat affixus. Textum funebrem sibi non solum elegit, sed & disposuit, plurimisque meditationibus & collectaneis enucleavit, ex *Gen. V, 21-24*, non arrogantia quadam ductus, sed quia die *Enocho* sacro olim hanc mundi lucem primum adspexerat. Interim vitæ ejus curriculum luculento argumento esse potest providentiæ divinæ, iis præsertim literarum studiosis, quibus cum egestate & rerum inopia conflictandum. Deus enim Nostrom, tenuibus facultatibus instructum, per oras duxit remotissimas, ubi sæpe subsistendi nullus videbatur locus, sed auxilio ipsi præsto fuit, & luculenta, nunquam non dedit, gratiæ suæ præmia. Ejus bonitati inprimis hæc tria tribuit: 1) Quod aju incunte ætate firma valetudine sit usus; 2) quod in tot ac tantis itineribus, ubi commercium cum impiis hominibus declinare semper non potuit, in consortium improbitatis non pertractus fuerit, sed a fragilibus ac criminibus perpetrandis liber permaneret; 3) quod ea sorte & conditione ipsum esse voluit, ubi in aurea mediocritate commode vivere poterat, ubi carebat obsoleti sordibus tecti, invidenda sobrius aula, neque altum urgens, neque nimium premens litus iniquum, ut *Venusinus Poeta* loquitur.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTORUM ERUDITORUM QUAE LIPSIAE
PUBLICANTUR SUPPLEMENTA

LEIPZIG 1734
BAND 10

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT DAS
ORIGINAL DER NIEDERSÄCHSISCHEN STAATS- UND
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN ZUGRUNDE

SIGNATUR: EPH. LIT. 136/13 Ac 15



INDEX AUTORUM,

quorum Libri aut Inventa in hoc
Volumine recensentur.

I Libri Theologici & ad Historiam Eccle- siasticam spectantes.

A nonymi <i>Historia Ecclesiastica a Christo nato ad nostra usque tempora Compendium.</i>	322
<i>Dialogus patris cum filio de principio religionis & doctrina morum.</i>	427
<i>Testes resurrectionis Jesu Christi examinati & judicati secundum regulas Jorenses; ex versione A. de Moine.</i>	503
<i>Antiquitatum Christianarum Compendium.</i>	105
Assemani (<i>Josephi Simonti</i>) <i>Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana. Tomi III Pars I & II.</i>	193
Baueri (<i>Christiani Frid.</i>) <i>Textus originalis ad Ecclesiastem Sionomontis versione ac notis illustratus.</i>	175
Benthamii (<i>Honr. Ludolphi</i>) <i>Status Ecclesiarum & Scholarum Anglicanarum.</i>	324
Breithaupti (<i>Joach. Just.</i>) <i>Institutiones Theologicae de credendis atque agendis.</i>	56
Clodii (<i>Jo. Christiani</i>) <i>Excerptum Liturgiae Syriacae septimanae passionis Jesu Christi.</i>	81
Crügeri (<i>Theodori</i>) <i>Introductio in Christologiam moralem.</i>	294
Driesseni (<i>Antonii</i>) <i>Jesus nascenti, patiens, & moriens, resurgens, &c.</i>	512
Eckhardi (<i>Tobia</i>) <i>Henrici Leonis auctoritas circa sacra in constituendis atque confirmandis Episcopis.</i>	167
<i>Observationes philologicae ex Aristophanis Pluto, dilationi N. Fœderis illustrandae inservientes.</i>	312
Geetzi (<i>Frid. Lebrecht</i>) <i>de Nonismo & Nihilismo, in Theologia ceterisque eruditionis partibus obvia.</i>	474

INDEX AUTORUM.

de Graveſon (F. Ignatii Hyacinthi Amat) <i>Epiftola, ad Amicum ſcripta, Theologico-Hiſtorico-Polemica.</i>	529
Güetleri (Nic.) <i>Inſtitutiones Theologicae.</i>	115
Hilarii <i>Opera. Tomi II.</i>	337
Jablonski (Dan. Erneſti) <i>Hiſtoria Conſenſus Sandomirienſis.</i>	73
Ikenii (Conr.) <i>Antiquitates Hebraicae.</i>	421
Lakemacheri (Jo. Godofr.) <i>Obſervationes philologicae. Pars VII & VIII.</i>	376
Langemack (Gregor.) <i>Hiſtoria catechetica Pars I.</i>	38
Langii (Caroli Fleur.) <i>Specimen Obſervationum philologicarum in Novum Fœdus, ex Luciano poſiſſimum & Dionyſio Halicarnaſſeo.</i>	424
(Joach.) <i>Gemina & ad adſectionem directa Explanatio Pentateuchi.</i>	9
<i>Doctrina Evangelica de univerſali Dei gratia ex Scriptura S. ſuffragio ſana rationis adſtructa</i>	523
Zur Linden (Jo. Georg.) <i>de Jejunii & ſacris religionis ceremoniis.</i>	479
Lütkenſ (Nic.) <i>Lux in tenebris, quam Zobar, antiquum Judæorum monumentum, genſi ſua occæcata præbet ad myſterium SS. Trinitatis eo facilius apprehendendum.</i>	233
Oederi (Georg. Lud.) <i>Modèſta & ſolida Reſponſio ad Viri Clariff. Steph. Viti iniquiſſimum librum, quem inſcripſit Apologiam, &c.</i>	238
<i>de Scopis Evangelii S. Joannis, Apoſtoli, certiffime hæreſi Cerinthi & Ebionis oppoſiti.</i>	377
Philaletis & Antrophopiſta <i>de Euchariftia Dialogus.</i>	475
Placette (Jo.) <i>Mônita ad Oratorium ſacram ætinnantia.</i>	350
Reinhardi (Laurentii) <i>Inſtitutiones Theologiae dogmaticae.</i>	550
Reſtelii (Cardiſi Chriſtiani) <i>Demonſtratio antiquitatis, veritatis, ac divinitatis Scriptorum V. & N. Teſtamenti, ex principiis ſanae rationis ducta. Tomi II.</i>	546
Roques (Petri) <i>Pietiffimus genuinus.</i>	414
Rusmeyerſi (Mich. Chriſtiani) <i>Diſſ. de Palo Pauli, ſeu Angelo Satan Apoſtolum affigente.</i>	331
S. (J. C.) <i>Explanatio 2 Sam. VIII, 8. Rom. IX, 1-6.</i>	319
Scharbau (Henr.) <i>Obſervationum ſacrarum Pars II.</i>	463

Schlich-

INDEX AUTORUM.

Schlichteri (<i>Christiani Ludov.</i>) <i>Decima sacra.</i>	418
Schmidii (<i>Jo. Andr.</i>) <i>Historia Interimistica.</i>	33
Stollii (<i>Gottlieb</i>) <i>Sincera relatio de Vita, scriptis ac doctrinis Patrum Ecclesie quatuor priorum Saeculorum.</i>	520
Walchii (<i>Jo. Georg.</i>) <i>Compendium Antiquitatum Ecclesiasticarum.</i>	369
Zornii (<i>Petri</i>) <i>Opuscula sacra. Tomus I.</i>	77

II Libri Juridici.

Barthii (<i>Gothofredi</i>) <i>Dissertationes juridicae.</i>	397
Campagnolo (<i>Bartholomaei</i>) <i>Liber Juris Civilis urbis Verona.</i>	433
Claulingii (<i>Jo. Godefr.</i>) <i>Jus Publicum Romanorum. Fasciculus I & II.</i>	220
Conringii (<i>Hermannii</i>) <i>Opera. Tom. III - VI.</i>	97
Estor (<i>Jo. Georg.</i>) <i>Delinatio Juris publici Ecclesiastici Protestantium, exhibens jura & beneficia Augustana Confessionis.</i>	159
Fontanini (<i>Justi</i>) <i>Codex Constitutionum, quas summi Pontifices ediderunt in solenni Canonizatione Sanctorum.</i>	385
Gothofredi (<i>Jac.</i>) <i>Opuscula varia Juridica, Politica, Historica, Critica; ex ed. Franc. Car. Conradi.</i>	57
de Meier (<i>Jo. Godefr.</i>) <i>Meditationes de Justitia usurarum semis-salium in Germania.</i>	245
Pagenstecheri (<i>E. A.</i>) <i>Observationum legum Justinianearum liber singularis.</i>	360
	<i>Pugillares Institutiones Juris.</i> 493
	<i>(Henr. Theodori) Commentariorum ad Pandectas Juris Civilis Pars II & III.</i> 106
	<i>Pars IV.</i> 357
Polac (<i>Jo. Frid.</i>) <i>Systema Jurisprudentiae Civilis Germanicae antiquae.</i>	252
Puffendorffii (<i>Esaiæ</i>) <i>Introductio in Processum Civilem Electoratus Brunsvico-Luneburgici.</i>	447
Schwederi (<i>Gabrielis</i>) <i>Disputationes juridicae. Tomus II.</i>	304
Speneri (<i>Jac. Caroli</i>) <i>Plenior doctrina Juris publici Imperii Romano-Germanici. Tomus VII.</i>	242
Titii (<i>Gottlieb Gerb.</i>) <i>Disputationes juridicae.</i>	15
Wilde (<i>Jac.</i>) <i>Succia Historia pragmatica, quae vulgo Jus publicum dicitur.</i>	482

INDEX AUTORUM.

III Libri Medici & Physici.

<i>Aetorum Medicorum Beroſinenſium Decadis III Vol. I.</i>	534
Alpini (Proſperi) <i>de Praſagienda vita & morte aegrotantium Libri VII.</i>	361
Barbeyracii <i>Differationes de Morbis pectoris, cordis, ſtemachi, &c.</i>	223
Boerhavi <i>Bina Liſteria morborum, ſecundum deſcriptorum.</i>	ib.
Bruckmanni (Franc. Ern.) <i>Epistoſa itineraria I. XII.</i>	84
	XIII-XXIV. 454
Büchneri (Andr. Elia) <i>Miſcellaneorum Phyſico-Medico-Mathematicorum integer Annus 1728.</i>	224
Douglaffii (Jac.) <i>Hiſtoria lateralis ad extrahendum calculum ſectionis Appendix.</i>	494
le Dran (Henr. Franc.) <i>Obſervationes Chirurgicae Tomi II.</i>	254
Fiſcheri (Danielis) <i>de Terra medicinali Tokayenſi Tract.</i>	307
Giuntini (Hieronymi) <i>Epistoſa de cauſis terrae motuum, ad Illuſtriſſ. Equitem, Joſephum Ridoſium.</i>	258
de Gorter (Jo.) <i>Morbi Epidemici brevis deſcriptio & curatio per diaphoreſin.</i>	451
Kulmi (Jo. Ad.) <i>de Literis in ligno ſagi repertiſſ. Diff. Tabula Anatomica.</i>	70 449
Liebknechtii (Jo. Georg.) <i>Haſſa ſubterranea Specimen.</i>	442
Magati (Caſp.) <i>de Rara Medicatione vulnarum Libri II.</i>	402
(Jo. Bapt.) <i>Tractatus, quo rara vulnarum curatio contra Sennertum defenditur.</i>	ib.
Mangeti (Jo. Jac.) <i>Bibliotheca ſcriptorum Medicorum veterum & recentiorum.</i>	49
Mazini (Jo. Bapt.) <i>Mechanice morborum, deſumpta a motu febrili, Pars II.</i>	164
Richteri (Adolph. Gottlob) <i>de Corruptis medicamentorum cognoſcendis Tract.</i>	59
Ritteri (Alberti) <i>Epistoſica Oryctographia Goſtarienſis.</i>	410
van Royen (Adriani) <i>Carmen elegiacum de Amoribus & conubiiſ plantarum.</i>	362
Schreiberi (Jo. Frid.) <i>Additiones neceſſariae ad conſiderationem corporis & motus, anno elapſo coram Academia Petropol. inſtitutam.</i>	455

INDEX. AUTORUM.

Schurigii (Martini) <i>Syloppilogia</i> .	170
<i>Embryologia Historico-Medica.</i>	404
Seuberlichii (Frid. Guntberti) <i>Observatio de XIX Calculis, in cadaveris ejusdem vesica fellea reperiis, subsecuta bydrops.</i>	408
Sivers (Henr. Jac.) <i>Curiosorum Niendorpiensium Specimen II.</i>	72

IV Libri Mathematici.

Anonymi <i>de Pithometria Tract.</i>	113
Büchneri (Andr. Elia) <i>Miscellaneorum Physico-Medico-Mathematicorum integer Annus 1722.</i>	224
Holzhey (Jo. Conr.) <i>Inventorum suorum Designatio.</i>	372
Pentheri (Jo. Frid.) <i>Praxis Geometria.</i>	226
Poleni (Jo.) <i>Epistolarum Mathematicarum Fasciculus.</i>	591
Richterii (Georg. Frid.) <i>Diarium Meteorologicum Lipsiense ad A. 1731.</i>	61

V Libri Historici, Geographici &c.

Abelii (Casp.) <i>Antiquitates Germanicae & Saxonicae.</i>	153
<i>Saxonicae Antiquitates.</i>	156
<i>Sylloge aliquot veterum Chronicorum.</i>	157
Abudacni (Josephi) <i>Historia Jacobitarum, seu Captorum, in Aegypto &c. ex edit. Jo. Henr. a Seelen.</i>	466
de Amato (Elia) <i>Pantopologia Calabria.</i>	289
Anonymi <i>Elogium Nicolai Hieronymi Gundlingii.</i>	46
<i>Gerhardi Noodtii, Jcti Batavi.</i>	86
<i>Polycarpi Leyseri, Polyhistoris Helmstadiensis.</i>	132
<i>Joannis Hübneri, Lycei Hamburgensis Rectoris.</i>	183
<i>Christiani Gottbarthi Wilischii, Med. Doct.</i>	332
<i>Rosini Lencilii, Consiliarii & Archiatri Wirtembergici.</i>	552
<i>Syllabus librorum, in Hispania editorum.</i>	274
Ayrmanni (Christoph. Frid.) <i>Introductio ad Historiam Hassiacam prisca & mediaevi.</i>	314

INDEX AUTORUM.

Beyeri (<i>Aug.</i>) <i>Historia vita, factorum atque meritorum Georgii Gentii.</i>	268
Bohmeri (<i>Justi Christoph.</i>) <i>Memoria Professorum Eloquentia, quos habuit Academia Halmsladionſis.</i>	519
Bruckeri (<i>Jac.</i>) <i>Historia Philoſophica erodematio tradita.</i>	81
<i>Part. II.</i>	
<i>Part. III.</i>	169
Cleffellii (<i>Jo. Christoph.</i>) <i>Antiquitates Germanorum.</i>	347
ab Henel (<i>Andr. Joach.</i>) <i>Descriptio plenior de prudenti ratione, ordine, ac ſtatu regiminis in regno Suavia.</i>	327
Hockeri (<i>Jo. Lud.</i>) <i>Theſaurus Antiquitatum Halilbronnenſium.</i>	147
Ikenii (<i>Conr.</i>) <i>Antiquitates Hebraica.</i>	411
Iſtzi (<i>Claudii</i>) <i>Compendium Hiſtoria univerſalis. Tomi VIII.</i>	388
Kreyfigii (<i>Georg. Christoph.</i>) <i>Spicilegium Hiſtoria Saxonica Diplomatico-curioſum.</i>	365
Lagnillii (<i>Ludov.</i>) <i>Hiſtoria Provincia Aſatia.</i>	1
Mangeti (<i>Jo. Jac.</i>) <i>Bibliotheca Scriptorum Medicorum veterum & recentiorum.</i>	49
Pfeffingeri (<i>Jo. Frid.</i>) <i>Hiſtoria Domus Brunſwicenſis ac Lunenburgenſis. Tomi II.</i>	210
Schoettgenii (<i>Chriſtiani</i>) <i>Spicilegium Hiſtoria Saxonica Diplomatico-curioſum.</i>	366
Struvii (<i>Burch. Gottbelf</i>) <i>Hiſtoria Imperii Germanici abſoluta.</i>	56
Stuſſii (<i>Jo. Henr.</i>) <i>Memoria B. Theodori Berckelmanni.</i>	514
Villanorum (<i>Joannis, Matthei, & Philippi</i>) <i>Hiſtoria; ex edit. Phil. Argelati.</i>	145
Wackenroderi (<i>Ern. Henr.</i>) <i>Rugia vetus & nova.</i>	292

VI Libri Miſcellanei.

Agapeti, <i>Diaconi, Scheda regia Præceptorum de officio boni Principis; ex edit. Auguſtini Groebelii.</i>	309
Alvari (<i>Eman.</i>) <i>Regula de Syllabarum quantitate.</i>	131
Anonymi <i>Intröductio in Scriptores Claſſicos.</i>	429
<i>Tentamen de Ingenio, diverſis ejus virtutibus & operationibus.</i>	456
Ariſto-	

INDEX AUTORUM.

Aristotelis <i>de Rhetorica Libri tres.</i>	440
d'Arnaud (Georgii) <i>Lectionum Graecarum Libri duo.</i>	344
Affenani (Josephi Simonis) <i>Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana. Tomi III Pars I & II.</i>	193
Bellorii (Jo. Petri) <i>Annotationes in XII. priorum Caesarum Numismata, ab Enea Vico olim edita.</i>	241
Beathemii (Herr. Ludolphi) <i>Status Ecclesiarum & Scholarum Anglicanarum.</i>	324
Bertrami (Jo. Frid.) <i>Metemata literaria.</i>	80
Bruekeri (Jac.) <i>Historia Philosophica erotomatica tradita. Pars II.</i>	81
	169
	169
Bruckmanni (Franc. Ern.) <i>Epistola itineraria I - XII.</i>	84
	XIII - XXIV. 454.
Bünemanni (Jo. Ludolphi) <i>Catalogus MStorum membranaceorum & chartaceorum, &c.</i>	381
Carpophorophilli <i>Novum inveniendae Scripturae aecumenicae Consilium.</i>	42
Cebetis <i>Thebani Tabula; ex edit. Thom. Johnson.</i>	432
Conringii (Herm.) <i>Opera. Tom. III - VI.</i>	97
Cypriani (Ern. Salom.) <i>Bibliotheca Cypriana.</i>	518
D. (S. F.) <i>de Solocifinitis & Barbarifinitis Dialogi de causis corruptae eloquentiae Observatio.</i>	227
Eckhardi (Tobia) <i>Observationes Philologicae ex Aristophantis Plauto, distioni N. Foderis illustranda inservientes.</i>	312
Fabreti (Christoph. Aug.) <i>Avanquius ad locum Plinii Hist. Nat. L. VIII Cap. 42.</i>	119
Geertzii (Frid. Lebrecht) <i>de Nonsensu & Nihilismo, in Theologia ceterisque eruditionis partibus obvio.</i>	474
H. (C. A.) <i>Dissertatiuncula, qua Paulo Orofio nomen tertium Hormisda restituitur.</i>	263
Hockeri (Jo. Lud.) <i>Thesaurus Antiquitatum Hailsbronnenfium.</i>	147
Isocratis <i>Orationes VII & Epistola; ex rec. Guil. Battie.</i>	52
Lakemachgri (Jo. Godofr.) <i>Observationes philologicae. Pars VII & VIII.</i>	376
Placette (Jo.) <i>Monita ad Oratoriam sacram attinentia.</i>	330
Poetae <i>minores, selecti & emendati in usum Scholarum.</i>	533
Reinhardi (Laurentii) <i>Synopsis Philosophiae moralis.</i>	174

INDEX AUTQURUM.

<i>S. ** Abbatir. Epistola ad Beguinam Antuerptensem G. ** de Origine & progressu istius Instituti.</i>	538
<i>Shaw (S.) Grammatica nova, composita ex Scripturis Classicis.</i>	129
<i>de Voeux (A. E. V.) Diss. de Miraculis, quae Abbatibus Parisi reliquis tribuuntur.</i>	477
<i>Wagneri (Jo. Gerh.) Arboreti sacri perfectioris Specimen, Abbat Laurum ex omni antiquitate erutum.</i>	173

INDEX RERUM NOTABILIORUM.

<p style="text-align: center;">A.</p> <p>Abbatissis Aug. Conf. additis qua ex eadem continent jura? 162</p> <p>Abelius (Casp.) laudatus. 154</p> <p>Abnegatio sui ipsius in quo consistat? 416 seq.</p> <p>Abortus frequens vena sectione ter repetita curatus. 407</p> <p style="padding-left: 2em;">involucris suis inclusus editus. 112</p> <p>Abluentia per aliquot annos a cibo & potu. 226</p> <p>Abudacni (Josephi) Historia Jacobitarum, sive Coptorum, edita. 445 seq.</p> <p style="padding-left: 2em;">vita. 467</p> <p>Academiarum Judaicarum quis status fuerit? 413</p> <p style="padding-left: 2em;">Suecicarum status descriptus. 329 seq.</p> <p>Accentuationis Hebraica usus. 176</p> <p>Aeus magnetica declinatio quomodo corrigenda? 374</p>	<p>Adamii (Theodori) vita. 519</p> <p>Adiaphoristica Historia promissa. 38</p> <p>Enigmatum symplocorum exemplum. 132</p> <p>Equilibrium nullo modo disturbandum. 375</p> <p>Aeris elasticitas confirmata. 262</p> <p>Extinctores quinam Verona magistratus fuerint? 437</p> <p>Agapeti, Diaconi, Schola Regia edita. 309 seq.</p> <p>Albarum vestium in sacris Christianorum veterum usus. 419 seq.</p> <p>De Alexandria Schola Catechetica varia. 40</p> <p>De Alga saccharifera Diss. 455</p> <p>Alfatiz Duces quando primum extiterint? 4</p> <p style="padding-left: 2em;">Historia descripta. 1 seq.</p> <p style="padding-left: 2em;">in superiorem & inferiorem divisa. 5</p> <p style="padding-left: 2em;">Landgravi quando primum extiterint? 4</p> <p style="text-align: right;">Alfatiz</p>
-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

INDEX RERUM NOTABILIORUM

Alfaris nomen unde?	2 seq.	Aristotelis <i>lira</i> quaedam emendata.	441
Præfetti & Comites qui fuerint?	5	Rhetorica demum edita.	440
privilegia.	7	Armorum jus nunc Statibus imp.	
status Ecclesiasticus.	2 seq.	Germani campestris?	44
de Amato (Eliar) vocatus.	291 seq.	d'Arnaud (Greg.) vocatus.	344 seq.
ejus scripta.	290	Arndii (Jo.) <i>Diss. de studio Theologiae practico</i> edita.	57
De Amazonibus fabulosa multa traduntur.	352	Africanense Chronicon editum.	158
Ambaxatores quinque Verona fuerint?	437	Asteris columnares.	73
Ammoniaci salis spiritus extemporantur preparatio & usus.	452	Astroites singularis forma.	16.
Anglicana Ecclesia & Schola descripta.	324 seq.	Atheismi doctrina.	465
Anhaltini Principes num ex Urfinis stirpem ducant?	210	Cum Atlantico Platoni collatio <i>Platina</i> .	466
Animus rationalis immortalis demonstrata.	10	Augustanus Confessionis Historia.	159 seq.
Animalia quaedam rariora recensita.	85	Confessionis additis quae jura competant?	161.
Annullis ferreis veteres Cæci usi.	446	B.	
Antiquitates Christiana in Compendio proposita.	105 seq.	Badensis domus unde ortum ducat?	4
Per Annum ossa satus mortui excressa.	225	De Bambergæ memorabilibus <i>Diss.</i>	85
De Apamensi nummo <i>Diss.</i>	78	Baradæi (Jac.) vita.	468
Apollonius Thyronensis num fuerit magus?	171	De Barbaria vera sui modis <i>Diss.</i>	80
ejus vita.	ib.	De Barbariei vero sensu ac discrimine <i>Diss.</i>	81
De Aquæ fluentis mensura libellus editus.	502	Barbarissimi & Solacissimi Dialogi de causis corrupta eloquentia.	227 seq.
De Aquinatis (Th.) varia fortuna in scholis Pontificiorum <i>Diss.</i>	79	De Baronii fide ipsi Pontificis suspensa <i>Diss.</i>	79
Arbor in mineram ferri mutata.	443 seq.	Barthii (Godefr.) vita & in Jurisprudentiam merita.	397 seq.
Argentorati antiquitas.	2	<i>Dissertationes juridicae</i> edita.	ib.
Aristophanis <i>Plutus</i> quantum consecrat N. T. explicando?	312 seq.	Beguiniagiorum Belgicorum <i>Syllabus</i> .	542 seq.
Aristotelicæ Philosophiæ sub Imperatoribus Rom. sectatores.	172	Beguinarum origo & status variis.	538 seq.
Aristotelis de Poetica editio nova promissa.	442	Belgicarum status.	539 seq.
Suppl. T. X.		De Beguinis qui scripserint?	545
		C c c c	De

INDEX RERUM

- De Bellariis lapideis Liptovienſibus Hungaricis Diſſ.** 85
De Bellermi ſide ipſi Pontificis ſuſpecta Diſſ. 79
Bellorii (Jo. Petri) in Numiſmata Vic. Annotaciones. 241 ſeq.
Berckelmanni (Theodori) vita & ſcripta. 514 ſeq.
Berothai qua urbe ſit? 319 ſeq.
Retach qua urbe ſit? ib.
Bibliotheca Cypriaca edita. 518
De Bibliothecis Vindobonenſibus principis Diſſ. 24 ſeq.
Binghami (Joſephi) Antiquitates Ecclieſiastica in Compendium redacta. 106
Bionis Smyrnae Idyllia recens edita. 533
Briffonii (Barn.) cedes. 395
Brunſvicenſes Comites quo tempore primum dicti ſint Marchiones? 213
Brunſvicenſis domus Hiſtoria nova. 210 ſeq.
Brunſvicenſium Comitum Genealogia in tabula repræſentata. 214
Brunſvico-Luneburgici Electoratus Proceſſus Civilis illuſtratus. 447 ſeq.
Buddæus (Jo. Franc.) laudatus. 514
Buteonis (Jo.) de ſuentis aqua menſura libellus editus. 502
Buzicus (Theodoricus) num Autor fuerit Ducum Saxoniorum? 158
van Bynckershoek (Corn.) reſuſcitatus. 17 ſeq.
laudatus. 58 ſeq.
C.
Cæſarum XII priorum Numiſmata illuſtrata. 241 ſeq.
Calabriæ viri celeberrimos recensiti. 289 ſeq.
Calculorum magna copia in veſica ſelta reperta. 408
Calculos extrahendi varia methodi enarrata. 495
Calmetus (Auguſtinus) reſuſcitatus. 464
Caloris in febribus intermiſſentibus generatio. 165
de Campen Nobilitatem duplex genus. 211
Canonicatus quid ſit? veteris & hodierni diſtinctio. 24 ſeq.
Canonicatum ſuum capace ſint Evangelici? 163
In Canonizatione Sanctorum Conſiderationes editæ, & harum catalogus. 325 ſeq.
Cantica poetica in Eccleſia veteri uſitataſſima. 80
Catarthaliſ morbus A. 1732 totam Europam pervagatus. 452
Catarthi cauſa materia inſenſibilis perſpirationis retenta. ib.
Catecheſeos Eccleſiaſtica hiſtoria deſcripta. 38 ſeq.
Catechetarum illuſtrorum catalogus. 42
Catechismi rationalis fundamenta. 427 ſeq.
Catechumenorum veterum qua fuerit ratio? 41
Cebetis Tabula recens edita. 432
Cercatores inquiſitorum genus Verena. 438
Cerinthus Hæreticus quo tempore vixerit? 378 ſeq.
ejus doctrina num a Joanne fuerit oppugnata? 379
Charitativum Colloquium Thoruntienſe quale fuerit? 76
Cheſeldeniana methodus lapidem veſica ſectione laterali tollendi. 494
Chri-

NOTABELLIGRUM.

Christi ab obligatione legalis immu- nitas. 298	Colloquium Charitativum Thoru- mensis quale fuerit? 76
humana natura in quantum juri divino subiecta fuerit? 294	Columnares historia. 73
refutatio contra Woolstonum vindicta. 593 seq.	Conciliorum VIII priorum genera- lium poesis. 100
Christianae antiquitates in Compem- dio propositae. 105 seq.	De Concionum sacrarum ritibus in factis veterum Diff. 78
A Christo actorum Historia. 512 seq.	Conradi (Franc. Car.) Opusculorum Gothofradi editor. 57 seq.
De Christo gentium desiderio Diff. 78	De Conradi, Martyris Saxonici, mor- te relatio. 360
nos ab inferorum pote- state redimenta Diff. 77	Conringii (Horn.) Opera Juridica & Politica recensita. 97 seq.
Christologia moralis edita. 294 seq.	Conseus Sandomiriensis Historia edita. 73 seq.
Chronica aliquot Saxoniae Inferioris edita. 157 seq.	Contractus patris & liberorum quo- usque sit validus? 31 seq.
Ex Chronico Saxoniae Inferioris Ex- cerpta edita. 154	Convulsionis polymorpha exemplum singulare. 536
Chronicon Ascantense editum. 158	Convulsi motus partus tempore suscitantes. 409
Halubiense editum. ib.	Convulsivorum motuum per martia- lia cura. 226
Halberstadiense editum. ib.	Coptorum Historia edita. 466 seq.
Quediinburgense editum. ib.	Corberi (Casp.) vita. 510 seq.
Chronologia Hebraeorum veterum illustrata. 390 seq.	Cornu ammonis cochlear marina ad- huc abductum. 411
Perficorum Regum il- lustrata. 390	Corticis peruvianae desensio. 226
Tyriorum veterum illustrata. ib.	Coschwitzianus ductus salivaris in dubium vocatus. 472
Chrysocolla quid sit? 84	a Cruce (Lothar. Maria) Casalecta in Th. Jettigii Diff. de Haresiar- chis avi Apostolici edita. 78
quomodo paratur? 84 seq.	Curvarum tractoria atque logarit- mica organica descriptio. 503
De Ciceronis vita & eruditione philosophica Diff. 170	De Cymbalorum usu in sacris vete- rum Diff. 78
Classicorum Scriptorum praestantia. 430	Cymici Philosophi sub Imperatoribus Rom. eminentiores recensiti. 172
versiones im- probatae. 431	Cypriani (Eyn. Sal.) Bibliotheca Ca- talagus editus. 518
Classicos Scriptores cum fructu tra- ctandi praecpta. 430 seq.	Cyrilli Hierosolymitani vita discre- pta. 48 seq.
Coenobiorum Saxoniae Inferioris Hi- storia illustrata. 218 seq.	Cccc 2
Cogitare quid sit? 457	D. Dahl.

INDEX RERUM

D.		<i>Ecclesiastica Antiquitates in Compendio tradita.</i> 369 seq.
Dahlbergii, Comes, Suecia antiqua & hodierna promissa. 492		<i>Echinites cordatus.</i> 411
Dei monumenta demonstrata. 10		<i>crucis quinquangula signatur.</i> ib.
Dei Dei cognitione utrum quis scripsit? 295		<i>Eckhardus (Tob.) laudatus.</i> 312
<i>gratia universalis doctrina adstructa.</i> 523 seq.		<i>natus.</i> 313
Dentes gigantum quid sint? 86		<i>Eclipses solis & luna Patavii observata.</i> 503
Deorum apud veteres Græcos quot genera fuerint? 377		<i>Eclipsis solis A. 1724 Patavii observata.</i> 502
Diabolicæ temptationis memorabile exemplum. 513		<i>luna d. 3. Oct. A. 1724 Patavii observata.</i> ib.
Dialogi de causis corrupta eloquentia Solacisimi & Barbarisimi. 227 seq.		<i>Educare liberos suos quemodo comsuverint veteres Germani? 353</i>
<i>quæ sit?</i> 230 seq.		<i>In Electores qua jura redudent ex Augustana Confessione? 161</i>
Diluvii universalis testimonia in Hassia. 442		<i>Electorum jura usurata.</i> 243
Diluvium Deucalionicum in nummo representatum. 78		<i>jus præcedentiæ illustratum.</i> 243 seq.
<i>universale explicatum.</i> 444 seq.		<i>De Eloquentia non scholæ, sed vitæ, discenda Diss.</i> 80
Diogenes Laertius num inter Philosophos sit referendus? 173		<i>Eloquentiæ Professores in Academia Hildesheimensi recensiti.</i> 519
Dionysius Halicarnassensis quantum conferat ad N. T. interpretationem? 424 seq.		<i>Embryonis caput in partu avulsam.</i> 407
Divortium num sit Jure naturali prohibitum? 29 seq.		<i>Emigrandi jus quibus competat in Imp. Germanica? 163</i>
Domitianum num pœreat amissionis possessionis? 17 seq.		<i>Emlebiense Chronicon editum.</i> 158
E.		<i>Epicurei Philosophi sub Imperatoribus Rom. illustratos recensiti.</i> 173
Eberthus II Brunsvicensis quo in loco cruciatus fuerit? 215		<i>Epileurus num fuerit atheus? 82 seq.</i>
Ecclesiæ & Sediæ Anglicanæ descriptio. 324 seq.		<i>Epidemicorum morborum singularis indolis indaganda.</i> 452
Ecclesiasticæ Salomonis textus originalis Latine versus. 175 seq.		<i>Epileptiæ gravidarum qualis sit? 537</i>
Ecclesiastica Histõria in Compendio tradita. 322 seq.		<i>De Episcoporum investitura inter Imperatorem & Pontificem Rom. controversia.</i> 392
		<i>In Episcopos Aug. Conf. additi quæ ex eadem jura redudent? 161</i>
		<i>Epsteinensis fontis secretus disrumpente monte exortus.</i> 225
		Equo-

NOTABILIORUM.

Equorum cum feminis concubentium exempla. 123	apud veteres honor. 124	du Frenoy (Langatus) refutatus. 128
Erico Grubenbagico qui liberi fuerint? 218		Ad Fresuzi Glossarium Supplementa. 439
Evangelicæ Ecclesie quo tempore in Polonia constituta fuerint? 74		Friderici, Burggravium Norimbergensem primi, sepulchrum. 149
Evangelii S. Joannis qualis scopus sit? 377 seq.		Frigoris in febribus intermittensibus causa. 165
Eventus boni Numen descriptum. 446		G.
Excommunicatoria Epistola valde notabilis. 517		Garzonis (Jo.) vita. 369
F.		Gebhardi (Pauli) Descriptio urbis Plavie edita. 368
Fabricii (Theodosi) vita. 517		Geilfusii (Jo.) de Terra sigillata Lanbacensi Tract. editus. 443 seq.
In Fagi ligno reperta litera. 70		Gemellorum similitudo exacta. 112
De Falcidia in legatis ad pias causas cessante Diff. 108		Gentii (Georg.) vita & merita. 263 seq.
Falsiloquium & mendacium num differant? 18		Georgii II, Hesse Landgravii, in Augustanam Confessionem merita. 160
De Farina fossis Saxonie & Silesie Diff. 454		Germanarum mulierum quale peritium olim fuerit? 352
Febris definitio ad leges Mechanice constructa. 164		Germanicæ Antiquitates edita. 153 seq.
Febrium continuarum origo ab abundantibus particulis elasticis sanguinis. 166		Germanici Imperii Historia edita. 36
In Ferri minoram mutata arbor. 443		Germanicorum Statuum que sit ratio? 19 seq.
Ferrum ex limbo coquendi nova methodus. 1b.		Germanicorum territoriorum que sit ratio? 19
Florentinarum rerum Historia edita. 145 seq.		Germanorum Antiquitates descripta. 347 seq.
Fœmina nunquam menstruata florentina. 112		Germanorum veterum domicilia que fuerint? 354
Fœminarum cum juvenis concubentium exempla. 123		Germanorum apte disponendis cura. 355
Fœtus mortui ossa per anum excreta. 225		Germanorum leges in ordinem redacta. 253
Fontaninus (Justus) laudatus. 387		Germanorum liberos suos educandi ratio. 353
Rosam in Stenonis in palato an in felece filium patrat? 451		Germanorum matrimonia. 348 seq.
Frænckensteini (Jac. Aug.) in Speneri Jus Publicum Annotatio. 243 seq.		

INDEX RERUM

Germanorum veterum res economi- ca. 355	Hailsbronnenfis Gymnafii Historia. 153
<i>Theologia pra-</i>	<i>monasterii origo.</i> 150
<i>cognita.</i> 356	<i>seq.</i>
<i>vestimenta &</i>	<i>privile-</i>
<i>ornamenta qua fuerint?</i> 355	<i>gia.</i> 151
Gigantum dentes quid sint? 30	<i>iurisdic-</i>
Glandularum & vasculorum glan- dulas mentientium differentia. 450	<i>tio civilis ac criminalis.</i> ib.
Goetzi (Frid. Labrecht) scripta. 475	<i>cultus re-</i>
Goslariensis oryctographia. 410	<i>ligiofus.</i> 151 seq.
Gothofredi (Joc.) Opuscula varia edita. 57 seq.	Hailsbronnenfium Antiquitatum Col- loquio edita. 147 seq.
Gottingenfis Infpectionis origo, pro- gressus & Epberi. 515 seq.	<i>Abbatum historia.</i> 150 seq.
Graeci veteres quot genera Deorum habuerint? 377	<i>Nobilium catalo-</i>
Grammatica nova ex Autoribus Clas- ficis compofita. 130	<i>gus.</i> 150
De Gratia Dei univerfali doctrina adstructa. 523 seq.	<i>Pafforum prima-</i>
<i>per fe ipsam efficaci do-</i>	<i>riorum vita.</i> 152
<i>ctrina explicata.</i> 529 seq.	Halberftadienfis Chronicon editum. 158
Gravidarum epilepfia quales sint? 537	Halberftadienfis Historia promiffa. 155
Græbelii (Jo. Augustini) scripta. 311	Harduinus (Jo.) laudatus. 120
Gruccehii (Nic.) de Comitibus Rom. Libri III recufi. 220	<i>refutatus.</i> 120 seq.
Guizæ post crebra vomitoria in medio thoracis ruptura. 224	Hallæ Historia prisca & medii ævi descripta. 314 seq.
Gundlingii (Nic. Hier.) vita & scri- pta. 46 seq.	<i>incrementa.</i> 316
Gürtleri (Nic.) vita & scripta. 116 seq.	<i>nomen unde?</i> ib.
Gymnafii Hailsbronnenfis Historia. 153	<i>Cornites qui fuerint?</i> 316 seq.
H.	<i>cum Thuringia conjunctio.</i> 318
Hæmorrhagia nasium enormis. 225	<i>subterranea Specimen editum.</i> 442 seq.
Hærefium inde ab incunabilis Chri- ftianismi Catalogus. 106	Hafforum origo. 315
Hæferungii (Jo. Casp.) cum Sebast. Edzard & aliis controversia. 296 seq.	<i>Christianismi origo.</i> 316
	Hebraica Antiquitates in Compendio tradita. 411 seq.
	Heidmanni (Christoph.) vita & scri- pta. 519 seq.
	de Helden Nobiles unde nomen duxer- int? 227 seq.
	In Helmftadienfis Academia Professo- res Eloquentia recensiti. 519
	Henrici Leonis Historia descripta. 167 seq.
	Hen-

NOTABILIORUM.

Henrici <i>Leopoldi</i> cognomen <i>Leonis</i> unde ?	167	Hockeri (Jo. Ludov.) in obitum <i>Wilhelmi, Margravii Onoldini, Oratio funebris edita.</i>	149
<i>circa sacra autoritas.</i>	168	<i>vita.</i>	152 seq.
<i>Episcopus constituen-</i>		Holzhey (Jo. Conr.) <i>inventio Mathematica.</i>	372 seq.
<i>di & confirmandi potestas.</i>	168	Hoppenrodii (Andr.) <i>Oratio de Monasteriis Mansfeldensibus edita.</i>	368
<i>liberi.</i>	215	Hormisdæ nomine num <i>Paulus Or-</i>	
<i>Longi uxor prior qua fue-</i>	ib.	<i>rit? usui sit?</i>	263 seq.
<i>Superbi Historia descripta.</i>	169	<i>nomen unde sit?</i>	266 seq.
De Henrici, <i>Anglia Regis, excommu-</i>		Horologiorum <i>solarium anomaliam</i>	
<i>natione quid sentiendum?</i>	393	<i>quomodo corrigenda?</i>	374
Henricus <i>Leo</i> quo anno natus sit?	215	Hübneri (Jo.) <i>vita & scripta.</i>	183 seq.
<i>matrimonium</i>		Hydatides <i>invicem connexa post fa-</i>	
<i>inierit?</i>	ib.	<i>tum exclusa.</i>	407
<i>Magnanimus quo anno Du-</i>		Hydrops <i>bilem corruptam excipiens.</i>	408
<i>catum Saxonia per investituram</i>		De Hymnorum <i>Latina Ecclesia col-</i>	
<i>susceperit?</i>	213	<i>lectionibus Diss.</i>	78
Hermundurorum <i>qua sedes fuerint?</i>	367	I.	
Hesiodi <i>nova editio.</i>	533	Jacobitarum <i>Historia edita.</i>	466 seq.
Hetstadii <i>urbis descriptio edita.</i>	368	Jani (Henr. Christoph.) <i>vita.</i>	519
De Hibernorum <i>Theologia Diss. pro-</i>		de Jejuniiis <i>quid sentiendum?</i>	480
<i>missa.</i>	295	Igneæ <i>particula subterranea a va-</i>	
Hierarchiæ in <i>Suocia incrementa.</i>	484	<i>riis causis accendi possunt.</i>	261
Hieronymi <i>historia descripta.</i>	523	Ignis <i>religiosus cultus apud veteres.</i>	128
Hilarii <i>Opera edita.</i>	337 seq.	<i>subterranei causa.</i>	259
<i>Operum editiones recensita.</i>	338	Immortalitas <i>animæ rationalis de-</i>	
Hippocratis <i>vita descripta.</i>	82	<i>monstrata.</i>	10
Hispanicorum <i>librorum recentiss-</i>		In Imperatorem <i>quæ jura redun-</i>	
<i>morum Catalogus.</i>	274	<i>dent ex Aug. Confessione?</i>	161
Historia <i>Ecclesiastica in Compendio</i>		Incessus <i>num sit Jure naturali pro-</i>	
<i>tradita.</i>	322 seq.	<i>hibitus?</i>	29
<i>Philosophica erotematica</i>		Ingenium <i>quid sit?</i>	457 seq.
<i>tradita.</i>	81 seq. 169 seq.	<i>ejus sagacitas in quo con-</i>	
<i>universalis in Compendio</i>		<i>sistat?</i>	456 seq.
<i>tradita.</i>	388 seq.	Institutiones <i>Juris per breviores re-</i>	
Historiographorum <i>Saxonicorum no-</i>		<i>gulas tradita.</i>	493
<i>titia promissa,</i>	369	Interim <i>libri Historia tradita.</i>	34
		Interimistica <i>Historia edita.</i>	34 seq.
		Interimi-	

INDEX RERUM

Interimfiticæ controversiæ descripta.	Lapidem vesicae sectione laterali tollendi methodus Cbesfeldeniana.
36 seq.	494
Inunctio mercurialis præ interno mercurii usu commendata.	Lapides quidam curiosi Hanoverani recensiti.
223	85
S. Joannis Evangelii qualis scopus sit?	377 seq.
Irenæus contra varios defensus.	379 seq.
396	recensiti. figurati Hungariae
Iakæus (Claud.) partium studii accuratus.	398
388	manerium monasterii Loretti
ejus in historiam merita.	notabiles.
388	ib.
ib.	De Lapidibus odoratis Diff.
filii.	454
Isostrati Orationes VII & Epistola recens edita.	Lapis sibiricus.
52	411
loca quaedam emendata.	Ad Latinæ lingue puritatem conservandam quid conferat Poësis?
52	89
seq.	De Laubacensi terra sigillata Tract.
Operum omnium editio promissa.	443 seq.
54	Lauri antiquitates exposita.
locus in Panathenæico emendatus.	173 seq.
54 seq.	in tabulis veterum usus.
In Ittigii (Th.) Diff. de Hæresiarchiæ avi Apostolicæ Catalægæ edita.	174
79	usus physicus & medicus.
172	ib.
Juramenti vocabulum barbarum.	militaris.
401	in triumphis & spectaculis.
Jurisdictio Ecclesiastica num competat Episcopis & Abbatibus Aug. Conf. adductis?	ib.
162	in coronandis Principibus.
Jus Publicum Sueciæ illustratum.	ib.
481	Lecticarii servi apud Romanos qui fuerint?
seq.	108
K.	Legatum pænæ nomine quale sit?
De Kofzodrewina frutice Diff.	109
455	Leges Germanorum veterum in ordinem redactæ.
Krausius (Jo. Gottlieb) refutatus.	253
158	quædam Juris Civiliæ emendatæ.
L.	360
Læti (Pomp.) de Magistratibus Rom. liber recusus.	220
220	Lehmanni (Christ.) Descriptio urbis Schwarzenbergæ edita.
Laguillius (Ludov.) refutatus.	8
8	Leisentrittii (Jo.) vita.
Lampius (Frid. Adolph.) refutatus.	378
378	Lentilii (Rosini) vita & in rem medicam merita.
Langius (Car. Henr.) laudatus.	425
425	552 seq.
notatus.	426
426	l'Esprit quid Gallicè dicatur?
	456
	seq.
	Leyserus (Polyc.) refutatus.
	80
	ejus in rem literariam merita.
	132 seq.
	Libonis Futval quid fuerit?
	358
	seq.
	Libro-

NOTABILIORUM.

Librorum sub typographia inventa tempora editorum Catalogus. 381	De Mansfeldensibus Monasteriis Ora- tio edita. 368
In Ligno fagi reperta litera. 79	Manuscriptorum selectissimorum Ca- talogus. 381 seq.
De Limbowe drewo arbore Diff. 455	Manutij (Pauli) Antiquitates Rom. Libri aliquot recusi. 222
Lindneri (Jo.) vita. 369	De Maritz, Scotia Regina, eade quid sentiendum? 394
Lineæ meridiana expedita designa- tio. 375	Marinam longitudinem inveniendi modus. 374
Lipothymia gravida a spiritu puta- minum ovarum. 407	De Marimore variorum locorum Diff. 455
Lipsii (Justi) Tractatus VIII, Histo- riam Romanam illustrantes, re- cusi. 221	Marmorum species 65 in uno marmo- re repertiunda. 16.
Literæ in ligno fagi reperta. 79	Martini (Marth.) Epitome Theolo- gia edita. 118
Literarum commutationes adulteri- nae in Codicibus veterum per- versas excitant auctorum sen- tentias. 121	Martis planeta phenomena Copernici systemati obstant. 225
Liturgia Syriaca septimana Passionis Christi Specimen editum. 83 seq.	Materia insensibilis perspirationis retenta catarrhi causa. 452
Longitudinem marinam & terre- strum inveniendi modus. 374	transpiratio- nis quæ sit? 453
Lucianus quantum conferat ad N. Test. interpretationem? 424	Matrimonium cum defunctæ uxoris sorore nun sit permissum? 13
In Lucis cur veteres gentiles Deos suos coluerint? 420	Medici scriptores veteres & recent- iores recensiti. 49 seq.
Ludovici XIV, Regis Galliarum, ge- sta magnifice descripta. 396	num olim scribi fuerint? 78.
Lunenburgensis domus Historia nova. 210 seq.	De Medicis sanctis Diff. 454
Lutheri sententia de ratione huma- na qua fuerit? 81	Viennensibus Diff. 16.
M.	Melancholiz hysterica atque hypo- chondriaca discrimen. 225
Maffei (Scip.) in Opera Hilari me- rita. 239	Mendacium & falsiloquium nun differant? 16
Magati (Casaris) vita & scripta. 403	Mensium suppressionis in menstrualibus causa. 225
Magistri vocabulum unde originem ducat? 401	Mercurialis imunctio præ interno mercurii usu commendata. 223
Magneticæ acus declinatio quomodo corrigena? 374	De Mercurio in sole viso A. 1723 Diff. 502
Majestatis nomen quando primum translatum ad Reges? 244	Meridianæ lineæ expedita designa- tio. 375
Mangetus (Jo. Jac.) notatur. 51	
Suppl. T. X.	Dddd De

NOTABILIORUM.

	O.		Persica Monarchia Historia promissa.	155
De Odontalgicis quibusdam remediis			Personæ (Christ.) de Madulla Saxo-	155
Diff.	454		rum Opusculum editum.	269
Oederus (Georg. Ludov.) laudatus.	239 seq.		Pemviani corticis descriptio.	226
Oleorum essentialium adulteratio			Pfeffingerus (Jo. Frid.) notatus.	210 seq.
quomodo detegenda?	60		Phalloides quid sit?	85 seq.
De Opacitate vocis fortuna varia			Philippi (Car.) Antiquitates Rom.	
Diff.	78		recusa.	222
Oppiani loca quaedam emendata.	344		Hoffa Landgravi, in Aug.	
Oratoriae sacrae præcepta tradita.	330		Confessionem merita.	160
Orosio (Paulo) nomen tertium Hur-			Philosophi sub imperatoribus Rom.	
misda restitutum.	263 seq.		illustriores recensiti.	170 seq.
Oryctographia Goslarensis.	410		De Philosophia per nummos illu-	
Osia factus mortui per anum excre-			strata Diff.	81
ta.	225		Pythagorica pa-	
Ottonis IV uxor prior qua fuerit?			rum certis constat.	81 seq.
	216		Philosophiae ante Christum natum in	
Strenui Epitaphium.	219		Græciae parentis historia.	81 seq.
De Ovo gallinæo figurato Diff.	85		in Theologia usus.	119
			Moralis Synopsis edita.	175
	P.		fata descripta.	16
De Pædis tacitis Diff.	110		Philosophica Historia erotomatica	
Polæstinæ cum Atlantico Platonis			tradita.	81 seq. 169 seq.
comparatio.	466		Phocylidis Poema Admonitorium re-	
Papini machina aeris elastici effectus			centi editum.	533
probat.	262		Pietatis solida natura & effectus.	416
De Paris Abbatis miraculis quid sen-			acquirenda modis.	417
tiendum?	477 seq.		Inter Pietatis mysterium & my-	
Patres Ecclesie veteris contra Jo. Da-			storia paganorum collatio insti-	73
laum defensi.	79		tuta.	
Patris & liberorum contractus quo-			Pignoris qua Jure Germanico ratio	
usque jure sit validus?	31 seq.		sit?	248 seq.
Patrum Ecclesie IV priorum Seculo-			Pinguedo ut sine canitiam producat.	113
rum vita, scripta & doctrina.	520 seq.		Pithometrie fundamenta.	114
De Pauli Apostoli eloquentia exteriori			Pithometricæ virgulæ constructio.	330
Diff.	78		Placette (Jo.) vita & scripta.	330
Pecuniarum usus olim in Germania fuit				330 seq.
rarissimus.	247 seq.		Plantarum sexus diversus & incun-	
Pegasus Jureconsultus Rom. quis sus-			datio carminis expressa.	363
rit?	109			
Pentateuchus explicatus.	9 seq.			

INDEX RERUM

Platonici sub Imperatoribus Rom. illustriores recensiti.	171	Processus Civilis Electoratus Brunsvico-Lunenburgici illustratus.	447 seq.
Plaviz urbis descriptio edita.	968	Profodia moerdes composita.	132
Plinius in rebus physicis interdum fuit credulus.	122	Protestantibus subditis qua jura competant ex Aug. Confessione?	162 seq.
opus locus quidam illustratus.	119 seq.	Pseudo-Fenestellæ de Sacerdotibus & Magistratibus Rom. liber recusus.	220
Plotini vita.	171	Pnerperium mulierum Germanicarum quale olim fuerit?	352
successores.	172	Puffendorfforum gens laudata.	448
De Poeti Latinitatis conservatrice Diff.	80	Pulchrum quid sit?	450 seq.
Poetica cantica in Ecclesia veteri usitatissima.	ib.	Punctorum in vocalibus Hebraeorum antiquitas probata.	235
De Poetis Christianis quid sentiendum?	ib.	Puteal Libonis quid fuerit?	358 seq.
In Polonia quo tempore primum Ecclesia Evangelica constituta fuerint?	74	Pythagoræ aurea carmina recent edita.	533
Polygamia num sit Juro naturalis prohibita?	29 seq.	vita jejune descripta. 292	
De Polypto marino petrosafcto Diff.	455	atas, peregrinatio & scripta.	82
Pomponii Liber II ad Sabinum notis illustratus.	106 seq.	Pythagoræ Philosophia factatoris recensiti.	170
IV ad Sabinum collectus & notis illustratus.	357 seq.	De Pythagorica Philosophia parum certi constat.	81 seq.
Popperodii (Anar.) Descriptio urbis Helstadi edita.	368		
Posnaniensis Synodus descripta.	74	Q	
Posta legem municipalem significans.	438	Quantitates indeterminatas in algebraicis aequationibus inveniendi methodus.	502
Potamo Ecclesiæ secta auctor quo ævo vixerit?	171	Quedlinburgense Chronicon editum.	158
Potinit (Jo.) vita.	519	De Quedlinburgensibus memorabilibus Diff.	454
Præcedentis sui quale sit Electorum Imperii?	243 seq.		
De Prædestinatione gratuita ad gloriam doctrina illustrata.	529 seq.	R	
De Principis boni officio præcepta tradita.	310	De Ratione humana sententia Lutheri que fuerit?	81
Probi (Valer.) de Literis antiquis Libellus recusus.	221	Rationis recte in rebus divinis usus.	549
		Religionis principia adstructa.	427 seq.
		Religio-	

NOTABILIORUM.

Religionis Christiana veritas deman- strata. 11 seq.	Sardi (Alex.) de Nummis liber recu- sus. 221
Remedia ex sale volatili promta ad partes affectas pertingunt. 454	de Moribus ac ritibus gentium Libri III recusi. 222
Resurrectio Christi contra Woolsto- num probata. 503 seq.	Saxoniz Inferioris Chronica aliquot edita. 157 seq.
Rhetorica Aristotelis denuo edita. 440	Ex Saxoniz Inferioris Chronico Ex- cerpta edita. 154
De Rochlicensi alga Diff. edita. 367	Saxoniz Antiquitates edita. 153 seq.
Romanorum veterum Respublica il- lustrata. 221	155 seq.
Roseniz gentis fata illustrata. 8	Saxonicorum Historiographorum no- titia promissa. 369
Rugiz veteris & nova historia de- scripta. 292 seq.	Saxonum veterum que sedes fue- rint? 367
Ecclesia recensita. 293	Scepticorum Philosophia qualis fuerit sub Imperatoribus Romanis? 173
De Rupibus figuratis curioso Diff. 85	Schieferdeckeri (Jo. Dav.) de Tem- plo Parochiali Welfenselsen Schediasma editum. 368
Rufius (Wolfg.) quis fuerit? 81	Schoenbergiorum Nobilium genealo- gia illustrata. ib.
S.	Scholze & Ecclesia Anglicana descri- pta. 324 seq.
Sacrorum jus Principum Germania quale fuerit ante Reformatio- nem? 160	De Scholze Christiana scribitur Oratio. 80
Ex Sale volatili remedia promta ad partes affectas pertingunt. 454	Schraderi (Christ.) vita & scripta. 519 seq.
Salis ammoniaci spiritus extempora- nei preparatio & usus. 452	Schurzfleischii (Conr. Sam.) Contro- versia & Questiones Antiquita- tum Ecclesiasticarum edita. 371
Salivalis ductus Coschmirzianus in dubium vocatur. 451	Schwartzenbergæ urbis descriptio edita. 368
De Sanctis Medicis Diff. 454	Schwederi (Gabr.) Dissertationes juridica edita. 304 seq.
In Sanctorum canonizatione Consti- tutiones edita, & harum cata- logus. 385 seq.	in Jurispru- dentiam merita. 305
ordinem quis refe- rendus sit ex doctrina Pontifi- ciorum? 386	Scotistarum atque Thomistarum con- troversia in quo consistat? 530
Sanctos creandi potestas penas solum Pontificem. ib.	Secularum veterum errores notabiles. 121
Sanguinis elementa duplicia, elastica & inertia. 165	Scripturæ æcumenica inveniende no- vum consilium. 43 seq.
Sapiens Aristotelicus qualis sit? 81	
Sapo alcalicus quomodo paratur? 534	
ejus inventor quis? 535	

INDEX RERUM

Scripturae S. antiquitas, veritas et que dignitas probata. 546 seq.			
loci replicati aut illus-			
trati:			
<i>Gen.</i> I, 3.	444	<i>Pf.</i> XIII.	ib.
V, 21 - 24.	560	<i>XVI.</i> 10.	303
VI, 11.	444	<i>XX.</i> 4.	78
IX, 6.	17	<i>XXX.</i>	469
XII, 3.	39	<i>LVI.</i> 9.	78
XVIII, 18, 19.	473	<i>LXIII.</i>	339
XIX, 24.	237	<i>LXIV.</i>	ib.
<i>Exod.</i> IV, 21.	527	<i>LXV.</i>	ib.
VI, 3, 7, 8.	236	<i>LXVIII.</i> 20.	465
VII, 1.	ib.	<i>LXXVI.</i> 6, 7.	236
XII, 12.	ib.	<i>LXXXVII.</i> 6.	464
40.	390	<i>XGII.</i> 16.	302
XVI, 3.	465	<i>CI.</i>	405
XX, 21.	414	<i>CV.</i> 15.	413
XXII, 7, 8.	236	<i>CXIX.</i>	339
26.	ib.	<i>CXX.</i>	ib.
XXIV, 10.	237	<i>CXXI.</i>	ib.
XXXIV, 6, 7.	236	<i>CXXIV.</i>	ib.
<i>Levit.</i> V, 1.	17	<i>CXXXII.</i>	ib.
XVI, 12.	236	<i>Prov.</i> V, 19.	237
<i>Num.</i> XI, 5.	465	VIII, 4.	376
XXXV, 31 seq.	17	<i>Eccl.</i> VI, 3, 8.	337
<i>Deut.</i> XXIV, 4.	527	XLIII, 11.	236
XXXII, 4.	302	XLVIII.	237
<i>Jos.</i> XV, 9.	321	16.	ib.
<i>Judic.</i> XV, 4.	376	LIII, 6.	525
XVI, 3.	377	7.	464
<i>1 Sam.</i> X, 25.	414	9.	302, 377
<i>2 Sam.</i> VIII, 3.	320	LXVI, 11.	466
8.	319	<i>Jer.</i> IV, 30.	421
<i>1 Reg.</i> I, 39.	414	LI, 15.	237
V, 4.	321	<i>Thron.</i> I, 9.	376
VIII, 9.	414	12.	ib.
XIX, 14.	413	II, 15, 16.	ib.
<i>2 Chron.</i> XVI, 22.	413	III, 46.	ib.
XXX, 10 seq.	237	IV, 1.	ib.
<i>3 Chron.</i> V, 10.	414	V, 13.	ib.
<i>Ezob.</i> XXXIII, 16.	528	<i>Ez.</i> III, 17.	525
<i>Pf.</i> II, 9.	377	XX, 11.	413
IX.	339	25.	ib.
		XLIII, 7.	377
		<i>Dan.</i> III, 1.	376
		IV, 14.	78
			<i>Dan.</i>

NOTABILIORUM.

<i>Dom.</i> IX, 24.	309	<i>Luc.</i> XVIII, 9 seq.	377.
XII, 3.	295	XIX, 38.	423
<i>Hof.</i> XIII, 14.	77	XXIII.	431
<i>Mich.</i> V, 1.	ib.	18.	419
<i>Hagg.</i> II, 7.	78	XXIV.	431. 509
<i>Zacch.</i> IX, 12.	77	23.	511
<i>Matth.</i> II, 11.	426	49.	ib.
III, 9.	473	<i>Job.</i> I.	431
V.	431	20.	525
VI.	ib.	36.	ib.
34.	465	II, 19.	509
VII.	431	III, 9.	466
IX, 20-22.	465	16, 17.	525
X, 14.	ib.	IV, 42.	ib.
XI, 28.	525	VI, 51.	ib.
XII, 49.	509	70.	466
XIII, 12.	528	X, 18.	302
XIV, 13.	527	34.	236
XVI, 16.	302	XI.	431
XVII, 26.	304	XII, 13.	423
XXI, 9.	423	47.	525
XXIII, 5.	425	XIV.	431
37.	525	XV.	ib.
37-39.	511	26, 27.	511
XXV.	431	XVI.	431
XXVI.	ib.	XVII.	ib.
XXVII.	ib.	XIX.	ib.
63.	509	11.	304
XXVIII.	431	XX.	431
9.	510	17.	519
<i>Marc.</i> I.	431	25.	ib.
II, 28.	304	27.	ib.
VIII, 31.	509	<i>Act.</i> I, 4.	511
XI, 9, 10.	423	8.	377
XIII.	431	15.	511
<i>Luc.</i> I, 31.	302	21, 22.	ib.
35.	ib.	II, 31.	303
II.	431	V, 32.	511
V.	479	X, 41.	510
VI, 3.	304	XVI, 22-24.	332
IX.	431	XVII, 30.	525
XII, 14.	423	XIX, 39.	300
58.	313	XXI, 27 seq.	332
XIII, 34.	511	XXIII, 11 seq.	ib.
XV.	431	XXIV.	509
XVI.	ib.	XXV, 19.	ib.
		<i>Act.</i>	<i>Act.</i>

INDEX RERUM

<p>XXVI. 28. 30. 38, 39.</p> <p>XXVII. <i>Rom.</i> I, 24 seq. II. 17 - 29. V, 18. VII, 21. 27. VIII, 32. IX. 1 - 6. 6 - 9. 30 - 32.</p> <p>X. XI. 23. 31. 32. XIV, 15. <i>1 Cor.</i> II, 1 - 4. III. IV, 9 seq. VI, 2. VIII, 11. IX. 21. XIII. 1. 10. XIV, 32. XV. 6. <i>2 Cor.</i> III, 1. 3. IV. 3. V, 15. 19. VI. VII, 1. 5. IX, 13. X, 1 seq. 13.</p>	<p>491 509 ib. ib. 431 527 ib. 473 525 300 301 ib. 527 469 473 ib. 527 ib. ib. 525 ib. 332 431 332 343 525 431 300, 301 431 78 ib. 901 431 511 332 466 431 332 525 ib. 431 528 332 301 332 ib.</p>	<p>XI. 21. 23 - 27. 28, 29. 31 seq. XII. 7 - 10. 16. XIII. 4. <i>Gal.</i> IV, 4, 5. 13, 14. 19. <i>Eph.</i> IV. V. VI. <i>Phil.</i> I. II. 9, 10. III. <i>Col.</i> I. 19, 20. 23. III. IV, 14. <i>1 Thess.</i> II. 2. V. <i>2 Thess.</i> I, 11. <i>1 Tim.</i> I. II, 4 - 6. III, 16. IV, 8. V, 10. 12. VI. <i>2 Tim.</i> II. 23. III. <i>Tit.</i> II, 10, 11. 11. <i>Philemon.</i> <i>1 Petr.</i> int. I, 15. <i>2 Petr.</i> int. II, 1. 16. III, 9.</p>	<p>431 528 ib. ib. ib. ib. ib. ib. 300 332 ib. 431 ib. ib. 431 ib. 431 ib. 377 431 431 525 528 431 79 431 332 431 527 431 525 78 425 525 78 431 431 425 431 528 525 431 528 431 432 302 432 525 78 525</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

NOTABILIORUM.

Jo. I.	432	<i>surrectionis Christi contra Wool-</i>
II, 2.	525	<i>stonum.</i> 512
III.	432	<i>De Sigillata terra Laubacensi Tract.</i>
IV, 14.	525	443 seq.
V, 3.	302	<i>Silesiæ farina fossilis quid sit?</i> 454
9, 10.	511	<i>Simeon R. autor Libri Zohar.</i> 235
Hebr. I.	431	<i>Siversii (Henr. Jac.) libellorum cata-</i>
II, 10.	302	<i>logus.</i> 73
IV.	431	<i>Skaldmœr famine bellatrices vete-</i>
15.	303	<i>rum Germanorum.</i> 352
VI.	431	<i>Sluteri (Godofr.) vita.</i> 517
IX, 4.	414	<i>Smalcaldicum bell. m. descriptum.</i> 367
X, 20, 21.	405	<i>Smidelteti (Hartosci) vita.</i> 519
29.	525	<i>Solaris lapis.</i> 411
XI.	432	<i>Solarium horologiorum anomaliam</i>
XII.	ib.	<i>quomodo corrigende?</i> 374
XIII, 9.	528	<i>Solocitini & barbarismi Dialogi de</i>
Jac. V, 14.	79	<i>causis corruptæ eloquentiæ.</i> 227
Ep. Jud. 1.	432	seq.
Apoc. I.	ib.	<i>Soraborum qua sedes & res gesta</i>
XVIII.	ib.	<i>suerint?</i> 367
XIX.	ib.	<i>Spenceri (Jo.) de LL. Ebraeorum libri</i>
XX.	ib.	<i>sub examen vocati.</i> 14
Semina rerum omnium in terra ab-		<i>Statibus Imp. Germ. numi competat</i>
scōdita.	260	<i>ius armorum?</i> 21
Semiramides Assyriorum tres fuisse.	127	<i>Imperio nexus?</i> 21 seq.
Semiramidis num equi amissi dolore in		<i>In Status Imperii Protestantes qua</i>
pyram se coniecerit?	126	<i>jura redundent ex Aug. Confes-</i>
de ejus cum equo coitu		<i>sione?</i> 161
quid sentiendum?	121 seq.	<i>Statutum Imp. Germ. que sit ratio?</i> 19
Sendomitientis Consensus historia		<i>Stomatoma internum thoracem occu-</i>
edita.	73 seq.	<i>pans.</i> 224
Circa Sermonem qua sit obligatio?	10	<i>Steinbergii Comites unde ortum du-</i>
Sermonis natura explicata.	15	<i>xerint?</i> 217
finis in quo consistat?	ib.	<i>Stellæ (Erasmi) vita.</i> 369
Servitus faciendi num detur?	28	<i>Stenonis seramen an in seculis solum</i>
Servitutum in Jure qua sit ratio?	ib.	<i>pateat?</i> 452
Sextius (Qu.) num autor fuerit sen-		<i>Sterilitas ex defectu mensium.</i> 112
tentiarum moralium?	170 seq.	<i>Stoici Philosophi sub Imperatoribus</i>
Shaw (S.) notatus.	130 seq.	<i>Romanis illustriores recensiti.</i>
Sherlockius autor Vindictiarum Re-		172 seq.
Suppl. T. X.		<i>Strasburg unde dictum?</i> 3
		<i>Eccc</i>
		<i>Stri-</i>

INDEX RERUM

Strigenii (Gregor.) vita.	369	Tentationis diabolica memorabile exemplum.	513 seq.
Struvii (Burch. Gottbelf.) Historic Imp. Germ. recens edita.	56	Terræ motus ignis effectus.	259
Successionis in territoria Germania qua sit ratio?	22 seq.	motuum causa.	258
Suecia antiqua & hodierna promissa.	492	imitatio artificialis.	261
In Suecia incrementa Hierarchia.	486	Territoriorum Germanicorum qua sit ratio?	19
Sueciæ Jus Publicum illustratum.	481 seq.	Testamenti Veteris veritas demonstrata.	10
Suecicarum Academiarum status descriptus.	322 seq.	Novi veritas demonstrata.	11
Suecici regiminis status descriptus.	ib.	ad ejus interpretationem quantum conferat Aristophanis Plutus?	312 seq.
Sulphur solare idem est ac reliquorum metallorum.	309	Lucianus & Dionysius Halicarnasensis?	424 seq.
Supercilia nigra in magno olim pretio fuerunt.	421	Theocriti Idyllia & Epigrammata recens edita.	533
De Symbolis hereticorum in veteri Ecclesia Diff.	78	Theognidis Sententia recens edita.	ib.
Symphiacorum enigmatum exemplum.	132	De Theologia Hibernorum Diff. promissa.	295
Synodi Sandomiriensis historia edita.	74	Theologiz tractanda methodus naturalis.	118 seq.
Synodus Pofnaniensis descripta.	ib.	Dogmatica Institutiones nova edita.	550 seq.
Viennensis fabulis annumeranda.	ib.	veterum Germanorum præcognita.	356
Syriacæ Liturgiæ septimana passionis Christi Specimen editum.	83 seq.	In Theologorum foro qua scripta adhuc desiderantur?	295
Syrorum Nestorianorum historia.	193 seq.	Thoruniense Colloquium Charitativum quale fuerit?	76
T.		Tokayensis terra medicinalis natura.	308
Taciti locus quidam illustratus.	443 seq.	tes.	309
Telefii (Bernardini) vita diligenter descripta.	292	Transpirationis materia insensibilis qua sit?	453
promissa.	ib.	De Transubstantiatione errores Pontificiorum destructi.	475 seq.
Telluris forma quomodo indaganda?	502	Trist vocabulum quid notet?	401
De Templo cathedrali Viennensi D. Stephani Diff.	85	Trinitatis mysterium explicatum.	12
		De	

ENDE